BRIGHAM YOUNG UNIVERSITY
3 1197 23820 5444

LIBRARY
Brigham Young University
RARE BOOK COLLECTION

Vault
093
F984
1496

Mich. Furter.

Hain *7946.
Proctor. 7733.

15213
866
Coll. compl.
65

Expoſitio beati Grego-
rij pape ſuper Ezechie-
lem in omelias.

UPI

Prefatio beati Gregorij pape in Omelias ſuper Ezechielē prophetā feliciter incipit.

OUlciſſimo fratri Mariano epiſcopo: Gregori⁹ epiſcopus: ſeruus ſeruorum dei: omelias que in beato Ezechiele ꝓpheta: vt corā populo loquebar: excepte ſūt multis curis irruētibus in abolitiōe reliquerā: ſed poſt annos octo petētibus fratribus notarioꝝ ſcedulas reqrere ſtudui: eaſqꝫ fauente dn̄o tranſcurrens inquantū ab anguſtijs tribulationū licuit: emendaui. Tua itaqꝫ dilectio: has ſibi ad legendū mitti popoſcerat. Sed valde incōgruū credidi vt aquā deſpicabilē hauriret: quē cōſtat de beatoꝝ patrū Ambroſij atqꝫ auguſtini torrētibus profunda ac perſpicua fluenta aſſidue bibere. Sed rurſum dū cogito qđ ſepe inter quottidianas delicias: etiā viliores cibi ſuauiter ſapiūt: tranſmiſi minima legēti potiora: vt dū cibus groſſior velut pro faſtidio ſumit: ad ſubtiliores epulas auidius redeat.

Explicit prefatio.

Expoſitio beati Gregorij pape in Omelias ſuper Ezechielē prophetā feliciter incipit.

Omelia I

OEi omnipotētis aſpiratiōe de Ezechiele propheta locuturus prius debeo tempa ⁊ modos aperire ꝓphetie: vt dū acceſſus eius oſtendit: virtus melius cognoſcat. Prophetie tempa tria ſunt: ſcilicet: preteritū preſens ⁊ futurū. Sed ſciendū eſt qđ in duobus tpibus prophecia ethymologiā perdit: quia cū prophecia dicta ſit ideo qđ futura predicat: quādo de preterito vel preſenti loquit: rationē ſui nominis amittit. Quoniā non prodit quod venturū eſt: ſed vel ea memorat que trāſacta ſunt: vel ea que ſunt. Que tamē tria ꝓphecie tempora verius loquimur: ſi ex ſacre ſcripture teſtimonijs oſtendamus. Prophetia de futuro eſt. Ecce virgo in vtero accipiet ⁊ pariet filiū. Eſaie. 7. ca. Prophecia de preterito eſt. In principio creauit deus celū ⁊ terrā. Gen̄. 1. De illo enī tempore dixit homo: quo nō erat homo. Prophecia de preſenti eſt: quādo dicit Paulus apoſtol⁹. Si autē omnes ꝓphetēt intrat autē quis infidelis vel idiota cōuincit ab om̄ibus dijudicat: ab omnibus occulta cordis eius manifeſta fiūt. Et ita cadens in faciē: adorabit dominū: pronūcians quod vere deus in vobis ſit. 1. Corinth. 14. Cū igit dicit: occulta cordis eius manifeſta fiūt: profecto monſtratur: quia per hūc modū prophecie ſpirit⁹ nō predicit quod futurū eſt: ſed oſtendit quod eſt. Quo autē pacto ꝓphecie dicat ſpiritus: qui nihil futurū indicat: ſed preſens narrat? Qua in re animaduertendū eſt qđ recte prophecia dicit: nō quia predicit ventura: ſed quia ꝓdit occulta. Rē quippe quālibet ſicut ab oculis noſtris in futuro ſubtrahūt tempora: ita ab oculis noſtris in p̄ſenti ſubtrahit cauſa. Ventura etenī res occultat in futuro tempe: preſens aūt cogitatio abſcondit in latēte corde. Eſt etiā prophecia preſens cū res quelibet nō per animū: ſed per abſentē locū tegit: que tamen per ſpiritū denudatur. Et ibi fit preſens ꝓphetantis anim⁹: vbi per preſentiā nō eſt corpus. Nam giezi longe a ꝓpheta receſſerat: cū Naaman ſyri munera percipiebat. Cui tamen iſdem propheta dicit:

B Nonne cor meū in preſenti erat: quādo reuerſus eſt homo de curru ſuo in occurſum tibi?]

Sciendū quoqꝫ eſt: quia ꝓphecie tempora inuicē ſibi concinūt ad probationē: vt aliquādo ex futuris preterita: aliquā-

do vero ex preteritis probenť futura. Di-
xerat enī moyſes: In pricipio creauit de-
us celū ⁊ terrā. Geñ. I. Sed quis crede-
ret quia verū de preterito diceret: ſi de fu
turo etiā aliquid nō dixiſſet. In ipius ete
nim libri fine in cui⁹ exordio illa de prete
rito dixerat: aliquid prophecie per iacob
vocē de venturis permiſcuit dicēs: Non
fereť ſceptrū de iuda: ⁊ dux de femoribus
eius: donec veniat qui mittēdus eſt: ⁊ ipe
erit expectatio gentiū. Geñ. 49. Qui eti
am per ſemetipm eundez qui mittendus
erat: ei quē dicebat populo ꝓphetauit di
cens: Prophetā ſuſcitabit dñs deus ve
ſter: de fratrib⁹ vr̄is tanꝙ meipm audie-
tis. Erit autē quicūqꝫ non audierit ꝓphe
tā illū exterminabiť de populo. Deutro.
18. Cur ergo p̄teritis vētura permiſcuit:
niſi vt dū implerenť: ea que de futuro pre-
diceret: oſtenderet etiam: quia de prete-
rito vera dixiſſet? Quia itaqꝫ docuimus
qualiter ex futuro ꝓphecie probenť pre-
terita: reſtat nunc vt adhuc de ſacris elo-
quijs oſtendam⁹ quomodo in ipo ꝓphe-
cie ſpiritu ex preteritis probētur futura.
Certe rex babylonicus cū ſomniū vidiſ-
ſet: miſit ad magos ⁊ ariolos: omeſqꝫ ſa-
piētes babylonie cōuocauit: nec ab eis ſo
lūmodo interpretationē ſompnij: ſed etiā
ſomniū queſiuit: vt nimir ex preterito col
ligeret: ſi quid in eor reſpōſionib⁹ de vē
turo certū teneret. Qui cum dicere nulla
potuiſſent: daniel deductus ad mediū eſt
qui de īterpretatiōe ſomnij ⁊ de narratio
ne requiſitus: nō ſolū hoc reſpōdit quod
interrogatus eſt: ſed ipam ſomnij originē
replicauit dicēs: Tu rex cepiſti cogitare
in ſtratu tuo quid eſſet futurum poſt hec?
Dañ. 2. Et paulo poſt. Tu rex videbas:
⁊ ecce quaſi ſtatua grandis ⁊c. Cui⁹ vide
licet ſomnij mox vt ordinē dixit: quicq̄d
ex eodē venturū ſequebať aperuit. Pen-
ſemus ergo ordinē prophecie. A cogita-
tiōibus venit ad ſomniū: a ſomnio perue
nit ad futura. Qui ergo ipam vt ita dicā
radicē ſomnij protulit: ꝑfecto ex preteri-
tis probauit: ꝙ vera eſſent que de futuris
diceret. Prophecia autē preſentis tem-
poris nec preteriti atteſtatōe indiget: nec
futuri: quia cū res occulta per prophecie
verba detegiť: veritatē illius res ipa que
oſtendiť atteſtať. Igiť: quia de tempori-
bus ꝓphecie tractauimus: reſtat: vt de
modis eius ac qualitatib⁹ aliqua diſſera
mus. Spiritus quippe ꝓphecie: nec ſem
per: nec eodē modo prophete animū tan-
git. Aliquā do enim ſpiritus ꝓphecie ex
preſenti tangit animū prophetātis: ⁊ ex
futuro nequaꝙ tangit. Aliquādo ex futu
ro tangit: ⁊ ex p̄ſenti nō tangit. Aliquā-
do vero ex preſenti ⁊ ex futuro tāgit. Ali
quādo autē ex preterito ⁊ p̄ſenti: atqꝫ ex
futuro pariter animus ꝓphetantis tangi
tur. Aliquādo tangit ex p̄terito ꝓphecie
ſpiritus: nec tangit ex futuro. Aliquādo
autē tangit ex futuro: nec tangit ex p̄teri-
to. Aliquādo vero in preſenti ex parte tā
git: ⁊ ex parte nō tangit. Aliquādo in fu
turo ex parte tangit: ⁊ ex parte nō tangit.
Sed hec ipa ſi poſſum⁹ eo ordine quo pre
miſſa ſūt: ſacre ſcripture teſtimonijs oſtē-
damus. Ex preſenti enī ꝓphecie ſpiritus
prophetātis animū tangit: atqꝫ ex futuro
nō tangit. Sicut iohānes baptiſta veniē
tem dominū videns ait: Ecce agnus dei:
ecce qui tollit peccata mūdi. Johānis. I.
Sed cū iam moriturus eſſet: miſſis diſci-
pulis requirebat dicēs: Tu es qui ventu
rus es: an aliū expectamus? Mathei. II.
In quibus verbis oſtendiť: quia in terris
quidē veniſſe redemptorē nouerat. Sed
an per ſemetipm ad aperiēda inferni clau
ſtra deſcēderet dubitabat. Ex p̄ſenti enī
ꝓphecie ſpiritu tactus fuerat: qui huma
nitatē mediatoris videns ⁊ diuinitatē ei⁹
intelligens: confitebať agnū: qui peccatū
mūdi tolleret: ſed tactus ex futuro nō fue
rat: quia aduentū illius in infernū neſcie-
bat. Aliquādo vero ꝓphecie ſpiritus ani
mū prophetātis ex futuro tangit: atqꝫ ex
preſenti nō tangit. Sicut aperte liber ge-
neſeos hiſtoria teſtať. Cum Iſaac filiū ſu
um Eſau ad venandū miſit: cui minorē fi
liū ad benedicēdū rebecca ſuppoſuit: qui

hedinis pellibus indutus: paterno palpa
tui corpus fraternū finxit. Cui ille minori
filio tanq̄ maiori bn̄dictionē dedit: que-
q̄ ei lōge futura eſſent nūciauit. Gen̄. 27
ſed ſcire nō potuit q̄s eſſet qui corā ſe aſſi
ſteret. Prophecie ergo ſpūs ex futuro ꝓ
phetātis animū tetigit: atq̄ ex pn̄ti nō te
tigit: qn̄ caligātibus oculis pater ⁊ vētu-
ra p̄dicebat: ⁊ p̄ſentē filiū neſciebat. Ali-
qn̄ ꝓphetātis aīm ex pn̄ti pariter, ⁊ ex fu
turo tāgit: qd̄ exodē libro geneſeos liqui
do docemur. In illo q̄ppe ſcriptū eſt Gen̄
48. q: cū vite iam termino ꝓpinquaret:
Jacob ⁊ duos filios ſuos Joſeph feciſſet
aſſiſtere ante eū: vt ex bn̄dictiōe illi⁹ poſ-
ſent longe poſt futura ꝓmereri. Cui ma-
iorē ad dexterā: minorē vero poſuit ad ſi-
niſtrā. Cūq̄ ille oculis ſenectute caligāti
b⁹ nepotes ſuos q̄s prior quiſue eſſet mi-
nor: hūano viſu diſcernere nequaq̄ poſſ3
ductis in obliquū brachijs: dexterā manū
minori: ſiniſtrā maiori poſuit: qd̄ dū corri
gere filius vellet: ait: Non ita ꝯuenit pa-
ter: q: hic eſt p̄mogenit⁹. Audiuit. Scio
fili mi: ſcio: ⁊ iſte quidē erit in populos: ⁊
multiplicabit. Sed frater eius iunior: ma
ior illo erit. Prophecie ergo ſpūs ex pn̄ti
pariter ex futuro ꝓphetantis aīm tetigit
dū Jacob ⁊ ventura nūciabat: ⁊ eos quos
corporis oculis videre nō poterat: ante ſe
poſitos per ſpiritū diſcernebat. Sic achie
ꝓphete aīm ꝓphecie ſpūs: ⁊ ex pn̄ti atq̄
ex futuro tetigerat: cū caligātibus oculis
eā que ſe eſſe aliā ſimulabat: ⁊ vxorē Jero
boā eſſe cognouit: ⁊ quicq̄d ei futurū eſſet
aperuit dicēs: Ingredere vxor Jeroboā:
quare aliā eſſe te ſimulas: ego aūt miſſus
ſum ad te durus nūcius. Vade ⁊ dic iero
boā: hec dicit dn̄s deus iſrael. Quia ope
ratus es male ſup̄ oēs qui fuerūt ante te:
⁊ feciſti tibi deos alienos ⁊ cōflatiles: vt
me ad iracundiā ꝓuocares: me aūt ꝓieci-
ſti poſt corpus tuū: iccirco ego inducā ma
la ſup̄ domū Jeroboā. 3. Regū. 14. Ex
p̄ſenti ergo atq̄ ex futuro pariter ꝓphetā
tis anim⁹ tactus fuerat: qui ⁊ ingredientē
deprehēdere potuit: ⁊ ei vētura nūciare.

Aliquādo autē ex preterito ⁊ ex p̄ſenti: at
q̄ ex futuro pariter animus tangit ꝓphe
tantis. Sicut elyzabeth ad ſe venire Ma
riā conſpiciēs: q: incarnatū verbū geſta-
ret in vtero agnouit: eāq̄ iam matrē dn̄i
ſui vocauit dicēs: Unde hoc mihi: vt ve-
niat mater dn̄i mei ad me? Luc. 1. De cu
ius ꝯceptiōe per angelū quoq̄ ad ioſeph
dicit: Quod eñ in ea natū eſt: de ſpūſan
cto eſt. Math. 1. Que videl3 elyſabeth
dicit: Beata que crediditi: qm̄ perficien
tur in te ea que dicta ſunt tibi a dn̄o. Lu
ce. 1. Dicēs eñ beata que credidiſti: aper
te indicat: quia verba angeli que dicta ad
Mariā fuerāt: per ſpm̄ſanctū agnouit at-
q̄ ſubiūgens. Perficient ea que dicta ſūt
tibi a dn̄o: que etiā eam in futuro ſequerē
tur preuidit. Simul ergo de p̄terito ⁊ pre
ſenti atq̄ ex futuro per ꝓphecie ſpiritū ta
cta eſt: que ⁊ eā ꝓmiſſionibus angeli cre-
didiſſe cognouit. Et matrē noīās: q: re-
demptorē humani generis in vtero porta
ret intellexit. Et cū oīa perficiēda predi-
ceret: quid etiā de futuro ſequeret: aſpe-
xit. Aliquādo vero ꝓphecie ſpūs ex pre-
terito tangit animū: nec tamē tangit ex fu
turo. Sicut in paulo aplo aperte oſtendi
tur: qui diſcipulis dicit: Notū vobis fa-
cio fratres euangeliū qd̄ euangelizatū eſt
a me: q: non eſt ſm̄ homīes: neq̄ ego ab
homīe accepi illud: neq̄ didici: ſed per re
uelationē ieſu xp̄i. Gal. 1. Unde alijs q̄3
diſcipulis dicit: Scd̄m reuelationē notū
factū eſt mihi ſacramentū. Ephe. 3. Qui
tamē hocip̄m euangeliū qd̄ per reuelatio
nē cognouerat: cū hieroſolymā p̄dicatur⁹
aſcēderet: ait: Ecce ego alligat⁹ ſpū vado
in hieruſalē: que in ea ventura ſunt mihi:
ignorās. Act. 20. Hoc q̄ppe q: euangelij
ſacramentū eſt: q: vnigenit⁹ patris incar
natus atq̄ perfectus homo factus eſt: qui
crucifixus: mortuus: ⁊ ſepult⁹: die tercia
reſurrexit: die quoq̄ quadrageſima aſcen
dit in celum: atq̄ in dextera patris ſedet.
Qui ergo per reuelationē euangeliū co-
gnouit: ꝓphecie ſpiritu de p̄terito tactus
eſt. Sed q: quid ꝓ eodē euangelio paſſu-

rus eſſet: ignorabat: De futuro proculdu
bio tactus non eſt. Nam ⁊ ſic dicit: Niſi
qđ ſpiritusſanctus per om̄es ciuitates ꝓ-
teſtatur mihi dicens: Quoniā vincula ⁊ tri
bulatiões me manent in hieruſalē. Act.
20. Aperte oſtendit: quia ea que ipſi futu
ra eſſent: alijs de ipo reuelata erant: non
autem ipe de ſe: ſicut de illo per agabū di
cit: virum cuius eſt zona hec: ita alligari
oportet in irl'm. Actuū. 21. Aliquādo au
tem prophecie ſpiritus tangit ex futuro:
nec tangit ex preterito: ſicut in helyſei fa
cto ſcriptū eſt. Quia cū vnus ex filijs ꝓ-
phetarū materie ſucciderit: huic ferrū ſe-
curis in aquā cecidit: q̄ exclamauit. Heu
heu domine mi: ⁊ hoc ipm mutuo accepe-
ram. Dixit autē homo dei: Ubi cecidit?
At ille monſtrauit ei locū. Precidit ergo
lignū ⁊ miſit illuc: natauitꝙ ferrum. 4.
Regū. 5. In quo videlicet ꝓphete facto
cognoſcitur: quia qui requirit vbi ceciderat
quid eſſet facturus nouerat. Sed tamen
cum requirit cōſtat: quia vbi ferrū cecidiſ
ſet: ignorabat. Prophecie ergo ſpiritus
Helyſei mentē ex futuro tetigerat: ſed ex
preterito nō tangebat: qui ⁊ ferrū ex pro-
fundis dimerſum: quia reuocaturus eſſet
ad ſuperficiē ſcire potuit: ſed vbi cecide-
rat omnino non ſciuit. Aliquādo vero pro
phecie ſpiritus in p̄ſenti tangit ex parte:
⁊ ex parte nō tangit: quod Petri apoſto-
li hyſtoria teſtatur. Cum miſſi ad eū a cor-
nelio milites: ei ſunt per ſpiritū nunciati.
Scriptū quippe eſt: ⁊ dixit ſpiritus ei: Ec
ce viri tres querūt te: Ad quos ille deſcē
dit: ⁊ requirens dixit: Que cauſa eſt pro-
pter quā veniſtis? Actuū. 10. In cuiꝰ ver
bis oſtendit: quia eandē cauſam per ſpiri
tū non audierat: quā a militibus require-
bat. In preſenti ergo mentē petri ſpiritꝰ:
⁊ ex parte tetigerat: ⁊ ex parte nō tetige-
rat. Qui ⁊ ad eſſe milites dixit: ⁊ ꝓ qua
cauſa venerāt: tacuit. Aliquādo vero ſpi
ritus prophecie in futuro ex parte tangit:
⁊ ex parte nō tangit: ſicut prophetarū fi-
lij de auferēdo helyam: ad helyſeū dicūt
Nunquid noſti: quia hodie dominus tol
let dominū tuū a te? 4. Regū. 2. Quo ta
men ablato ſeſe per diuerſa diſpergunt:
eumꝙ in rupibus ⁊ vallibus querūt. In
futuro ergo eorū mentē prophecie ſpiritꝰ
⁊ ex parte tetigerat: ⁊ ex parte nō tange-
bat: quādo eum quē tollendū nouerant:
non inueniendū querebant. Ex parte ita-
ꝙ tacti ſunt: atꝙ ex parte nō tacti: qui et
ſciebāt quod tolli poſſet: ⁊ neſciebant qđ
inueniri nō poſſet. Iſdem quoꝙ helyſe-
us per prophecie ſpiritū de futuro ex par
te tactus eſt: ⁊ ex parte nō tactus: cum re
gi diceret iſrael. Percute iaculo terrā: et
cum percuſſiſſet tribus vicibꝰ ⁊ ſtetiſſet:
iratus eſt cōtra eum vir dei: ⁊ ait: Si per
cuſſiſſes quinquies: aut ſexies: ſiue ſepti-
es percuſſiſſes ſyriā vſꝙ ad conſumptio-
nem. Nūc autem tribus vicibus percuti
es eam. 4. Regū. 13. Qui itaꝙ nouerat
quia totiēs percuteret ſyriam: quotiens
percuſſiſſet terrā. Sed cum ei diceret: per
cute terrā: quotiēs eam percuſſurus eſſet
ignorabat. Quippe quia ⁊ indignatꝰ eſt
terrā tercio fuiſſe percuſſam profecto con
ſtat: quia de futuro ex parte tactus fuerat
⁊ ex parte nō tactus: qui ſyriam percuti
predixit: ſed terram percuti amplius vo-
luit. Sic ſamuel cū ad vngendū dauid a
domino mitteretur: reſpondit: Quomodo
vadam: audiet enī ſaul ⁊ interficiet me?
1. Regū. 16. Qui ⁊ dauid vnxit: nec ta-
men a ſaule occiſus eſt. Ex parte ergo de
futuro tactus ꝓphete animꝰ fuerat: ⁊ ex
parte nō tactus: qui ⁊ vngendū dauid in
regno nouerat: ⁊ quia a ſaule nō eſſet oc-
cidendus ignorabat. Sciendū quoꝙ eſt
qđ prophete quidā e proximo tangunt: at
ꝙ e longinquo minime tangunt. Alij ve-
ro e longinquo tangunt: ⁊ non tangunt
e proximo. Alij autē ⁊ e longinquo ⁊ e ꝓ
ximo prophecie ſpiritu tanguntur. Nam
quidā tangunt e proximo: ⁊ nō a longin-
quo. Sicut ſamuel periſſe aſinas nouerat
eaſꝙ inuētas eſſe nūciabat. 1. Regū. 10.
Saul regē eſſe futurū predicit. 1. Reg. 9
Dauid quoꝙ: quia in eius regno ſuccede
ret nunciat. 1. Regū. 15. Sed quia pater

regis eterni futurus ſit: nō predicit. Quidam vero tangunt e longinquo: ⁊ nō tangunt e proximo. Sicut idem dauid incarnandū dei vnigenitū nouerat de iudea dicens: Homo factus eſt in ea: ⁊ ipſe fundauit eam altiſſimus. ps. 86. Atq̨ hūc ad celos aſcenſurū: ⁊ ad patris dexterā ſeſſurum intelligit dicēs: Dixit dominus domino meo: ſede a dextris meis. ps. 109. At tamen multa e vicino que acta ſunt: minime preuidit. Ut enim pauca de multis loquar. Seruū miphiboſeth ſibam cōtra dominū ſuū mentientē non intellexit. 2. Regū. 16. ⁊ amaſe promittit dicens: Hec faciat mihi dominus: ⁊ hec addat ſi nō magiſter militie fueris contra me omi tempore pro ioab. 2. Regū. 19. videlicet quid ſequeret ignorans: quia amaſa iſdē non ſolū principatū militie pro ioab nō ſuſciperet: ſed etiā per ioab poſt paululū vitam finiret. Et cū templū deo conſtruere voluit: quid e vicino ſequeret neſciēs: ꝓphetā alterū requiſiuit. Quidā vero ⁊ e longinquo: ⁊ e proximo tangunt. Sicut Eſaias longe poſt futura prenūciat dicēs Ecce virgo cōcipiet ⁊ pariet filiū: ⁊ vocabitur nomen eius emanuel. Eſaie. 7. De quo rurſus ait: Paruulus natus eſt nobis: ⁊ filius datus eſt nobis: ⁊ factus eſt principat⁹ eius ſuper humerū eius: ⁊ vocabit nomen eius admirabilis cōſiliari⁹. deus fortis: pater futuri ſeculi: princeps pacis: multiplicabit imperiū eius: ⁊ pacis non erit finis. Eſaie. 9. Qui etiā de ezechia rege ꝓphecie ſpiritu tactus e vicino: quia de infirmitate ſua ſurgeret predixit: ⁊ quot annis poſt infirmitatē ſuam viueret: nō tacuit. Eſaie. 38. ¶ Aliquādo eñ ꝓphecie ſpūs prophetis deeſt: nec ſemper eorū mentibus preſto eſt: quaten⁹ cum hūc non habent: ſe hunc agnoſcant ex dono habere cū habent. Unde helyſeus cum flentez ſunamitē mulierē a ſuis pedibus per giezi puerum auelli prohiberet: dixit: Dimitte illam: anima enim eius in amaritudine eſt: ⁊ dominus celauit a me: ⁊ non indicauit mihi. 4. Regū 4. Sic quoq̨ cum eum ioſaphat de futuris requireret: ⁊ prophecie ei ſpiritus deeſſet: pſalten fecit applicari: vt prophecie ad hūc ſpiritus per laudem pſalmodie deſcenderet: atq̨ eius animū de venturis repleret. Vox etenim pſalmodie cum per intentionē cordis agitur: per hanc omnipotenti deo domio ad cor iter paratur: vt intente menti: vel prophecie myſteria: vel compunctiōis gratiam infundat. Unde ſcriptum eſt. Sacrificium laudis honorificabit me: ⁊ illic iter eſt quo oſtendam illi ſalutare dei. ps. 49. Quod enim latine ſalutare: hoc hebraice Jeſus dicitur. In ſacrificio laudis igitur fit Jheſu iter oſtenſiōis: quia dum per pſalmodiam cōpunctio effunditur: via nobis in corde fit per quam ad ieſum in fine peruenit. Sicut et ipſe de ſua oſtenſione loquitur: dicens: Qui diligit me: diligetur a patre meo: ⁊ ego diligam eum: et manifeſtabo ei meipm. Johānis. 14. Hinc quoq̨ ſcriptum eſt. Cantate domino: pſalmū dicite nomini eius: iter facite ei: qui aſcendit ſuper occaſum: domin⁹ nomen eſt ei. ps 47. Ipſe etenim ſuper occaſum aſcēdit: qui mortem reſurgendo calcauit. Cui dū cantamus: iter faciamus: vt ad noſtrum cor veniat: ⁊ ſui nos amoris gratia accendat. Quia autem prophetis ſpiritus nō ſemper adeſt. Etiam vir dei indicat: qui contra ſamariam miſſus: mala que ei erāt ventura nūciauit. 3. Regū. 13. qui tamen ꝓhibitus a domino in via comedere propheте falſi perſuaſione deceptus eſt: quē fallax ſermo nō deciperet: ſi ꝓphecie ſpiritū preſentem habuiſſet. Sciendū quoq̨ eſt: ꝙ aliquādo ꝓphete ſancti dum conſulunt ex magno vſu ꝓphetandi: quedā ex ſuo ſpiritu proferunt: ⁊ ſe hec ex ꝓphecie ſpiritu dicere ſuſpicant. Sed q2 ſancti ſūt per ſpiritūſanctū citius correcti: ab eo que vera ſūt audiūt: ⁊ ſemetipſos q2 falſa dixerint reprehendūt. Nathan etem̄ ꝓphetā ſanctū virū fuiſſe quis neſciat: qui dauid regē de culpa aperte reꝑhendit: ⁊ que ei pro culpa eadē eſſent ventura: nūciauit:

quem tamen dñs idem dauid quia templū
deo vellet ꝯſtruere: requiſiſſet ilico reſpō
dit dicens: Omne qđ eſt in corde tuo va-
de ⁊ fac: quia dñs tecū eſt. 2. Regū. 7.
De q̄ illic ſtatī ſubdit. Factū eſt aūt in no
cte illa: ⁊ ecce ſermo dni ad Nathan di-
cēs: Uade ⁊ loquere ad ſeruū meū dauid
Hec dicit dñs de⁹: Nunq̄d tu edificabis
mihi domū ad inhitandū? Neqꝫ enī hita
ui in domo ex die qua eduxi filios iſrahel
de terra egypti: vſqꝫ in diē hanc. Et pau
lo poſt. Cū impleti fuerint dies tui: ⁊ dor
mieris cū patribus tuis: ſuſcitabo poſt te
ſemen tuū quod egredietur de vtero tuo: ⁊
firmabo regnū eius: ipſe edificabit nomini
meo domū. Ecce nathan ꝑpheta qui pri
us regi dixerat: Uade ⁊ fac: Ipſe poſtmo-
dū prophecie ſpiritu edoctus hoc fieri nō
poſſe denūciās: ⁊ regis cōſilijs ⁊ ſuis ſer-
monibus cōtradixit: quia qđ ex ſuo ſpiri-
tu dixerat: falſum fuiſſe rephendit. Qua
in re inter ꝑphetas veros ac falſos iſta di
ſtantia eſt: quia ꝑphete veri ſi quid ali-
quādo ꝑ ſuū ſpiritū dicūt: hec ab audito-
rū mentibus per ſpiritūſanctū eruditi citi
us corrigūt. Prophete autē falſi: ⁊ falſa
denūciant: ⁊ alieni a ſpiritusancto in ſua
falſitate perdurāt. ¶ Conſideratis igitur
ꝑphecie tēpibus ⁊ modis intueri libet
qualiter om̄ipotens deus ad profectū ho
minū ire ſue moderantiā diſpenſat. Iſrae
liticus quippe popul⁹ conditori ſuo deli-
querat: ⁊ iccirco regi babylonio in capti-
uitate ſeruiebat: cū quo tamē Ezechiel ꝑ
pheta in captiuitatē mittitur. Ezechiel. 3.
quē diuina grā ita ſibi placabilē fecerat: vt
per eū ventura queqꝫ prediceret: ⁊ afflicti
populi mentē conſolari dignaretur. Conſi-
derem⁹ ergo ſi poſſumus quāta eſt diſpē-
ſatio pietatis ſupne: quia ſic iratus eſt po
pulo ſuo dñs: vt tamen nō omnimodo ira
ſceretur. Nā ſi iratus nō eſſet: in captiuita-
tē populū minime tradidiſſet. Et ſi omni
no iratus eſſet: electos ſuos in captiuita-
tem cū illo nō mitteret. Sed agit hec di-
uina miſericordia: vt ex vna eadēqꝫ re ex
qua carnalibus dat flagellū: ex ea ſpirita-
libus: virtutis preſtet incrementū. Cūqꝫ
illos per tribulationē purgat: iſtos ex ſo-
cietate tribulantiū ad maiora promerēda
excitat. Et ſic iniuſtis iraſcitur: vt tamē eo-
rū corda per iuſtoꝝ conſortiū conſoletur: ne
ſi om̄i modo deſerat: nullus poſt culpas
ad veniā redeat: tenendo igitur repellit: et
repellendo tenet: quādo cum his quos di
iudicat: ſimul in tribulationē mittit quos
amat. Quis iſta tāte pietatis viſcera pen
ſare ſufficiat: qđ ⁊ culpas populi domin⁹
ſine vindicta nō deſerit: ⁊ tamē delinquē
tem populū a ſe funditus nō repellit. Sic
cū Moyſes ad repromiſſiōis terrā explo
ratores duodecim miſiſſet. Numeri. 13. ⁊
14. ex quibus cū decem poſtmodū deſpe-
rationē populo facerēt: iſdem populus in
ira murmuratiōis accēſus ſeductū ſe a do
mino eſſe cōqueſtus eſt: vt eius cadauera
iacerēt in deſerto. Cui om̄ipotens deus
iratus dixit: qꝫ nullus eoꝝ in terrā repro-
miſſionis intraret. Quo terrore cōpuncti
praue ſe egiſſe cognouerūt: ſeſe in lachry
mis afflixerūt: ⁊ accincti armis protinus
ceperūt contra hoſtes aſcendere: vt in re-
promiſſiōis terrā poſt lachrymas intrare
potuiſſent. Quibus per Moyſen domi-
nus ait: Nolite aſcendere neqꝫ pugnetis
non enī ſū vobiſcū ne cadatis corā inimi
cis veſtris. Num. 14. Qua in re penſan
dū eſt: ſi cū ipſis non erat: cur eos ne cade
rent aſcēdere prohibebat. Si autē cū ipis
erat: quid eſt quod ait: Non enī ſum vobi
ſcū. Sed mira diſpenſatiōe diſcipline ac
miſericordie: ⁊ cū ipſis erat: ⁊ cū ipſis nō
erat. Cum ipis nō erat vt vincerēt: ſed ta
men cū ipſis erat: ne ab hoſtibus perirēt.
O ineffabilia pietatis viſcera: culpas in
ſequitur: ⁊ tamen peccātes ꝑtegit. Iratū ſe
indicat: ⁊ tamen ab hoſtib⁹ defendit. Sic
plerūqꝫ paruulo filio delinquēti iraſcitur
mater reprehēdit: increpat: ⁊ verberat.
Sed ſi hūc in precēs ire conſpexerit: vbi
in mortis periculū ruat: manu tendit ⁊ re
tinet: ⁊ que ſic irata verberauerat: ac ſi nō
diligeret: ſic diligendo retinet: ac ſi irata
nō verberaſſet. Hec in ſola prefatiōe col-

loquētes: nauigij noſtri quaſi intra portū exercitiū fecimus: vt ad indaganda prophecie myſteria veluti īmenſitate pelagi poſt vela pandamus. Quod tamē nō in noſtra virtute pſumimus: ſed in eo qui infantiū linguas facit eſſe diſertas: quia ſpiritus domini repleuit orbē terrarū: et hoc qđ cōtinet oīa ſcientiā habet vocis. Omnipotēs enim deus ſermo patris omnipotentis eſt: et qui de illo loqui cōcupiſcim⁹ muti in illo nullo modo erimus. Habit eñi verba vtilia omnipotentis verbū: qđ pro nobis incarnatū viuit et regnat cū patre in vnitate ſpūſancti deus: per omnia ſecula ſeculoꝝ Amen.

Explicit omelia. I.

Incipit Omelia. II. que interpretatur primū capitulū a principio vſqꝫ illā partem. Et quattuor facies vni.]

Uſus pphecie locutiōis eſt: vt prius perſonā: tempus: locūqꝫ deſcribat: et poſtmodū dicere myſteria pphecie incipiat: quatenus ad veritatē ſolidius oſtendēdam: ante hyſtorie radicē figat: et poſt fructus ſpiritus per ſigna et allegorias proferat. Ezechiel itaqꝫ etatis ſue tempus indicat dicens:

Et factum eſt in triceſimo anno: in quarto menſe: in quinta menſis.]

Locū quoqꝫ denūcians adiungit. Cū eſſem in medio captiuoꝝ iuxta fluuiū chobar: aperti ſunt celi et vidi viſiōes domini. Tempus etiā inſinuat ſubdēs: In quīta menſis: ipſe eſt annus quītus transmigratiōis regis ioachim: Quia vt bene perſonā indicet: et iam gen⁹ narrat cum ſubdit. Et factū eſt verbū dñi ad Ezechiel filium Buzi: ſacerdotē. Sed prima nobis queſtio orit. Cur is qui nihil adhuc dixerat: ita exorſus eſt dicens: Et factū eſt in triceſimo anno. Et nāqꝫ ſermo cōiunctiōis eſt. Et ſcimus: quia nō coniūgitur ſermo ſubſequēs niſi ſermoni pcedenti: qui igitur nihil dixerat: cur dicit: Et factū eſt: cū non ſit ſermo: cui hoc qđ incipit: ſubiungat? Qua in re ītuendū eſt: quia ſicut nos corporalia ſic pphete ſenſus ſpiritalia aſpiciūt: eiſqꝫ et illa ſunt pſentia que noſtre ignorātie abſentia videntur. Unde fit vt in mente pphetarū ita coniūcta ſint exterioribus interiora: quaten⁹ ſimul vtraqꝫ videāt: ſimulqꝫ in eis fiat: et intus verbū quod audiūt: et foras qđ dicunt. Patet igitur cauſa cur qui nihil dixerat: inchoauit dicēs: Et factū eſt in triceſimo āno: quia hoc verbū quod foris ptulit: illi verbo qđ intus audierat coniūxit. Continuauit ergo verba que ptulit viſioni ītime: et iccirco incipit dicens: Et factū eſt. Subiūxit enim hoc qđ exterius loqui inchoat: ac ſi et illud foris ſit: quod intus vidit. Hoc autē qđ dicit: quia in triceſimo anno ſpiritū prophecie acceperit: indicat nobis aliquid cōſiderandū: videlicet quia iuxta ratiōis vſum: doctrine ſermo nō ſuppetit: niſi in etate pfecta. Unde et ipſe dñs anno duodecīo etatis ſue in medio doctoꝝ in templo ſedēs: nō docens: ſed interrogās voluit inueniri Luce. 2. Ut eñi non auderēt homines in infirma etate pdicare: ille anno duodecimo etatis ſue interrogare homīes eſt dignatus in terra: q̄ per diuinitatē ſuā ſemper angelos docet in celo. Quia eñi ipſe eſt dei ſapiētia de ipo angeli videndo bibūt hoc quod beatitudīe eterna ſatiantur. Quod Moyſes quoqꝫ ſub allegorie myſterio admonet dicēs: Non arabis in primogenito bouis. Deut. 15. Primogenitū eñi bouis accipimus in infirma etate primi noſtri tempis bonā operationē: in qua tamen arandū non eſt: quia cū prima ſunt adoleſcētie vel iuuētutis noſtre tempora: nobis adhuc a predicatiōe ceſſandū eſt: vt vomer lingue noſtre pſcindere nō audeat terrā cordis alieni: quo adusqꝫ etenim infirmi ſumus cōtinere nos intra noſmetipos debemus: ne dū tenera bona cū

citius oſtendimus: amittamus. Quia et arbuſta plātata: ſi prius in terra radicata nō fuerint: manu tacta citius areſcūt. At ſi ſemel radicē fixerint: manus tangit ⁊ tamen nil officit: venti impellūt: nec tamen impellentes ledūt. Et cōſtructi parietes ſi impellant eruunt: niſi a ſuo prius fuerint humore ſiccati. Mens itaq; quouſq; ab humore prauitatis ſue: perfecte nō fuerit exſiccata: aliene lingue manu tangi nō debet: ne priuſq̄ plene percipiat: perdat ſoliditatē ſuam: ne impulſa ruat: ne velut arbuſtū ſine radicibus dū pluſq̄ tolerare valet: concutit areſcat. Ad exemplū ergo nō ſunt oſtendēda: niſi que vere firma ſūt. Prius etem̄ conualeſcere debet mēs noſtra: atq; ad vtilitatē proximoꝝ poſtmodū demonſtrari: cū iam nec per laudē eleuata corruat: nec per vituperationē ꝑcuſſa cōtabeſcat. Nam ⁊ ſi tymotheo dicit. Precipe hec ⁊ doce: nemo adoleſcentiā tuā contempnat. I. Timoth. 4. Sciēdū eſt ꝙ in ſacro eloq̄o nonunq̄ adoleſcētia iuuēt⁹ vocat. Vñ ſcriptū eſt. Letare iuuenis in adoleſcētia tua. Eccl's. II. Propheta igit vt oſtendat cui⁹ auctoritatis ſit in predicatiōe: etatis ſolide eſſe deſcribitur: quatenus ei cū vita ⁊ ſpiritu oīa que ad predicandū congruūt: cōcordare videant. Nec contra hec quempiā mouere debet: quod hieremias atq; daniel ꝓphecie ſpiritū pueri perceperūt. Hierem. I. Dan̄ 13. Quoniā miracula in exemplo operatiōis non ſunt trahēda. Omnipotens eniȝ deus ⁊ linguas infantiū fecit diſertas: et ex ore infantiū atq; lactentiū perfecit laudem. ps. 8. Sed aliud eſt qđ nos de doctrine vſu atq; diſciplina dicimus: aliud quod de miraculo ſcim⁹. Nam vero ſi que rit: vt in ipā quoq; etatis illius expreſſione myſticuȝ aliquid deſignet: abſurdum non eſt qđ propheta dominū quē verbis denunciat: ipō quoq; etatis ſue tempore oſtendat. Anno triceſimo ezechielis prophete celi aperti ſunt: ⁊ vidit viſiones domini iuxta fluuiū chobar. Quia: ⁊ quaſi triceſimo etatis ſue anno: domin⁹ ad fluuiū iordanis venit. Ibi itaq; aperti ſunt celi: quia ſpiritus in columba deſcendit: vox quoq; de celo ſonuit dicens: Hic eſt filius meus dilectus: in quo mihi bene cōplacui. Math. 17. Sed ⁊ ipā verba hebrea multū nobis ad myſteriū interpretādum valēt. Nam chobar interpretat grauitudo vel grauitas. Ezechiel fortitudo dei. Buzi deſpectus vel cōtemptus: caldei captiuātes: vel quaſi demones. Uenit ergo Ezechiel iuxta fluuiū chobar: q2 em̄ chobar grauitudo vel grauitas dicitur: Quid per chobar fluuiū: niſi humanū genus congrue deſignat: quod ab ortu defluit ad mortē: ⁊ graue ſibi eſt ex peccatis que ⁊ perpetrat ⁊ portat: quia ſicut ſcriptū eſt. Iniquitas in talentū plūbi ſedet. Zacha. 5. Omne em̄ peccatū graue eſt: quia nō permittit animā ad ſublimia leuari. Unde ⁊ per pſalmiſtā dicit: Filij hoīm vſquequo graui corde. ps. 4. Scriptum vero de domino eſt: quia ipē eſt dei virtus ⁊ dei ſapientia. I. Corinthioꝝ. I. ⁋ Uenit ergo ezechiel iuxta fluuiū chobar: quia fortitudo dei per incarnationis ſue myſteriū propinquare dignata eſt peccatoꝝ ſuoꝝ pondera portanti generi humano qđ ab ortu ſuo quottidie defluit ad mortē: ſicut de illo ⁊ per pſalmiſtā dicit: Et erit tanq̄ lignū quod plantatū eſt ſec⁹ decurſus aquarū. ps. I. Iuxta decurſus quippe aquarū plantatus eſt: q2 iuxta lapſus incarnatus eſt defluentiū populoꝝ. Ezechielē autē fortitudinē dei. Buzi vero deſpectū interpretari dixim⁹. Sed ezechiel filius eſt buzi: q2 ex illo populo vnigenitus dei incarnari dignatus eſt: quem ꝓpter culpā perfidie dñs deſpexit. Fortitudo ergo dei ex contemptu vel deſpecto naſcit: q2 redemptor noſter humanitatē aſſumere ex populo perfido ⁊ ꝯtemptu dignatus eſt. Uenit ergo in terrā caldeoꝝ. Caldei interpretant vt diximus captiuātes: vel quaſi demones. Iniqui etem̄ q2 ⁊ ipī iniquitates perpetrāt: ⁊ ad iniquitatē alios perſuadēdo trahūt: nimirū captiuātes ſunt: qui recte quoq; ⁊ quaſi demo

nes interpretant᷑: q̄ꝛ hi qui ꝛ alios ad ini-
quitatē ſuadendo ꝑtrahūt: in ſemetipſis
miſteria demonū ad iniquitatē ſuſcipiūt:
quāuis demones per naturā nō ſint. Ve-
nit ergo fortitudo dei in terra chaldeoꝝ:
quia inter eos vnigenit⁹ patris apparuit
qui ꝛ in ſemetipſis ad peccatū defluxerāt:
ꝛ ad peccata alios captiuātes trahebant.
Sed expoſitiōis ſermo nūc ad prophete
perſonam redeat.

¶ Et facta eſt ſuper eum ibi ma
nus domini.]

Manus vel brachiū dñi filius dicit᷑: q̄ꝛ
per ipm oīa facta ſunt. De quo etiā pſal-
miſta ait: Fiat manus tua vt ſaluū me fa-
ciat. ps. 118. Manus quippe dei que per
diuitatē non eſt facta: ſed genita: per hūa
nitatē facta eſt: vt humani generis vulne
ra ſanaret. Ibi ergo ꝓpheta incarnatio-
nē vnigēiti agnouit: vbi ſup ſe manū dñi
factā vidit. Qđ ꝛ̄o hic ſubdit᷑. [Et vidi
ꝛ ecce ventus turbinis veniebat ab aqui-
lone. Cap. I. Intuēdū nobis eſt qui ſit in
ꝓphete verbis ordo locutiōis. Qui em̄
ſuperius de ſeipo dixerat: Aperti ſūt celi
ꝛ vidi viſiones dñi.] Poſtea tanq̄ ſi de
alio narret adiūgit. [Et facta eſt ſuper eū
ibi manus dñi. Ibidē.] Ac deinde quaſi
ad ſe reuertit᷑ ꝛ dicit: Et vidi ꝛ ecce vētus
turbinis veniebat ab aquilone. Quid eſt
hoc qđ modo Ezechiel loquit᷑: modo de
ezechiele? Si per totū diceret de ſe: que-
ſtio nō eſſet. Si per totū diceret: quaſi de
alio nihilomin⁹ queſtio nō fuiſſet. Quid
ergo eſt hoc qđ ſic variat᷑ ſermo propheti
cus: vt modo ꝓpheta de ſe loquat᷑: modo
aūt de ipſo quaſi alius loqui videat᷑? Sed
ſciendū eſt: q̄ꝛ hi qui ꝓphecie ſpiritu re-
plent᷑: per hoc qđ aperte nōnunq̄ loquū-
tur de ſe: ꝛ nōnunq̄ ſic de ſe verba tanq̄
de alijs proferūt: indicāt: q̄ꝛ non ꝓpheta
ſed ſpūſſanctus loquit᷑ per ꝓphetā. Pro
eo em̄ qđ per ipſos ſermo fit: ipi loquunt᷑
de ſe. Et ꝓ eo qđ aſpirāte ſanctoſpiritu lo
quūt᷑: iſdē ſanctuſſpūs per ipos: loquit᷑ de
ipis: veritate atteſtāte: qui dicit: Nō em̄
vos eſtis qui loqm̄ini: ſed ſpūs patris ve

ſtri qui loquit᷑ in vobis. Math. 10. Hinc
etiā moyſes ait. Et erat moyſes vir mitiſ
ſimus ſuper oēs hoīes: qui morabant᷑ in
terra. Num. 12. Quia em̄ non dicit erā:
ſed erat: profec to aperte indicat: q̄ꝛ is qui
per illū de illo loquebat᷑: alius erat. Hinc
Iohānes ait: Vidit illū diſcipulū quē di
ligebat ieſus. Jo. 19. Unde ꝛ paulus: vt
nō ſe eſſe qui loquebat᷑ oſtenderet: dixit:
An experimentū queritis eius: qui in me
loquit᷑ xp̄s? 2. Corin. 13. Quia igit᷑ in lo
cutiōe ꝓphetica: alter eſt qui preſidet: al-
ter qui obſequit᷑: cū de ſeipſo ꝓpheta loq̄
tur: perſona obſequētis eſt: cū vero per ꝓ
phetā ſpiritus loquit᷑: ſublimitas preſidē
tis oſtēditur. Recte ergo ꝛ tanq̄ de alio
dicit᷑: Facta eſt ſuper eū ibi manus dñi.
Et de ſe protinus adiūgit. Et vidi: ꝛ ecce
ventus turbinis veniebat ab aquilone.]
Nunc itaq̄ꝫ diſcutiendū nobis eſt: q̄d ſit
qđ dicit. Et ecce ventus turbinis venie-
bat ab aquilōe: ꝛ nubes magna. Pro eo
quod ventus aquilo cōſtringit in frigore
nō incōgrue aquilonis noīe torpor mali-
gni ſpiritus deſignat᷑. quod eſaias quoq̄ꝫ
ꝓpheta teſtat᷑: qui dixiſſe dyabolū denū-
ciat dicens: Sedebo in mōte teſtamēti in
lateribus aquilonis. Eſa. 14. Malign⁹
em̄ ſpiritus montē teſtamenti tenuit: qui
iudaicū populū qui legē acceperat ſibi in
perfidia ſubiugauit: quādo em̄ corda do
ctoꝝ tenet: montē teſtamenti dyabolus
poſſidet: vnde preſidet. Qui etiā in late-
ribus aquilonis ſedet: quia mētes homi-
minū frigidas poſſidet. Unde ꝛ ſpōſe vo
ce in cantico canticoꝝ dicit᷑. Surge aqui
lo ꝛ veni auſter pfla ortū meū: ꝛ fluēt aro
mata illi⁹. Cant. 4. Cum em̄ iubēte dño
frigiduſ ſpūs recedit: calidus ſpūs mentē
fideliū occupat: qui ortū dei. i. ſctāꝫ eccle
ſiaꝫ perflat: vt opiniones virtutū eius ad
multoꝝ noticiā velut arōata defluāt. Re
cedēte etem̄ aq̄lone. i. maligno ſpū: ſctūs
ſpiritus mentē quaſi auſter replet: qui dū
calefaciēdo flauerit: ſtatim de fideliū cor-
dibus aromata virtutū fluūt. Propheta
ergo ea que eſſent in finem ventura con-

ſpiciens: venire ab aquilone ventū turbi
nis vidit: q in extremo ſeculi mentes ho
minū torporis ſui frigore malignus ſpūs
grauiꝰ occupat. Unde ſcriptū eſt. Ue ter
re ⁊ mari: q deſcendit dyabolus ad vos:
habens iram magnā: ſciens quia modicū
tempus habet. Apoc. 12. Antiquꝰ quip
pe aduerſarius inſidiarū ſuarū molimina
in humanis mētibus grauius exaggrega
uit: cōtra cuius excreſcentē ſuperbiā īcar
nati manifeſtata eſt humilitas dei: atq vt
humanū genus a ſuo languore ſanaret:
tūc magna apparuit potētia medici: cum
languor creuit egroti. Bene aūt maligni
ſpiritus īmiſſio: ventus turbinis appella
tur. Turbo quippe edificiū qđ tangit: cō
cutiendo ſubripit: ⁊ omnis antiqui hoſtis
temptatio que agit in mēte: vētus eſt tur
binis: quia hāc cōcutiendo per deſideria
a ſtatu ſue rectitudinis euellit. Sed nos
iſta reticētes que humano generi erūt ab
hoſte callido in fine vetera: ad ſolā iudeā
ex qua ꝓpheta fuit: ⁊ cuius perditionē ꝓ
phetādo ꝯſpicit: verba vertamus. Quia
incarnato dn̄o tanto grauiꝰ ab aquilone
ventū turbinis pertulit: quāto a ſua recti
tudine cōcuſſa: cadens per torporē mētis
in perfidia frigida remāſit. Uentus ergo
turbinis ab aquilone venit: cū vitā iudai
ci populi malignus ſpūs interpretatione
cōcuſſit. Ubi recte addit.

Et nubes magna.]

Quia quāto plus quiſq exarſit in cru
delitate: tāto amplius obcecari meruit ig
norātie ſue caligine. Redemptorē quip
pe humani generis quē in lege ac ꝓphe
tis intelligētes exſpectauerāt: vidētes ne
gabant. Uñ actū eſt: vt eoꝝ mens magna
ignorātia ſue nube tegeret: ne hūc poſt in
quirētes agnoſcerēt: quē prius ⁊ denūcia
re poterāt: ⁊ amare renuebant. Nam cū
modo in eius virtutes ⁊ miracula: modo
autē paſſiones cōſpicerēt: in infideliū cor
dibꝰ nubes magna ab aquilone venerat:
q ex peccati ſui frigore ꝓpter infirmitatē
paſſionis illius: ⁊ inter ſigna caligabāt.

Quid vero ex illa nubis magne caligine
ſit ſecutū ſubiungit cū ꝓtinus dicit:

Et ignis inuoluens.]

Ignis em̄ nomine cū per ſignificationē
dicit aliquādo ſpiritusſctūs: aliquādo au
tem mētis malicia deſignat. De bono em̄
igne ſcriptū eſt. Ignē veni mittere in ter
ram: ⁊ quid volo: niſi vt accendat? Luce
12. Ignis quippe in terrā mittit: cum per
ardorē ſanctiſpūs afflata: terrena mens a
carnalibus ſuis deſiderijs cōcremat. De
malo igne dicit: Et nūc ignis aduerſarios
conſumit. Heb. 10. Quia cor peſſimū ex
ſua malicia tabeſcit. Sicut aūt ignis amo
ris mentē erigit: ita ignis malicie inuol
uit: quia ⁊ ſanctusſpiritꝰ cor qđ replet ele
uat: ⁊ ardor malicie ad inferiora ſemꝑ in
curuat. Iudea igit nube ſue ignorātie ce
cata: q mox ad perſecutiōis nequiciā eru
pit: igne ſuo inuoluta eſt: que in obliga
tiōe ſe nequicie per eandē ipam crudelita
tē qua arſit: implicauit. Uentus autē tur
binis veniebat ab aquilone: ⁊ nubes ma
gna: ⁊ ignis inuoluens: quia ex torporis
ſui frigore ad ignorantie caliginē perdu
cta: vſq ad maliciā perſecutiōis erupit.
Unde ad alium quoq prophetā dicitur:
Quid tu vides? Qui illico reſpōdit. Ol
lam ſucceſam ego video: ⁊ faciē eius a fa
cie aquilonis. Hierem. 1. Iudeoꝝ quip
pe mens in perſecutiōe ſeuiēs: atq in cru
delitate malicie vndas cogitationū vol
uens: quid aliud ꝗ olla ſuccenſa fuit: cu
ius facies a facie aquilōis eſſe dicit? Nā
ſi ſe aduerſo ſpiritui per torporē mentis
non ſubderet: cōtra bonos in tanta mali
cia nō exarſiſſet. Nubē itaq ſequit ignis
inuoluēs: quia eius cecitatē mentis ſecu
ta eſt crudelitas perſecutiōis. Si em̄ co
gnouiſſent nunꝗ dominū glorie crucifi
xiſſent. 1. Corinth. 2. Sed iſte ignis alibi
arſit: atq alibi ſplēduit. Nam ſubdit.

Et ſplendor in circuitu eius.

Dum em̄ perſecutio in iudea agit: ſctā
apl'oꝝ pdicatio in vniuerſo mūdo diſper
ſa eſt ſicut ipi dicunt. Vobis miſſū fuerat

verbũ dei:ſed quia indignos vos iudicaſtis:ecce imus ad gentes Act. II. De crudelitate ergo malicie que mentẽ iudee cõcremauit: omnipotens deus lucẽ gentibꝰ ſparſit: quia per hoc qđ illa redemptorẽ ſuuꝫ: ac mẽbra eius perſecuta eſt:ſanctis apoſtolis per diuerſa diſperſis: nos q̄ in iudee circuitu poſiti in tenebris fuimus: dono celeſtis gratie ſplendorẽ veri luminis videmus. Unde ſcriptũ eſt. Sedentibus in tenebris ⁊ vmbra mortis lux orta eſt eis. Eſaie. 9. Iſte itaq; ignis malicie: qui in iudeoꝝ cordibus arſit: in perſecutiõe priuſq̄ ſanctos apoſtolos ſeuiẽdo affligeret:in ipõ ſe exercuit auctore ac redẽptore generis humani. Unde ⁊ ſubdit.

¶ Et de medio eius quaſi ſpecies electri: id eſt de medio ignis.

¶ Quid electri ſpecie niſi xp̄us ieſus mediator dei ⁊ hominũ deſignat? Electrum quippe ex auro ⁊ argẽto eſt:in electro dũ argentũq; miſcet:argentũ ad claritatẽ creſcit:auꝝ vero a ſuo fulgore palleſcit:illud ad claritatẽ proficit: hoc a claritate temperat. Quia igit in vnigenito dei filio nature diuinitatis vnita eſt natura noſtra: in qua adunatiõe humanitas in maieſtatis gloria excreuit:diuinitas vero a ſui fulgoris potẽtia humanis ſe oculis tempauit: per hoc qđ humana natura clarior facta eſt:quaſi per aurũ creuit argentũ: ⁊ quia diuinitas a fulgore ſuo noſtris eſt aſpectibus temperata: quaſi aurũ nobis palluit per argentũ Illa em̃ natura immutabilis que in ſe manẽs innouat om̃ia:ſi ita vt eſt nobis apparere voluiſſet:fulgore ſuo nos incenderet:potius q̄ renouaret. Sed claritatẽ ſue magnitudĩs tempauit noſtris oculis deus: vt dũ eius nobis claritas tẽperat:etiã noſtra infirmitas per eius ſimilitudinẽ in eius luce clareſceret: ⁊ per acceptã gratiã (vt ita dicã) ſue habitudinis colorẽ mutaret. Quaſi electrum ergo in igne eſt deus: homo factus in perſecutione. Sequitur.

¶ Et in medio eius ſimilitudo quattuor animalium.

Quod in medio eius dicit: Siue electri: ſiue ignis: nil obſtat intelligi: quia quatuor hec aĩalia ſancti: ſcꝫ euãgeliſte ⁊ eiuſdem dñi incarnatiõe ad fidei virtutẽ ſoliditati ſunt: ⁊ igne perſecutiõis multis tribulatiõibus afflicti. Nõ ſi quis hec que de primo dñi aduentu diximꝰ: etiã de ſecũdo velit accipere celeri aſſenſu ſequendus eſt: quia ſepe ꝓphecie ſpiritꝰ in vno quod loquit: multa ſimul intuet. Uentꝰ em̃ turbinis ab aquilone vẽit:quia nimiſrũ cauſa peccatoꝝ exigit:vt diſtricti iudicij cõcuſſio om̃ia ſimul elementa perturbet: terror em̃ perturbatiõis vltime inde venire dicit vnde generat. Nam quia ad feriendas frigidas peccatoꝝ mentes iudicium perturbatiõis vltime agit: recte ab aquilone vẽtus turbinis venire perhibet que videlicet cõcuſſio apte ventus turbinis dicit: q2 in illo die cunctoꝝ qui tũc in carne mortali inuẽti fuerint:in pauore nimio corda cõmouent: cum em̃ ceperit impleri quod ſcriptũ eſt. Sol obſcurabit: ⁊ luna nõ dabit lumen ſuũ: et ſtelle cadent de celo: ⁊ virtutes celoꝝ cõmouebuntur. Math. 24. Que mens homĩs erit eterni iudicis ſententiã non formidãtis? Ibi em̃ tunc cũcta ſimul peccata ante oculos redeunt: ibi om̃ia que cũ delectatiõe acta ſunt ad memoriã cũ pauore reuocant. Ibi caligo cogitatiõis miſeros ex pena proxie dampnatiõis. Unde ⁊ ſubdit:

¶ Et nubes magna.

Tunc quippe expectatoꝝ memoria ſenſum mentis deprimit caligo cecitatis: cũ vnigenitũ dei filiũ in forma diuinitatis cõſpicere reprobi nõ permittunt. Uidebũt em̃ in quẽ tranſfixerũt. Zach. 12. Johis 19. Et tollat impius ne videat gloriã dei Ubi ⁊ apte ſubditur.

¶ Et ignis inuoluens.

Quia videlicet ignis ille iudicij: qui celũ aereũ ⁊ terrã cõcremat: peccatores tam in ſua ſuperbia nõ permittit erigi: ſed inuoluit quos ꝓculdubio in pena ſue dam-

natiõis cõfringit. Et ſplendor in circuitu
eius. Quia ſicut fulgor exit ab oriente: et
paret vſq ad occidentẽ: ita erit aduẽtus
filij hominis: vbi nullus tũc a iudicio in
ſua mẽte latere permittit: quia ab ipſo iu-
dicis fulgore penetrat: de quo mox iudi-
cij die ſubditur.

¶ Et de medio eius quaſi ſpeci es electri: id eſt de medio ignis.

Ipſe em̃ angelis atq archangelis: oĩbus
q virtutib' p̃ſidens redẽptor noſter: q̃ ve
lut in electri ſimilitudine vn' ex vtraq: ⁊
in vtraq natura: ⁊ deus pmãſit cũ patre:
⁊ ad redemptionẽ noſtrã factus eſt morta
lis cũ hominibus: in ſuo tũc terrore vide-
bit: eiq ignis iudicij in reproboꝝ vindi-
ctam famulat. Hinc em̃ ſcriptũ eſt. Dies
dñi declarabitur: quia in igne reuelabit.
1. Corinth. 13. Hinc pſalmiſta ait: Deus
manifeſte veniet deus noſter: ⁊ nõ ſilebit
ignis in cõſpectu eius ardebit: ⁊ in circui
tu eius tempeſtas valida. pſ. 49. Hinc
petrus aplus dicit: Adueniet dies dñi vt
fur: in quo celi magno impetu tranſibũt:
elemẽta vero ignis ardore ſoluent. 2 Pe
tri. 3. Et quia tũc ſancti om̃es qui mũdu
perfecte reliquerũt: iudices veniũt: apte
mox ſubditur.

¶ C Et in medio eius ſimilitudo quattuor animalium.]

¶ Quid em̃ per quattuor aĩalia: niſi quat
tuor euãgeliſte deſignant? Nec immerito
per euãgeliſtas quattuor: perfectoꝝ om-
niũ numerus exprimit: quia om̃es qui in
eccleſia modo perfecti ſũt: perfectiõis ſue
rectitudinẽ per eoꝝ euangeliũ didicerũt.
de medio em̃ ei' ſimilitudo quattuor ani
maliũ. Quia illi tunc eius corpori vniti:
eius maieſtati cõiuncti: ⁊ ſimiles facti cũ
eo iudices videbunt: qui modo perfecta
opera iuxta euãgelica precepta ſecuti ſũt
Hinc eſt em̃ quod ipſis ſanctis apoſtolis
dicit: Uos qui ſecuti eſtis me in regenera
tiõe cum ſederit filius homĩs in ſede ma-
ieſtatis ſue: ſedebitis ⁊ vos ſup ſedes duo
decim: iudicantes duodeci tribus iſrael.
Math. 19. Hinc Eſaias ait: Dñs ad iu-
diciũ veniet cũ ſeniorib' populi ſui. Eſa.
3. Hinc ſalomon de eccleſia loquit dicẽs:
Nobilis in portis vir eius: cũ ſederit cu
ſenatorib' terre. Prouerb. vlti. His ita-
q ſub breuitate trãſcurſis: aduentus pri-
mi ordinem ſicut cepimus exequẽtes: ad
euãgeliſtarum perſonas in expoſitiõe re-
deamus. Sequitur.

¶ Et hic aſpectus eorum ſimili tudo hominis in eis.]

¶ Quis hoc loco homo deſcribit: niſi ille
de quo ſcriptũ eſt? Qui cũ in forma dei eſ
ſet nõ rapinã arbitratus eſt eſſe ſe equalẽ
deo: ſed ſemetipm exinaniuit formã ſerui
accipiẽs in ſimilitudinẽ hominũ factus:
⁊ habitu inuẽtus vt homo. Phil. 2. Hec
itaq aĩalia vt ſurgere ad ſanctitatis vir
tutẽ valeant: ad huius homĩs ſimilitudi-
nẽ tendũt. Sancta em̃ non eſſent: ſi hui'
hominis ſimilitudinẽ non haberẽt: quia
quicq̃d in eis de viſcerib' pietatis: quic-
quid de manſuetudine ſpirit': quicq̃d de
zelo rectitudinis: quicq̃d de cuſtodia hu-
militatis: quicq̃d de feruore charitat eſt:
hoc ab ipſo fonte miſericordie: ab ipſa radi
ce manſuetudinis: ab ipſa virtute iuſticie
id eſt a mediatore dei ⁊ hominũ: deo do-
mino traxerũt: hui' ſe homĩs ſimilitudi-
nẽ habere: egregius predicator oſtendit
dicens: Imitatores mei eſtote ſicut ⁊ ego
xpi. 1. Corinth. 4. ⁊ 11. Ad eius nos ſi-
militudinem ſurgere admonet cum dicit:
Primus homo de terra terrenus: ſecun-
dus homo de celo celeſtis. Sicut porta-
uimus imaginẽ terreni: portemus ⁊ ima
ginẽ eius qui de celo deſcẽdit. 1. Corinth
15. Sanctus etem̃ quiſq intantũ ad ſimi
litudinẽ huius homĩs ducit: inquantũ vi
tã ſui redemptoris imitat. Nam ab eius
mãdatis atq operibus diſcordare: quid
eſt aliud q̃ a ſimilitudine longe recedere
Plangũt autẽ vitam delinquentiũ predi
catores ſancti: ſed de ipſo noſtro capite ſcri
ptũ eſt. Quia fleuit ſup hieruſalẽ. Luce
19. Gaudẽt de bonis actibus ſubditoꝝ: ⁊
recte operãtes diligũt. Sed de redẽpto-

re noſtro ſcriptū eſt. Qui cū adoleſcēs quidam diceret: Hec omīa cuſtodiui a iuuentute mea. Math. 19. magis dilexit eum. Portāt illatas cōtumelias predicatores ſancti ⁊ nullā ad inuicem contumeliā reddunt. Sed cū redemptori noſtro diceret: Demoniū habes. Johis. 8. Non iniuriā reddidit: ſed manſuete reſpondit dicens: Ego demoniū nō habeo. Feruēt zelo rectitudinis p̄dicatores ſancti: ſed redemptor omniū flagello de reſticulis facto vēdentes ⁊ emētes eiecit de templo: cathedras vendentiū colūbas euertit: ⁊ nūmulariorum effudit es. Johis. 2. In omī quod fortiter agunt: humilitatē tota intentiōe cuſtodiūt. Sed per redemptorē noſtrū dicit: Diſcite a me: quia mitis ſum ⁊ humilis corde. Math. 11. Perſecutores ſuos quoq̧ diligunt predicatores ſancti. Sed ipſe auctor omniū ac redemptor in paſſione poſitus: p perſecutoribus intercedit dicēs: Pater ignoſce illis: quia neſciunt quid faciūt. Luce. 23. Mēbra ſua ponūt in paſſione p fratribus: Sed pro electorum vita vſq̧ ad mortē ſe tradidit auctor vite. Dicit ergo de ſanctis aīalibus q ſimilitudo homis in eis eſt: quia q ſancta: q mira ſunt: hoc in eis de ſpecie ſimilitudinis eſt: id eſt de virtute imitatōis. Caput quippe oīm noſtrū redemptor noſter eſt. Et per ſalomonē dicit: Oculi ſapiētis in capite eius: ſtultus autē in tenebris ambulat. Eccl's. 2. Tunc em̄ in capite oculos habemus: cū vitā redemptoris noſtri tacita cogitatiōe cōſpicimus. Et cū omis noſtra intentio in eius ſe imitationē erigit: ne ſi vias lucis aſpicere oculus mentis neglexerit: ſtatim clauſus in tenebras erroris cadat. Ad huius ſimilitudinē hominis ſurgere feſtinabat ꝓpheta cū diceret: In mandatis tuis exercebor: ⁊ cōſiderabo vias tuas. ps. 118. Qui etem̄ vias dn̄i tacitus in mente cōſiderat: ⁊ ſe exercere in mandatis illius feſtinat: quid aliud in ſemetipō: niſi imaginē noui hoīs reformat? quod quia in ſanctorum cordib⁹ inceſſanter agit: recte nūc de aīalibus dicit

[Similitudo homīs in eis.]

Poſt hāc vero ſimilitudinē que nūc in moribus tenet: quādoq̧ ad ſimilitudinē glorie peruenit. Hinc etem̄ Johānes dicit: Nunc filij dei ſumus: ⁊ nō dum apparuit quid erim⁹. Scimus autē quoniā apparuerit ſimiles ei erim⁹. 1. Joh. 3. Qui mox vnde hoc fieri valeat: adiūgit dicens Quoniā videbimus eū ſicuti eſt. Eſſe etenim dei eſt eternū hūc atq̧ incōmutabilē permanere. Nam omne qđ eſt mutabile deſinet eſſe qđ fuit: ⁊ incipit eſſe quod nō fuit. Dei vero eſſe eſt diſſimiliter nunq̄ eſſe. Unde ad moyſen dr̄: Ego ſum q̄ ſum. Exo. 3. ⁊ dices filijs iſrael. Qui eſt: miſit me ad vos. Jacobusq̧ ait: Apud quē nō eſt trāſmutatio: nec viciſſitudīs obumbratio. Jaco. 1. Itaq̧ per Johez dicit: Similes ei erimus: qm̄ videbimus eū: ſicuti eſt. Quia per hoc qđ aſpicim⁹ eius eſſentiā nature: a mutabilitate noſtra liberati figimur in eternitate. Immutabimur quippe in ipo quē videbimus: q̄ morte caremus videndo vitā. Mutabilitatē noſtrā tranſcendem⁹ videndo īmutabilitatē: corruptiōe nullaten⁹ tenebimur vidēdo in corruptionē. Erit aūt tūc ſimilitudo hoīs etiam in corpibus nr̄is. Hinc etem̄ per paulū dicit: Nr̄a ꝯuerſatio in celis eſt. Phil. 3. Unde etiā ſaluatorē expectamus dn̄m ieſum xp̄m: q̄ reformauit corpus hūilitatis noſtre ꝯfiguratū corpi claritatis ſue. Erūt & tūc electorum corpa claritati dn̄ici corpis ꝯfigurata: q̄ ⁊ ſi equalitatē glorie eius nō hn̄t per naturā: ſilitudinē tn̄ ꝯfiguratiōis eius habebūt per grāz. Q̄r itaq̧ ſilitudo vite ei⁹: nūc in morib⁹ trahit electorum: ⁊ ī reſurrectiōe ſequit: ſilitudo eternitatis in mente: qm̄ videbim⁹ eū ſicuti eſt. Et q̄ ſimilitudinē q̧ illius etiā corpa nr̄a percipiēt: in configuratiōe dicat.

[Recte de ſanctis animalibus ſimilitudo hominis in eis.]

Hec nos in expoſitōis exordio plibaſſe ſufficiat: vt loq̄ndi virt⁹ ſilētio refota: ad īdagāda miſteria q̄ ſequūt robuſtior exurgat

Certi etenim ſumus:quia ipm̄ de quo lo-
quimur habemus adiutorẽ:qui viuit ⁊ re
gnat cũ patre in vnitate ſpiritusſancti de
us:per oĩa ſecula ſeculoꝝ amen.

¶ Explicit omelia. II.

¶ Incipit Omelia. III. que interpretať primũ capitulũ ab illa parte. Quattuoꝛ facies vni: vſq ad illam partẽ in eodẽ capitulo. Similitudo autez vultus eoꝝ facies hoĩs ⁊ facies leonis.

Ancta quattuoꝛ animalia que
pphecie ſpiritu futura preuí-
dent:ſubtili naratõe deſcribũ
tur cum dicitur:

¶ Quattuoꝛ facies vni:⁊ quattuoꝛ penne vni.]

¶ Quid per faciẽ:niſi noticia? ⁊ quid per
pennas:niſi volatus exprimiť? Per faciẽ
quippe vnuſquiſq cognoſciť: per pennã
vero in altũ auiũ coꝛpoꝛa ſubleuanť. Fa-
cies itaq ad fidẽ pertinet:penna ad con-
templationẽ. Per fidem nãq ab om̄ipo
tenti deo cognoſcimur: ſicut ipſe de ſuis
ouibus dicit:Ego ſum paſtoꝛ bonus:⁊ co
gnoſco oues meas: ⁊ cognoſcũt me mee.
Iohis.10. Qui rurſus ait: Ego ſcio qs
elegerim. Iohis.13. Per cõtemplationẽ
vero: qꝛ ſup noſmetipos tollimur: qſi in
aera leuamur. Quattuoꝛ ergo facies vni
ſunt:quia ſi requiras: quid Matheus de
incarnatiõe dñi ſentiat:hoc nimirũ ſentit
quod Marcus: Lucas ⁊ Iohãnes. Si
queras:quid Iohãnes ſentiat: hoc pcul
dubio qꝺ Lucas marcus ⁊ matheus. Si
qras:qd marcus? hoc qꝺ mathe⁹ iohes ⁊
lucas. Si queras qd lucas? hoc qꝺ iohes
matheus et marcus ſentit. Quattuoꝛ g
facies vni ſunt: quia noticia fidei qua co-
gnoſcũť a deo:ipa eſt in vno que eſt ſimi-
lis in quattuoꝛ. Quicquid eñi in vno in
ueneris:hoc in om̄ibus ſimul quatuoꝛ re
cte cognoſces. Et quattuoꝛ penne vni:qꝛ
dei om̄ipotentis filiũ dominũ noſtrũ ieſũ
xpm ſimul omnes cõcoꝛditer predicãt:et
ad diuinitatẽ eius mẽtis oculos leuãtes
penna cõtemplatiõis volant. Euangeli-
ſtarũ ergo facies ad humanitatẽ dñi per-
tinet:pẽna ad diuinitatẽ: quia in eo quẽ
coꝛpoꝛeũ aſpiciũt: quaſi facies intendũt.
Sed dñ hunc eſſe incircũſcriptũ:atq in-
coꝛpoꝛeũ ex diuinitate adnũciant:per cõ-
templatiõis pennã quaſi in aere leuanť.
Quia itaq ⁊ vna eſt fides incarnatiõis
eius in omibus: ⁊ par cõtemplatio diui-
nitatis eius in ſingulis:recte nũc diciť:

¶ Quattuoꝛ facies vni: ⁊ quattuoꝛ penne vni.]

¶ Sed que virtus eſſet:ſi fidẽ atq cõtem-
plationẽ dñi:habentes pdicatoꝛes illius
ſancta opera nõ haberent. Sequiť.

¶ Et pedes eoꝝ pedes recti.]

¶ Quid per pedes:niſi greſſus actuũ de-
ſignanť? Quattuoꝛ ergo animaliũ pedes
recti eſſe deſcribunť:quia ſanctoꝝ euãge
liſtarũ atq omniũ perfectoꝝ opera ad ſe-
quendã iniquitatẽ nõ ſunt retoꝛta. Ubi au
tẽ pedes rectos non habent:qui ad mala
mũdi que reliquerãt reflectunť. De qui-
bus ſcriptũ eſt. Canis reuerſus ad ſuũ vo
mitũ:⁊ ſus lota in volutabꝛo luti. 2. Pe
tri.2. Dolebat de quibuſdã doctoꝛ egre-
gius qꝺ pedũ rectitudines retro retoꝛſe-
rãt:qbus per increpationẽ dicebat. Quo
modo cõuertimini iterũ ad infirma ⁊ ege
na elemẽta:quibus denuo ſeruire vultis
dies obſeruatis ⁊ tempa ⁊ annos: timeo
vos ne foꝛte ſine cauſa laboꝛauerim in vo
bis. Gal.4. Qui alios admonet dicẽs:
Propter qꝺ remiſſas manus ⁊ ſoluta ge
nua erigite: ⁊ greſſus rectos facite pedi-
bus veſtris. Heb.12. Ut vero in eiſdem
ſctis pdicatoꝛib⁹ vite grauitas foꝛtitudo
atq diſcretio monſtrareť:recte ſubiũgiť.

¶ Planta pedis eoꝝ quaſi planta pedis vituli.]

¶ Quia eñi predicatores ſancti boũ noĩe
deſignanť:docet paulus apoſtolus legis

testimoniū exponens. Non obturabis os
bouis triturātis. I. Corin. 9. Deutro. 25.
In ſanctis ergo predicatoribus plāta pe
dis eſt vituli: ſcʒ mature incedens: ⁊ for-
tis ⁊ diuiſa: quia vnuſquiſqʒ predicator ⁊
veneratione habet in maturitate: ⁊ forti-
tudinē in opere: ⁊ diuiſionē vngule in di-
ſcretiōe. Non eñ facile predicatio ei⁹ ac
cipit: ſi leuis in moribus eſſe videat. Et
nulla erit maturitatis oſtenſio: ſi cōtra ad
uerſa oīa non affuerit operis fortitudo.
Virtutis autē meritū ipſa fortitudo ope-
ris amittit: ſi diſcretio in intellectu nō fu
erit. Ecce eñ ſacram ſcripturā legimus:
ſi omnia ad litterā ſentimus. Virtutē di-
ſcretiōis amiſimus: ſi oīa ad ſpiritalē al
legoriā ducimus: ſimiliter indiſcretiōis
ſtulticia ligamur. Legūt enim ſacra elo-
quia p̄dicatores ſancti: ⁊ aliquādo in hy-
ſtoria litterā ſuſcipiūt: aliquādo vero per
ſignificationē littere ſpiritū requirūt. Et
modo bona facta patrū precedentiū ſicut
iuxta litterā inueniūt: imitāt. Modo que
dā que iuxta hyſtoriā imitanda nō ſunt:
ſpiritaliter intelligūt: ⁊ ad profectū ten-
dūt. Quid ergo aliud p̄dicatores ſancti
in ſuo opere: niſi in pede vngulā findūt?
De quibus adhuc apte ſubdit.

Et ſcintille quaſi aſpect⁹ eris candentis.]

Es metallū valde ſonoꝝ eſt: ⁊ recte vo-
ces predicantiū eri comparant. Quia in
omnē terrā exiuit ſonus eoꝝ: ⁊ in fines or
bis terre verba eoꝝ. p̄s. 18. Bene autem
es cādens dicit: quia vita predicantiū ſo-
nat ⁊ ardet. Ardet eñ d̄ſiderio: ſonat ver
bo. Es ergo candens: eſt predicatio accē
ſa. Sed de cādenti ere ſcintille prodeūt:
quia de eoꝝ exhortatiōibus verba flam-
mantia ad aures audientiū procedūt. Re
cte autē predicatoꝝ verba ſcintille appel
late ſunt: qui eos quos in corde tetige-
rint: incendunt. Conſiderandū quoqʒ eſt
ꝙ ſcintille ſubtiles valde ⁊ tenues ſunt:
quia cū predicatores ſancti de celeſti pa-
tria loquūtur: non tantū valent apire ver
bo quantū poſſunt ardere deſiderio: ⁊ ex
eoꝝ lingua: quaſi quedā ad nos ſcintille
veniūt: quia de celeſti patria in eoꝝ voce
vix tenue aliquid cognoſcit: quod tamen
ab eis nō tenuiter cremat. Neqʒ eñ cele-
ſtem gloriā aut tantū videre ſufficiūt quā
tum eſt: aut tantū loqui preualēt: quantū
vidēt. Candens ergo es ſcintillas ꝓiicit
quādo vix tenuiter p̄dicator loqui ſufficit
hoc: vnde ipō fortiter igneſcit. Diuina au
tē pietate agit: vt ex ipis ſcintillis tenuiſ
ſimis audiētis animus inflammet. Quia
ſunt quidā qui duʒ parua audiūt: maiori
deſiderio replētur: ⁊ inde perfecte in dei
amore ardēt: vnde vix tenuiſſimas verbo
boꝝ ſcintillas acceperūt. Verbū quippe
predicatiōis ſemen in corde audiētis eſt:
⁊ auditor bonus: inde profert poſtmodū
magnā meſſem ſciētie: vnde parū pri⁹ ac
ceperat ſonū lingue. Cui rei bene cōcinit
factū in vidua ab helyſeo ꝓpheta miracu
lū: que ne duos filios auferēte creditore
amitteret: ꝓphete dictis obediuit: ⁊ ex eo
q̄d parū olei habebat: per vaſa vacua ef-
fudit: que cūcta poſt vſqʒ ad ſummū reple
ta ſunt: ⁊ ex eoꝝ repletiōe mulier a credi-
toris ſui debito eſt ſoluta. 4. Regū. 4.
Que videlicet mulier quā aliā: niſi ſan-
ctā eccleſiā ſignat: duoꝝ populoꝝ: id eſt
iudaici ⁊ gentilis: quaſi duoꝝ filioꝝ ma-
trē. Que prius ex peruerſo opere per cal
lidi ſpiritus ſuaſionē: quaſi quedā pecca
ti nummū a creditore acceperat: et duos
quos in fide genuit: amittere filios time-
bat. Sed ꝓphete verbis: id eſt ſcripture
ſacre p̄ceptis obediēs: ex paruo quod ha-
bebat olei vaſa vacua infudit: quia dum
ab vnius ore doctoris: parū quid de amo
re diuinitatis multoꝝ vacue mētes audi
unt: exuberāte grā vnguento diuini amo
ris vſqʒ ad ſummū replent. Et iam nunc
multoꝝ corda que prius fuerāt vacua va
ſcula vngento ſpiritus plena ſunt: que ex
paucitate olei ſolūmodo infuſa videbant.
Quod dū alijs atqʒ alijs dat: ⁊ ab audi-
toribus fides accipit: ſarepta mulier vide
licet ſancta eccleſia ſub creditoris ſui iam

debito non tenetur. Sequitur.

Et manus hominis ſub pennis eorum in quattuor partes.

Poſſunt hoc in loco per quattuor partes regiõis quattuor partes mũdi accipi. ſcz: oriens: occidens: meridies: ⁊ ſeptentrio: quia ſanctoꝝ predicatio auctore deo in cũctis mũdi partibus eſt egreſſa: poſſumus etiã per quattuor partes pͥcipales quattuor virtutes accipere: ex quibus relique virtutes oriunt̃: videlicet: Prudẽtiã: fortitudinẽ: iuſticiã: atq̧ temperantiã quas nimirũ virtutes tũc veraciter accipimus: cũ earũ ordinẽ cuſtodimus. Prima quippe prudẽtia. Secũda fortitudo. Tercia iuſticia. Quarta tẽpantia eſt. Quid eñ pdeſſe poteſt prudẽtia ſi fortitudo deſit? Scire etenĩ cuiquã quod nõ poteſt facere pena magis eſt q̃ virtus. Sed q̃ prudẽter intelligit qđ agat: ⁊ fortiter agit qđ intellexerit: iam pculdubio iuſtus eſt: ſed eius iuſticiã temperãtia ſequi debet. Nã plerũq̧ iuſticia ſi modũ nõ habet: in crudelitatẽ cadit. Ipſa ergo iuſticia vere iuſticia eſt: que ſi temperãtie freno moderatur: vt in zelo quo quiſq̧ feruet: ſit etiam temperãs: ne ſi plus ferueat: perdat iuſticiã: cuius ſeruare moderamina ignorat. Due aũt ſunt pdicatoꝝ ſanctoꝝ vite actiua ſcz ⁊ cõtemplatiua. Sed actiua pͦr eſt tẽpore q̃ cõtemplatiua: quia ex bono opere tendit̃ ad contemplationẽ. Contẽplatiua autẽ maior eſt merito q̃ actiua: qz hec in vſu pñtis operis laborat: illa vero ſapore intimo venturã iam requiẽ deguſtat Quid itaq̧ per man⁹: niſi actiua? ⁊ quid per pẽnas: niſi cõtemplatiua vita deſignatur? Manus ergo homĩs ſub pennis eoꝝ eſt: ideſt virtus operis ſub volatu cõtemplatõis. Quod bene in euãgelio due ille mulieres deſignãt: martha ſcz ⁊ maria. Martha etenĩ ſatagebat circa frequẽs miniſteriũ: maria autẽ ſedebat ad pedes dñi ⁊ audiebat verba eius. Luce. 10. Erat ergo vna intenta operi: altera autẽ contemplatiõi. Vna actiue ſeruiebat per exterius miniſteriũ: altera cõtemplatiue per ſuſpenſionẽ cordis in verbũ. Et q̃uis actiua bona ſit: melior tamen eſt cõtemplatiua: quia iſta cũ mortali vita deficit: illa vero immortali vita plenius excreſcit. Unde dicit̃. Maria optimã partẽ elegit: que nõ auferet̃ ab ea. Ibidẽ. Quia igit̃ actiua minor eſt merito q̃ cõtemplatiua: recte nũc dicit̃: Manus homĩs ſub pennis eoꝝ Nam ⁊ ſi per actiuã boni aliquid agimus: ad celeſte tamẽ deſideriũ per cõtemplatiuã volamus. Unde ⁊ apud moyſen actiua ſeruitus: cõtemplatiua autẽ libertas vocat̃. Et cum vtraq̧ vita ex dono ſit gratie: q̃diu tamen inter proximos viuimus: vna nobis in neceſſitate eſt: altera in volũtate. Quis eñ cognoſcẽs deũ ad eius regnũ ingredit̃: niſi bene prius operet̃? Sine cõtemplatiua ergo vita intrare poſſunt ad celeſtẽ patriã: q̃ bona que pñt operari nõ negligũt. Sine actiua autẽ intrare nõ poſſunt: ſi negligũt operari que poſſũt. Illa ergo in neceſſitate hec in voluntate eſt. Illa in ſeruitute: iſta in libertate. Hinc eſt eñ quod ad Moyſen dicitur: Si emeris ſeruũ hebreũ: ſex annis ſeruiet tibi: in ſeptimo egrediet̃ liber gratis. Cum quali veſte intrauerit: cũ tali exeat. Si habet vxorẽ: ⁊ vxor egrediat̃ ſimul: ſin autẽ dederit illi dñs vxorẽ ⁊ peperit filios ⁊ filias: mulier ⁊ liberi eius erũt domini ſui: ipſe vero exibit cum veſtitu ſuo. Qđ ſi dixerit ſeruus: diligo dominũ meũ ⁊ vxorẽ ac liberos: nõ egrediar liber: offerat eum dñs dijs et applicabit̃ ad hoſtiũ poſtes: perforabitq̧ aurẽ eius ſubula: et erit ſeruus in ſeculũ. Exod. 21. Paulo latius teſtimoniũ dedimus: vt diſtinctionẽ ſeruitutis atq̧ libertat̃ in vtraq̧ vita mõſtremus. Sed oneroſum eſſe nõ debet: ſi hoc exponẽdo exequimur: vnde ipſa hec que diximus affirmemus. Hebreus eniz tranſiens interpretat̃. Et ſeruus hebreus emit̃: quando vnuſquiſq̧ qui iã ab hoc ſeculo mẽte trãſit: ſeruitio omĩpotentis dei ſubdit̃. Ille etenĩ vere deo ſeruire appetit: qui ab hoc ſeculo mẽte tranſire didi-

cerit. Sic moyſes trāſiuit vt videret viſū
Sic dauid, cū videret impiū exaltatū ⁊ ele
uatū ſuper cedros libani tranſiuit: ⁊ ecce
nō erat. ps. 36. Quia iniquoꝝ potentias
eſſe magnū aliquid fortaſſe credimus: ni-
ſi ad permanēs ſeculū mente trāſeamus.
Seruus vero hebreus emptus ſex annis
ſeruire precipit: ita vt in ſeptimo anno li-
ber exeat gratis. Quid em̄ per ſenarium
numerū: niſi actiue vite perfectio deſigna
tur? Quid per ſeptenariū: niſi cōtempla
tiua exprimit. Sex ergo annis ſeruit: ⁊ ſe
ptimo egredit liber: qui per actiuā quam
perfecte exhibuerit: ad contemplatiue vi
te libertatē tranſit. Et notandū ꝙ gratis
liber egredit: quia hi poſtꝙ om̄ia fecerint
dicūt ſe inutiles ſeruos: eis ꝓculdubio ſi
cut ipſa actiua fuit ex munere: ita erit ex
gratia etiā contemplatiua. Cū quali ve-
ſte intrauerit: cū tali exeat. Quia om̄ino
neceſſe eſt vt vnuſquiſqꝫ noſtrū in hoc qd
incipit perſeueret: atqꝫ vſqꝫ ad finē ope-
ris in ea quā inchoauit: intentiōe perdu-
ret. Ille quippe bene ad cōtemplatiuam
trāſit: qui in actiua vita intentiōis ſue ve
ſtē ad deteriora nō mutauerit. Et ſunt nō
nulli qui priuſꝙ omnipotētis dei ſeruitio
in ſancta cōuerſatione ſocient: iam bona
operari diligūt. Sunt vero alij qui bona
opera poſtꝙ ad ſeruiciū omnipotētis dei
venerūt diſcūt. Qui ergo operationē bo-
nā ⁊ priuſꝙ ad dei ſeruitiū veniret habe-
re ſtuduit: hebreꝰ ſeruus cū vxore emptꝰ
eſt. Et plerunqꝫ is qui talis eſt: poteſt ad
cōtemplatiuā vitā tranſire: ⁊ tamen acti-
uam nō deſerere. Unde ⁊ illic ſubdit. Si
habens vxorē ⁊ vxor egrediat ſimul. Cū
eo em̄ et vxor ad libertatē egredit: qm̄ is
qui ad contemplationē peruenit: etiā fo-
ris actionē boni operis qua ꝓdeſſe poſſit
alijs: nō relinquit. Sin autē dominꝰ de-
derit illi vxorē ⁊ pepererit filios ⁊ filias:
mulier ⁊ liberi eius erūt dn̄i ſui: ipſe vero
exibit cū veſtitu ſuo. Seruo empto domi
nus dat vxorē cum predicatoꝛ quiſqꝫ euꝫ
quē iuri om̄ipotentis dei mancipauerit:
boni actioni cōiungit. Nam ⁊ predicato-
res domini vocant. Sicut helyſeo ꝓphe
te de ꝑdicatore ſuo dicit Scis ꝙ dominꝰ
tuus tollat a te? Uxor vero ſerui empticij
filios ⁊ filias parit: quādo bona actio for-
tes vel teneros fructus generat. Sed mu
lier que a domīo data eſt: idē domīo cum
filijs remanet: ipſe vero ſeruus exit cū ve
ſtitu ſuo: quia bona actio vel eiuſdē bone
actiōis fructus predicatoris mercedi re
putant. Ipſe vero in deſiderij ſui intentio
ne perdurās: per ſupernā gratiā ad contē
plationē liber egredit. Nō ſi dixerit ſer-
uus: diligo dominū meū ⁊ vxorē ac libe-
ros: nō egrediar liber. Seruus dn̄m ſuū
diligit: quādo predicatoris verba ſollici-
ta mente cuſtodit. Uxorē quoqꝫ amans ⁊
liberos liber egredi recuſat: quando acti-
uā vitam eiuſqꝫ fructus diligens: tranſire
ad contemplatiuā non vult: quia bona ſe
opera habere in miſterij ſui ſeruitute cō-
ſiderās: ad libertatis quietē recuſat ſece-
dere. Sed offerat eū dominꝰ dijs: ⁊ appli
cet ad oſtiū ⁊ poſtes: ⁊ perforet aurē eius
ſubula: vt ſit ei ſeruus in ſeculū. Is enim
qui in actiua diſpoſuit: vita perdurare a
domino dijs offert: quādo a predicatore
ſuo antiquorū patrum dictis imbuit: qui
nobis in via om̄ipotētis domini ſacerdo-
tes fuerūt: atqꝫ ad oſtium ⁊ poſtes taber-
naculi ducit: vt de ingreſſu celeſtis habi-
taculi altius aliquid audiat: ⁊ tremēdi iu
dicij diem ſubtiliter cognoſcat: ne per bo
na opera que facit: placere hominibꝰ ap-
petat. Sicqꝫ auris eius ſubula perfora-
tur: dū mens illius timoris dei ſubtilitate
percutit: vt verbi acumine tranſfixa: per
omne quod agit nouerit ingreſſum regni
ſemper attendere: et quaſi ab oſtio et po-
ſte tabernaculi perforatam aurem porta-
re. Qui erit ſeruus in ſeculum: vt eſſe
poſt ſeculum liber poſſit. In ſeculo ete-
nim ſeruus eſt: qui per actiuam vitam ho
minibus ſeruire diſpoſuit: vt poſt pre-
ſens ſeculum ad libertatem veram vale-
at peruenire. De qua per Paulū dicitur
Quia ⁊ ipa creatura liberabit a ſeruitute
corruptiōis in libertatē glorie filioꝝ dei.

Rom. 8. Tunc etenim vera in nobis libertas erit: cũ ad gloriam filioꝝ dei adoptio noſtra peruenerit. Nũc vero non ſolũ actiua vita in ſeruitute eſt: ſed ipſa quoqꝫ contemplatio qua ſup nos rapimur: libertatem mẽtis adhuc perfecte nõ obtinet: ſed imitat: quia illa que eſt intima in enigmate videt. Ipſa tamen in quãlibet ſit contẽplatiõis anguſtia actiua vita iã valde eſt latior atqꝫ ſublimior: que ad quãdam mẽtis libertatẽ tranſit: tempalia nõ cogitãs ſed eterna. Quia itaqꝫ cõtemplatiua vita ad ſuperiora euolat: ⁊ actiue vite lõge ſupereſt: quadã (vt ita dicã) dignitate ſecuritatis ſue apte nũc dicit.

Et manus hoĩs ſub pennis eoꝝ

Si vero hoc in loco homo redẽptor noſter accipit: manus homĩs ſub pennis eorũ eſt: quia niſi dñs homo fieret: quis mẽtes p̃dicantiũ ad celeſtia ſubleuaſſet. Illa que apparẽt aĩalia non volarẽt. Nec immerito manus homĩs eſſe ſub pennis dicit: quia de eodẽ redemptore noſtro ſcriptũ eſt. Qui cũ ſit ſplendor glorie ⁊ figura ſubſtãtie eius: portanſqꝫ om̃ia verbo. Hebre. 1. Eius ergo manus corda noſtra portãt: eius manus in ꝯtemplationẽ nos ſubleuãt: niſi enim vt dictũ eſt: om̃ipotẽs verbũ propter homĩes homo fieret: humana corda ad cõtemplandã verbi excellentiã non volarent. Inde ergo excelſe facte ſunt hominũ mentes: vnde inter homines apparuit humilis deus. Dicit itaqꝫ de ſanctis animalibꝰ.

Et manus hominis ſub pennis eorum.]

De quibus adhuc ſubditur.

Et facies ⁊ pennas per quattuor partes habebãt: iũcte erãt penne eoꝝ alterius ad alterũ.]

Per quattuor partes: facies ⁊ pennas habẽt: quia in cũctis mũdi regionibꝰ predicantes demõſtrant: quicquid de humanitate: quicq̃d de diuinitate noſtri redemptoris ſentiũt: quia dñ incarnatũ deũ vbiqꝫ predicãt: in quattuor mũdi partibus faciem demonſtrant. Dũqꝫ eũ eſſe vnũ cũ patre ⁊ ſancto ſpiritu annũciant: vbiqꝫ pẽna cõtemplatiõis volant. Quorũ penne iũcte ſunt alterius ad alterũ: quia omnis eoꝝ virtus: om̃iſqꝫ ſapientia qua ceteros homĩes cõtemplatiõis ſue volatu tranſcẽdũt: viciſſim in pace ſibi atqꝫ vnanimitate cõiungunt. Unde ſcriptũ eſt. Que ſurſum ſunt ſapite. Jaco. 3. Sapiẽtia primũ pudica eſt: deinde pacifica. Et inde eiſdẽ ſuis p̃dicatoribus veritas dicit: Habete in vobis ſal: ⁊ pacẽ int̃ vos habete. Marci. 9. Penna ergo animaliũ alterius ad alteꝝ iungit: quia ſanctoꝝ predicatoꝝ virtus atqꝫ ſapiẽtia: viciſſim ſibi in charitatis atqꝫ cõcordie pace ſotiat. Penna aũt alterius ab altero diuiſa eſſet: ſi in hoc qđ vnuſquiſqꝫ in ſapiẽtia euolat: habere pacem cũ altero recuſaret. Sequit.

Non reuertebant cum incederent: ſed vnũquodqꝫ ante faciem ſuam gradiebat.]

Pennata aĩalia videlicet p̃dicatores ſancti cũ incedũt: minime reuertũt: quia ſic a terrenis actibus ad ſpiritalia pertrãſeũt: vt ad ea que relinquerũt vlteriꝰ nullatenus reflectant. Quaſi eñ per quandã viã eis incedere eſt mẽte ire ſemp ad meliora. Quo cõtra de reprobis dicitur: Quia reuerſi ſunt corde in egyptũ. Per ſemetipam veritas dicit: Nemo mittens manũ ſuã in aratrũ: aſpiciens retro aptus eſt regno dei. Luce. 9. Manũ quippe in aratrũ mittere eſt: quaſi per quendã compunctiõis vomerẽ ad proferẽdos fructus terraꝝ ſui cordis aperire. Sed retro poſt aratrũ aſpicit: qui poſt exordia boni operis ad mala reuertit que reliquit. Quod quia electis dei minĩe cõtingit: recte nũc per prophetã dicitur:

Non reuertebant cũ incederẽt.

Qui cur nõ reuertant indicat cũ ſubiũgit

Unũquodqꝫ ante faciẽ ſuam gradiebatur.]

Ante nos enĩ eterna ſunt: poſt nos temporaliaq́ꝫ: quia ⁊ illa pergẽtes inuenim⁹ ⁊ iſta recedẽtes quaſi poſt dorſum reliquimus. Unde ⁊ magnũ illud pennatũ animal dicebat: qđ vſq́ꝫ ad celi tercij ſecreta volauerat. Unũ vero que retro oblitus in ea que ſunt ante extendẽs me: ſequor ad palmã ſuperne vocatõis. Phil.3. In anteriora etenĩ extentus eorum que retro ſunt oblitus fuerat: quia tempalia deſpiciẽs: ſola que ſunt eterna requirebat. Ante faciẽ ergo ſuam gradiunt̄ ſancta animalia: quia ⁊ ea que reliquerũt: nullo iã appetitu reſpiciũt: ⁊ in eternis que appetũt: ſub cõtemplatiõis ſue oculos boni operis pedem ponũt. Quiſquis itaq́ꝫ iam ante faciẽ ſuã ambulare decreuerit: magna ei cõſideratiõe penſandũ eſt: qđ aliter retroſpicit̄ ex opere: atq́ꝫ aliter ex cogitatõe. Sũt etenĩ quidã qui magna deliberãt: ⁊ peccatorum cõſcij multa ex his que poſſidẽt: egenis diſtribuere pertractãt: vt culpas ſuas ante dei oculos miſericordie viſcerib⁹ redimãt. Jãq́ꝫ hec operari inchoãt: ⁊ plerũq́ꝫ cũ operant̄ pauptatis timor eorum animũ concutit: atq́ꝫ timẽtes ne egeant erga egentes tenaces fiũt: ſeſeq́ꝫ ab ea quã ceperãt: bona operatiõe ſuſpendũt. Hi nimirũ incedẽtes reuerſi ſunt: quia ante faciẽ ſuam ambulare noluerũt. Cõtra quos recte per ſalomonẽ dicit̄. Propter frigus piger arare noluit: mẽdicabit ergo eſtate ⁊ nõ dabit̄ ei. Prouer.20. Qui enĩ nũc propter pauorẽ mentis atq́ꝫ torporẽ bene operari negligit: cũ ſol iuſticie in iudicio velut in eſtate claruerit: mẽdicabit vitã: ſed nõ accipit: quia ꝓpter illã bona operari ꝯtempſit. Alius deſpectis carnis deſiderijs cũcta relinquere: ⁊ omĩpotentis dei ſe ſubdere ſeruitio pertractat: ſeſeq́ꝫ ipm reſtringere ſub cõtinentie ⁊ caſtitatis freno deliberat: ſed cũ cecidiſſe alios etiã poſt caſtitatẽ conſpicit: hoc ipm facere qđ deliberat: pertimeſcit. Fitq́ꝫ vt retro per cogitationẽ redeat: qui ad anteriora reſpiciens: iam mẽtis greſſibus addita ibat. De quo bene per ſalomonem dicit̄. Qui obſeruat ventũ non ſeminat: ⁊ qui cõſiderat nubes: nunq̃ metit. Eccľs.11. Uenti quippe noĩe malign⁹ ſpiritus: qui mentẽ temptatiõibus impellit. Nubis vero appellatiõe peccatorum exprimit̄: qui temptatiõis impulſione cõmouet̄. Qui ergo attendit ventũ non ſeminat: ⁊ qui cõſiderat nubes nunq̃ metit. Quia is qui temptatiões maligni ſpiritus metuẽs: ⁊ iniquorũ lapſus cõſpiciens: ſemetipm deſperat: neq́ꝫ nũc exercet̄ in bono ſemine opis: neq́ꝫ poſt reficit̄ de munere iuſte retributionis. Sunt vero nõnulli qui bona quidẽ que nouerũt operant̄: atq́ꝫ hec operantes meliora deliberãt: ſed retractãtes meliora que deliberãt immutãt: ⁊ quidẽ bona agũt que ceperãt: ſed a meliorib⁹ que deliberauerãt ſuccũbũt. Hi nimirũ ante humana iudicia ſtare vident̄ in opere: ſed ante omĩpotentis dei oculos ceciderũt in deliberatiõe. Unde fit plerũq́ꝫ vt ⁊ bonum opus eorum minus deo placeat: quia cũ pauore mẽtis in meliori gradu deliberationis incõſtanter ponit̄: hoc ipa cogitatiõis incõſtantia accuſat. Sed qꝛ perfecti quiq́ꝫ magna ſe diſcretiõis ſublimitate: alťs ſubtilitate conſpiciũt: ne ad deteriora vnq̃ vel in opere vel in cogitatiõe dilabantur: quantũ quottidie ꝓficiãt inceſſanter penſant. Recte de his dicit̄.

Non reuertebant̄ cũ incederent: ſed vnũquodq́ꝫ ante faciem ſuam gradiebatur.

Inter hec igit̄ conſiderari libet nos: ad iſta tractãda qui ſumus: vnde venim⁹: ⁊ vſq́ꝫ ad ſacri eloquij myſteria perſcrutanda ſubleuamur. Certe in antiquis parẽtibus noſtris cultores idolorum fuimus: ſed ecce per ſpiritũ gratie verba iam celeſtia rimamur. Unde hoc nobis? impleuit redemptor humani generis qđ per prophetã dixit. Et deſerta in vbertatẽ verſa aduene comedẽt. Eſaie.5. Hec quippe prophetarũ dicta deſerta apud iudeos fuerũt quia per intellectũ myſticũ ea excolere inquirẽdo noluerũt. Nobis autẽ in vberta

rem verſa ſunt: quia ⁊ iuxta hyſtoriā viſio
nis dicta largiēte deo menti noſtre ſpiri-
taliter ſapiūt: ⁊ iam aduene comedimus
que ciues legis mādūcare noluerūt. Sit
gratie vnigenito: ſit laus eterne ſapiētie
qui viuit ⁊ regnat cū patre in vnitate ſpi-
ritusſancti per om̄ia ſecula ſeculoꝝ amē.

Explicit omelia. III.

Incipit Omelia. IIII. que interpretať in primo capitulo ab illa parte: Similitudo autē vultus eorū: vſqꝫ ad illam partem: Ubi erat impetus ſpiritus: illuc gradiebatur.]

Per ſanctū prophecie ſpiritū pē
nata animalia ſubtiliter deſcri
bunť: vt per hec euangeliſtaꝝ
ſignificari perſonas. Ipa nobis
ſubtilitas deſcriptōis aperiat: nihilqꝫ ſer
mo dei noſtro intellectui dubietatis relin
quat. Ecce enim dicit.

Similitudo autē vultus eorum facies hominis ⁊ facies leonis a dextris ipſorū quattuor. Facies autem bouis a ſiniſtris ipſoꝝ quattuor. Et facies aquile deſuper ipſoꝝ quattuor.]

Qꝺ em̄ quattuor hec pennata aīalia ſan
ctos quattuor euāgeliſtas deſignent: ipa
vniuſcuiuſqꝫ libri euāgelice exordia teſtā
tur. Nam qꝛ ab humana generatiōe cepit
Iure per hominē Matheus. Quia per
clamorē in deſerto recte deſignať per leo-
nē marcus. Quia a ſacrificio exorſus eſt:
bene per vitulū lucas. Quia vero a diui-
nitate verbi cepit: digne per aquilā ſigni
ficať iohēs: qui dicit: In princio erat ver
bū: ⁊ verbū erat apud deū: ⁊ deus erat ver
bū. Io. I. Dūqꝫ in ipam diuinitatis ſubſtā
tiā intendit: quaſi more aquile oculos in
ſolē fixit. Sed quia electi om̄es membra
ſunt redēptoris noſtri. Ipſe autē redem-
ptor noſter caput eſt oīm electoꝝ: per hoc
qꝺ mēbra eius figurata ſunt: nil obſtat: ſi
etiā ī his oib⁹ ⁊ ipſe ſigneť. Ipſe em̄ vni
genitus dei filius veraciter factus eſt ho-
mo. Ipſe in ſacrificio noſtre redēptōis di
gnatus eſt mori vt vitulus. Ipe per vir-
tutē ſue fortitudinis ſurrexit vt leo. Leo
etiā apertis oculis dormire perhibeť: qꝛ
in ipa morte in qua ex humanitate redē-
ptor noſter dormire potuit: ex diuinitate
ſua īmortalis permanēdo vigilauit. Ipe
etiā poſt reſurrectionē ſuā aſcendēs ad ce
los: in ſuperioribus eſt eleuatus vt aqui-
la. Totū ergo ſimul nobis eſt: qꝛ ⁊ naſcē-
do homo: ⁊ moriēdo vitulus: ⁊ reſurgēdo
leo: ⁊ ad celos aſcendendo aquila factus
eſt. Sed quia per hec aīalia euāgeliſtas
quattuor: ⁊ ſub eaꝝ ſpecie ſimul perfctōs
om̄es iam ſuperius ſignificari dixim⁹: re-
ſtat vt quomodo vnuſquiſqꝫ electoꝝ iſtis
aīaliū viſionibus exprimať: oſtendamus.
Omnes etem̄ electus atqꝫ in via dn̄i per
fectus: ⁊ homo: ⁊ vitulus: ⁊ leo: ſimul ⁊
aquila eſt. Homo em̄ ratiōale eſt anial: vi
tulus aūt in ſacrificio mactari ſolet. Leo
vero fortis eſt beſtia ſicut ſcriptū eſt. Leo
fortiſſimus beſtiaruꝫ ad nullius pauebit
occurſum. Aquila ad ſublimia euolat: ⁊
irreuerberatis oculis ſolis radijs intēdit
Omnis itaqꝫ qui in ratiōe perfectus eſt:
homo eſt: ⁊ quoniā ſemetipm ad hui⁹ mū
di voluptate mortificat vitul⁹. Quia ve-
ro ipa ſua ſpontanea mortificatiōe contra
aduerſa oīa fortitudinē ſecuritatis habet.
Unde ſcriptū eſt. Iuſtus aūt quaſi leo cō
fidens abſqꝫ terrore erit. Prouerb. 28.
leo eſt. Quia vero ſublimiter cōtemplať
ea que celeſtia atqꝫ terrena ſūt: aquila eſt
Igiť qm̄ iuſtus quiſqꝫ per rationē homo
Per ſacrificiū mortificatiōis ſue vitulus
Per fortitudinē ſecuritatis leo. Per cō-
templationē vero efficiť aqla. Recte per
hec ſancta aīalia ſignari vnuſqſqꝫ perfe-
ctus poteſt. Nō iccirco dicim⁹: vt ea que
de quattuor aīalibus dicta ſunt: pertine-
re ꝗꝫ etiā ad perfectoꝝ ſingulos demōſtre
mus. Sed magna nobis de eiuſdē euāge
liſtis ⁊ ſanctis p̄dicatoribus queſtio oriť.
Cur homo ⁊ leo a dextris ipoꝝ quattuor
Uitulus vero a ſiniſtris ipoꝝ quattuor eſ

ſe perhibet. Neqꝫ eñ ſine admiratiõe eſt cur duo illa a dextris: ⁊ vnũ hoc a ſiniſtris eſſe dicit. Et rurſum querendũ: cur aquila nõ a dextris vel ſiniſtris: ſed deſuper ipſoꝝ quattuor eſſe memorat. Duas itaqꝫ nobis queſtiões obiecim⁹: quas oꝫ vt aperiente dño diſſoluamus. Homo igitur ⁊ leo a dextris: vitulus vero a ſiniſtris eſſe perhibet. A dextris etem̃ leta: a ſiniſtris vero triſtia habem⁹. Unde ⁊ ſiniſtrũ nobis eſſe dicimus: hoc qꝺ aduerſum eſſe putam⁹: ⁊ ſicut prefati ſumus. Per hominẽ incarnatio: per vitulũ paſſio: per leonẽ vero auctoris noſtri reſurrectio deſignat De incarnatiõe aũt vnigeniti filij qua redempti ſumus oẽs electi letati ſũt. De morte vero illius ipi electoꝝ primi ſancti apoſtoli ꝯtriſtati: qui iteꝝ de eius reſurrectiõe gauiſi ſunt. Quia ergo eius ⁊ natiuitas ⁊ reſurrectio leticiã diſcipulis prebuit: quos eius paſſio cõtriſtauit: homo ⁊ leo a dextris: vitulus vero a ſiniſtris eius fuiſſe deſcribit. Ipſi nãqꝫ euangeliſte ſancti de eius humanitate gauiſi ſunt: de ei⁹ reſurrectiõe cõfirmati: qui de eius paſſione fuerãt cõtriſtati. Homo ergo ⁊ leo eis a dextris eſt: quia redemptoris noſtri eos incarnatio viuificauit: reſurrectio ꝯfirmauit. Sed vitulus a ſiniſtris: quia mors illius eos ad momentũ temporis in infidelitate ꝓſtrauit. Iure aũt locus aquile nõ iuxta: ſed deſuper eſſe deſcribit: quia ſiue per hoc qꝺ eius aſcenſionẽ ſignat: ſeu qꝛ verbũ patris deũ apud patrẽ eſſe denũciat: ſuper euãgeliſtas ceteros virtute cõtemplatiõis excreuit. Cum quibus ⁊ ſi ſimul de eius deitate loquit: hanc tamẽ oĩbus ſubtilius contemplat. Sed ſi aquila cũ tribus alijs adiũcta quattuor aĩalia eſſe memorant: nimirũ quomodo deſuper ipoꝝ quattuor eſſe deſcribit: niſi qꝛ iohẽs per hoc qꝺ in pricipio verbũ vidit: etiã ſuꝑ ſemetipm trãſijt. Nã niſi ⁊ ſe tranſiſſet: verbũ in principio nõ vidiſſet. Qui ergo ⁊ ſemetipm tranſgreſſus eſt: nõ iam ſolũmodo ſuper tria: ſed adiuncto ⁊ ſe ſuper quattuor fuit. Sequit.

¶ **Et facies eorum ⁊ penne eorum extente deſuper.]**

¶ Facies ⁊ pẽne extente deſuper deſcribũtur: qꝛ oĩs intentio omniũqꝫ cõtẽplatio ſanctoꝝ ſuper ſe tẽdit: vt illud poſſit adipiſci qꝺ in celeſtib⁹ appetit. Siue eñ bono operi ſeu vero inuigilet ꝯtẽplatiõi: tũc veraciter hoc quod agit bonũ ẽ: qñ ei cõplacere cõcupiſcit a quo eſt. Nam qui bona agere videt: ⁊ per hec nõ deo: ſed hominib⁹ placere deſiderat: intentõis ſue faciẽ deorſum premit. Et qui iccirco in ſacro eloquio ea que diuitatis ſunt: cõtemplat: vt per hoc qꝺ intelligit: occupari ad queſtiões poſſit: quia nõ dulcedine queſite beatitudinis ſaciari appetit: ſed doct⁹ videri: iſte nimirũ intellectus ſui pennas deſuper nõ extendit. Sed quoniã ſenſus ſui vigilantiã in terreno appetitu occupat pennas quas leuare in altũ ⁊ quib⁹ ſubleuari ipe potuit: in imis deponit. Una in re penſandũ eſt vt oẽ bonũ qꝺ agit: per intentionẽ ſemper ad celeſtia leuet. Qui eñ per bona que facit terrenã gloriã cõcupiſcit: pẽnas ſuas ⁊ faciẽ deorſum deprimit. Hinc eñ per ꝓphetã de quibuſdã dicit. Uictimas in ꝓfundũ deferebãt. Oſee 5. Quid eñ ſunt aliud lachryme orõnis niſi victime oblatiõis nr̃e: ſic ſcriptũ eſt. Sacrificiũ deo ſpũs ꝯtribulatus. ps. 50. Et ſunt nõnulli q̃ iccirco ſe in p̃ce lamẽtꝭ afficiũt: vt aut t̃rena comoda acq̃rant: aut hoĩbus ſancti eſſe videant. Quid iſti niſi victimas in ꝓfũdo deferũt: q̃ per hoc qꝺ in imo ſunt q̃ requirũt: orõis ſue ſacrificiũ deorſũ deponũt. Electi aũt qꝛ ⁊ in bono ope oĩpotẽti deo placere appetũt: ⁊ per ꝯtemplatiõis gratiam eternã iam beatitudinẽ deguſtare cõcupiſcũt: facies ⁊ pennas deſuper extendũt. Sequit.

¶ **Due penne ſinguloꝝ iungebant: ⁊ due tegebãt corpa eoꝝ.**

¶ Dictũ fuerat. Et facies ⁊ pẽne eoꝝ extẽte deſuꝑ atqꝫ mox ſubiunctũ eſt hoc qꝺ ꝓtulimus: qꝛ due pẽne ſinguloꝝ iũgebant. Ubi apte intelligit: qꝛ extẽdebant deſuꝑ ⁊ iũgebant. Due vero tegebãt corpa eoꝝ. Quid aũt pennas aĩaliũ: niſi ale noiant.

B Qua in re nobis diligēti perſcrutatione querendū eſt: que ſint quattuor pēne ſanctoꝝ: ex quibus due ſuperius extēſe iungunt: due vero eoꝝ corpora ꝯtegūt. Si eñi vigilanter aſpicimus: quattuor eſſe virtutes inuenim⁹: que a terrenis actibus omne pennatū anīal leuant. Is futuris videlicet amor ꝛ ſpes: de p̄teritis aūt timor ꝛ penitentia. Penne ergo ſibimet iūcte ſuperius extendunt: qꝛ ſanctoꝝ mētē amor ꝛ ſpes ad ſuperna eleuant. Que apte quoqꝫ cōiuncte nomīant: quia electi ꝓculdubio: ꝛ amāt celeſtia que ſperāt: et ſperant que amāt. Que vero corpora cōtegūt: quia timor ꝛ penitētia ab om̄ipotētis dei oculis eoꝝ mala preterita abſcondūt. Que itaqꝫ vt dictū eſt penne iungūtur ſurſuꝫ: quādo amor ꝛ ſpes electoꝝ corda ad ſuperiora eleuāt: ad celeſtia ſuſpendūt. Que autē penne tegūt corpora: quādo eoꝝ mala preterita a ꝯſpectu eterni iudicis timor ꝛ penitētia abſcondūt. In eo eñi quod ſe peccaſſe meminerūt: quia pertimeſcūt ꝛ deflent: quid aliud q̄ȝ corpus cooperiūt: qui peccata carnalia per ſuperducta bona opera a diſtricto examīe abſcondūt. Scriptū quippe eſt. Beati quoꝝ remiſſe ſunt iniquitates: ꝛ quoꝝ tecta ſunt peccata. ps. 31. Peccata eñi tegimus cū bona facta malis actibus ſupponimus. Omne eñi quod operit inferius ponit: ꝛ hoc vnde operit deſuper ducit. Quādo ergo abdicamus mala que fecim⁹: ꝛ eligimus que faciamus bona: quaſi tegmē ei rei ſuꝑducimus: quā erubeſcim⁹ videre. Quālibet eñi ſancti viri in hac adhuc vita ſunt: habēt tamen qđ ante dei oculos operire debeāt. Quia om̄ino eſt impoſſibile vt aut in opere: aut in locutōe: aut in cogitatiōe nunq̄ȝ delinquāt. Unde ꝛ beatus Job qui perfecta quidē hominib⁹ dixerat: dei tamen vocē audiens: ſeipm̄ de ipſa ſua perfecta locutiōe reprehendēs dicebat. Manū meam ponā ſuper os meū. Job. 39. In manu quippe opatio: in ore locutio eſt. Manū ergo ſuꝑ os ponere eſt peccata locutiōis per virtutē boni operis tegere. Libet fratres chariſſimi ad huꝰ rei teſtimoniū magiſtrū gentium vocare: qualiter ſanctū illud animal alis quatuor innitat aſpicere: ex quib⁹ duabus ad ſuperiora euolat: duabus vero pēnis corp⁹ cōtegit: qui iā preterita que egerat abſcōdit. Uideamus igit quātus hūc amor ad celeſtia eleuet. Mihi viuere xp̄s eſt ꝛ mori lucrū. Phil. 1. Cognoſcamus quanta ſpe ad ſuperiora tollit. Noſtra cōuerſatio ī celis eſt: vnde etiā ſaluatorē expectam⁹ dominū noſtrū ieſum xp̄m. Phil. 3. Uideamus ſi ꝛ in tātis virtutib⁹ poſitus adhuc timet. Caſtigo corpus meū ꝛ in ſeruitutē ſubijcio: ne forte cū alijs predicauerī ipſe reprobus efficiar. 1. Corinth. 9. Cognoſcamus ſi hunc mala feciſſe peniteat. Ego ſū minimus apoſtoloꝝ: qui nō ſum dignus vocari apl'us: quia perſecut⁹ ſum eccleſiā dei. 1. Corinth. 25. In cui⁹ verbis quid aliud q̄ȝ duritia noſtre mētis accuſat: quia ipſe plangit qđ ante baptiſma cōmiſerat. Nos vo ꝛ poſt baptiſma multa commiſimus: ꝛ tamē flere recuſamus.

Quattuor itaqꝫ pēnis ſancta anīalia vtūtur: qꝛ per amorē ꝛ penitentiā facta in ſe illicita deplorāt. Sed qꝛ dictū eſt. Due penne ſingulorꝫ iungebant. Hoc fortaſſe intelligit: q nō pennas ꝓprias eleuātes iungāt: ſed vnius ad alterū penne coniūcte ſint: vt penne videlicet eleuate viciſſim ſibi in cōiunctiōe cōcordent. Qua in re queſtio orit: quia ſi due penne que eleuant amorē ꝛ ſpem. Due vero que corpora cōtegūt: timorē ꝛ penitentiā deſignāt. Cur due que extenſe ſunt: dicuntur eſſe coniūcte: ꝛ due que corpus cōtegunt nō dicunt. Sed hac in re facilis largiēte domino ratio occurrit. Nā ſanctoꝝ penne coniūcte ſunt amor ꝛ ſpes. Que vero penne que corpora cōtegunt: ſibimetipſis ad alterutrū coniūcte nō ſunt: timor ꝛ penitentia. Dauid eñi pro lapſu carnis timēdo ꝛ penitēdo affligit. Petrus caſū perfidie fleuit amare. Paulus in ſe crudelitatē preterite perſecutiōis plangit. Om̄es tamen vnā patriā appetūt: ad vnū auctor-

rem omniũ peruenire feſtinãt. Due ergo
ſinguloꝝ penne coniũcte ſunt: ⁊ due non
ſunt: quia per amoꝛẽ ⁊ ſpem: vnũ eſt qđ
deſiderant. Sed per timoꝛẽ ⁊ penitentiã
diuerſum eſt qđ deploꝛãt. Sequit.

¶ Et vnũquodq; eoꝝ ante faciem ſuam ambulabat.]

¶ Dictũ ſuperius fuerat. Unũquodq; eo-
rũ ante faciẽ ſuam gradiebat: nunc autẽ
dicit. Coꝛã facie ſua ambulabat. Ipſa ita-
q; repetita videt eſſe ſentẽtia. Sed quia
coꝛã in preſenti dicimus: poſſumus ſubti
lius inquirẽdo diſcernere: q aliud ſit an-
te faciẽ ambulare: atq; aliud in preſenti.
Ante faciẽ quippe ambulare eſt anterio-
ra appetere. In pſenti vero ambulare eſt
ſibimetipſi abſentẽ non eſſe. Omnis etẽ
iuſtus qui vitã ſuã ſollicitus aſpicit: ⁊ di-
ligenter cõſiderat quantũ cottidie in bo-
nis creſcat: aut foꝛtaſſe quantũ a bonis de
creſcat. Iſte quia ſe ante ſe ponit: coꝛã ſe
ãbulat. Quippe qui vigilãter videt: vtrũ
ſurgat: an defluat? quiſquis vero vite ſue
cuſtodiã negligit diſcutere: q agit: que lo
quit: que cogitat: aut deſpicit: aut neſcit:
coꝛã ſe iſte nõ ambulat. Quia qualis ſit
in moꝛibus ſuis vel actibus ignoꝛat: nec
ſibimetipſi preſens eſt: qui ſemetipſm cot-
tidie exquirere: atq; cognoſcere ſollicit⁹
nõ eſt. Ille autẽ veraciter ſe ante ſe ponit
ſibiq; in pſenti eſt: qui ſe in ſuis actibus
tanq̃ aliũ attendit. Nam ſunt multa pec-
cata que cõmittim⁹: ſed iccirco nobis gra
uia nõ vident: quia priuato nos amoꝛe di
ligẽtes: clauſis nobis oculis in noſtra de
ceptiõe blandimur. Unde fit plerũq; vt ⁊
noſtra grauia leuiter ⁊ pximoꝝ mala leuia
grauiter iudicemus. Scriptũ quippe eſt.
Erũt hoĩes ſeipſos amantes. ij. Timoth.
3. Et ſcimus quia vehemẽter claudit ocu
lum coꝛdis amoꝛ priuatus. Ex quo fit vt
hoc qđ nos agimus ⁊ graue eſſe non eſti-
mamus. Plerũq; agat a proximo: ⁊ ni-
mis nobis deteſtabile eſſe videat. Sed
quare hoc qđ in nobis vile eſſe videbat:
graue eſſe videt in proximo: niſi quia nec
nos ſicut proximũ: nec proximũ conſpicia
mus ſicut nos. Si enĩ nos ſicut proximũ
aſpiceremus: noſtra rephenſibilia diſtri-
cte videremus. Et rurſum ſi pximũ aſpi
cerem⁹ vt nos: nunq̃ nobis eius actio ap
pareret intolerabilis: qui ſepe foꝛtaſſe ta-
lia egimus: ⁊ nil nos proximo intolerabi-
le feciſſe putabamus. Hoc male diuiſum
mentis noſtre iudiciũ coꝛrigere: per legis
preceptũ moyſes ſtuduit: cũ dixit vt iuſt⁹
deberet eſſe modi⁹: equuſq; ſextari⁹. Le-
uiti. 19. Hinc ſalomon ait: Pondus ⁊ põ
dus: menſura ⁊ menſura: vtrũq; abbomi
nabile eſt apud deũ. Prouerb. 20. Sci-
mus quia in negociatoꝝ duplici pondere
aliud maius: aliud minus eſt. Nam aliud
pondus habẽt ad qđ penſant ſibi: ⁊ aliud
pondus ad qđ penſant pximo. Ad dan-
dũ pondera leuioꝛa: ad accipiendũ vero
grauia preparant. Omnis itaq; homo qui
aliter penſat ea que ſunt pximi: et aliter
ea que ſua ſunt: pondus ⁊ pondus ha-
bet: vtrũq; autẽ abbomĩabile eſt apud de
um. Quia ſi ſic pximũ vt ſe diligeret: hũc
in bonis ſicut ſe amaret: ⁊ ſi ſic ſe ſicut p
ximũ aſpiceret ſe in malis ſicut pximũ iu-
dicaret. Debem⁹ ergo noſmetipſos ſollici
te ſicut alios videre: noſ quoq; ipſos vt di
ctũ eſt: ante nos ponere: vt pẽnata anima
lia imitãtes inceſſanter: ne neſciamus qđ
agamus: coꝛã facie noſtra ſemp ambule-
mus. Peruerſi autẽ ſicut pauloante iam
diximus: coꝛã facie ſua nõ ambulãt: quia
ea que agũt nunq̃ conſiderãt: ad interitũ
tendũt: in prauis actibus exultãt. De qui
bus ſcriptũ eſt. Qui letant cũ malefece-
rint: ⁊ exultãt in reb⁹ peſſimis. Prouer.
2. Sepe vero iuſtus qui eos cõſpicit de-
flet: ſed ipſi freneticoꝝ moꝛe plãgunt ⁊ ri-
dent. Alij indigentibus de rebus pprijs
multa largiunt: ſed cũ occaſionis tempus
inuenerint indigẽtes opprimũt eoſq; qui
bus valuerint rapinis deuaſtãt: ponũt an
te cogitatõis ſue oculos bona que faciũt:
⁊ non ponũt peſſima que cõmittũt. Hi vi
delicet coꝛã facie ſua nõ ambulãt: q ſi ſibi
metipſis preſentes eſſent: cũcta ſubtiliter

que agunt viderent: qualiter bona opera malis actibus perdãt: agnoſcerẽt. Sicut ſcriptũ eſt. Et qui mercedes cõgregauit: miſit eas in ſacculũ pertuſum. Aggei. i. De pertuſo quippe ſaculo aliũde exit: qđ aliunde mittit: quia indiſcrete mẽtis mercedẽ que ex bono opere acquirit: nõ aſpiciũt: quomodo ex malo opere perdat. Alius caſtitatẽ ſeruat corporis ſeq; vigilãter circũſpicit: ne quid foris rephenſibiliter admittat: ſuis cõtentus eſt: aliena nõ diripit: ſed tamẽ in corde odiũ fortaſſe contra proximũ ſeruat: cum ſcriptũ ſit. Qui odit fratrẽ ſuũ homicida eſt. i. Iohis. 3. Conſiderat ꝙ ſit mũdus foris in opere: ꝛ non perpendit ꝙ ſit crudelis in mente. Quid iſte: niſi ſibimetipſi abſens eſt: qui in cordis ſui tenebris ãbulat: et ignorat. Alius iam aliena nõ diripit: iam corpus ab immũdicia cuſtodit: iam mẽte pura ꝑximũ diligit: ꝛ malorꝫ preteritorꝫ cõſcius lamẽtis ſe in precibus afficit: ſed finita ꝑce letat: de quibus in hoc mũdo gaudeat requirit: ꝛ temporalibus gaudijs egentẽ animã dimittit: nec curat ne in eo lachrymarũ menſurã immoderata gaudia tranſeãt. Fitq; vt bonũ minime ridẽdo perdat quod plangẽdo lucratus eſt. Hic itaq; coram facie ſua nõ ambulat: quia dãna que ꝑ patit: cõſpicere recuſat. Scriptũ quippe eſt Cor ſapientiũ vbi triſticia eſt: ꝛ cor ſtultorꝫ vbi leticia. Eccls. 7. In cũctis ergo que agimus diligẽter noſmetipſos cõſpicere interius et exterius debemus: vt pennata aĩalia ſequentes nobiſmetipſis preſentes ſimus: ꝛ corã facie noſtra ſemꝑ ambulemus: habẽtes adiutorẽ vnicũ patris Ieſum xp̃m dominũ noſtrũ: qui cũ eo viuit ꝛ regnat in vnitate ſpiritusſancti deus per om̃ia ſecula ſeculorꝫ amen.

Explicit omelia. IIII.

Incipit Omelia. V. que interpretat in primo capitulo ab illa parte: Ubi erat impetus ſpiritus illuc gradiebant: vſq; ad illam partem. Cũq; aſpicerẽ aĩalia apparuit rota vna.]

O Quã mira eſt ꝓfunditas eloquiorꝫ dei: libet huic intendere: libet eius intima gratia duce penetrare. Hãc quotiens ad intelligendũ diſcutim⁹: quid aliud ꝙ ſiluarũ opacitatẽ ingredimur: vt in eius refrigerio ob hui⁹ ſeculi eſtibus abſcondamur? Ibiq; viridiſſimas ſententiarũ herbas legẽdo carpimus: tractãdo ruminamus. In ea locutiõe que ad vos fratres chariſſimi nudiuſtercius facta eſt: qualiter oſtenſa aĩalia vel redemptorẽ noſtrũ vel quattuor eius euãgeliſtas atq; perfectos om̃es ſignificẽt: dictũ eſt: quorꝫ videlicet animaliũ adhuc ſubtilius virtus exprimit: vt ad eorũ imitationẽ nos quoq; infirmi ꝛ deſpicabiles inquantũ dño largiẽte poſſum⁹ extẽdamur. Ecce eñi dicit

Ubi erat impetus ſpiritus: illuc gradiebantur.]

In electis ꝛ reprobis diuerſi ſunt impetus: in electis videlicet impetus ſpiritus in reprobis ĩpetus carnis. Impetus quippe carnis ad odiũ: ad elationẽ: ad immũdiciã: ad rapinã: ad exteriorẽ gloriam: ad crudelitatẽ: ad perfidiã: ad deſperationẽ ad iram: ad iurgia: ad voluptates animũ impellit. Impetus vero ſpiritus: ad charitatẽ: ad humilitatẽ: ad continentiã: ad largitatẽ miſericordie: ad interiorẽ profectũ: ad pietatis opera: ad eternorꝫ fidem: ad ſpem ſequẽtis gaudij: ad pacietiã: ad pacẽ: ad conſiderationẽ vite mortalis: ad lachrymas mentẽ pertrahit. Unde neceſſe eſt vt magna ſemper cura cõſiderare debeamus in om̃e quod agimus: quis nos impetus ducat: vtrũ noſtra cogitatio per impetũ carnis: an per impetũ ſpiritus impellat? Amare etẽĩ terrena: temporalia eternis preponere: exteriora bona nõ ad vſum neceſſariũ habere: ſed ad voluptatem cõcupiſcere: vltionẽ de inimico querere: de emuli caſu gaudere impetus car=

nis eſt. At contra amare celeſtia: cōtempnere tranſitoria: nō ad fluxum voluptatis trāſitorie: ſed ad vſuȝ neceſſitatis querere de inimici morte tribulari impetus ſpiritus eſt. Et quia perfecti quiqȝ qui in iſtis ſe ſemper virtutibus exercēt. Recte nūc de ſanctis animalibus dicit:

Ubi erat impetus ſpiritus: illuc gradiebantur.]

Sed ſciendū nobis eſt ꝙ pleruͥqȝ ad īpetus carnis ſe ſub velamine ſpiritalis impetus palliat: ꝛ qđ carnaliter facit: mentit ſibi ipſa cogitatio: quia hoc ſpiritaliter faciat. Nam ſepe iracūdie ſtimulus vict⁹ contra delinquētes zelo vlciſcende iuſticie pluſꝙ neceſſe eſt inflammat: ꝛ iuſticie limitē in vltionē tranſiēs: agit crudeliter qđ ſe iuſte agere ſuſpicat. Impetus igit carnis huic ſub ſpecie ſpiritus velat⁹ eſt: quādo hoc quod recte alīs iuſte agi creditur: ſub diſcretiōis moderamine nō tenetur. Et ſepe alius nimie māſuetudini ſtudēs: ſubiectoꝝ vicia aſpicit: atqȝ hec per feruorē zeli corrigere recuſat: que in eis crudeliter nō corrigendo multiplicat: atqȝ vt eius lenitas ꝛ ſibi ſit ꝛ ſubiectis inimica: qui torporē mentis ſue: quia patiētiā deputat: per carnis ſpiritū ab impetu ſpiritus elongat. Prima ergo nos cogitatio in requiſitiōe noſtri cordis debet excutere: ne ad quedā que agim⁹ per apertū carnis impetū ducamur: ne prius delectatiōibus animus ſeductus mala eſſe cognoſcat: ꝛ tamē faciat. Secūda vero nos cura debet vigilātes reddere: ne ſe impetus carnis: quaſi impetus ſpiritus latēter ſubijciat: ꝛ culpas quas agim⁹ nobis virtutes fingat. Sciendū vero eſt: quia grauiores culpe ſunt: que ſupducta ſpecie virtutes imitant: quia ille in aperto cognite animū in confuſionē deijciūt: atqȝ ad penitentiā trahūt: iſte vero nō ſolū in penitentiā nō humiliant: ſed etiā mentē operantis eleuāt: dum virtutes putant. Hoc autē quod de ſanctis aīalibus dictū ſuperius fuerat: vt altius cōfirmet iteꝝ replicat

B Non reuertebant cum ambularent.]

Nā electi quiqȝ ſic ad bona tendūt: vt mala perpetrāda non redeāt. Qui enī perſeuerauerit vſqȝ in finē: hic ſalu⁹ erit. Mathi. 1. et. 4. Et ſicut per ſalomonē dicit: Iuſtoꝝ ſemita quaſi lux ſplendēs ꝓcedit ꝛ creſcit vſqȝ ad perfectū diē. In eoꝝ nāqȝ animo bonū deſideriū atqȝ intellectus lucis intime iā pars diei eſt: ſed quia vſqȝ ad finē vite in virtute proficiūt: ad perfectū diem tunc veniūt: quādo ad regna celeſtia perducti: in ea luce quā deſiderant: iam minus aliquid nō habebūt. Sequit

C Et ſimilitudo animalium ꝛ aſpectus eorum quaſi carbonuȝ ignis ardentium: ꝛ quaſi aſpectus lampadarum.]

Aſpectus animaliū carbonib⁹ ignis ardentibus atqȝ lampadibus comparant. Quiſquis enī carbonē tangit incendit: quia qui ſancto viro adheret ex eius aſſiduitate viſionis: vſu locutiōis: exemplo opis accipit vt accendat in amorē veritatis: peccatoꝝ ſuoꝝ tenebras fugiat: in deſiderio lucis exardeſcat: vt iā ꝑ verū amorē ardeat: qui ꝑus in iniqtate tm̄ mortu⁹ quantū frigidus iacebat. Lampades vo lucē ſuā longius ſpargūt: ꝛ cū in alio loco ſint: in alio reſplendēt. Qui enī ſpiritu ꝓphecie: verbo doctrine: miraculoꝝ pollet grā: huius opinio longe lateqȝ vt lāpas lucet: ꝛ quiqȝ bona eius audiūt: qꝛ ꝑ hec ad amorē celeſtiū ſurgunt: in eo qđ ſe per bona opera exhibent: quaſi ex lampadis lumine reſplendēt. Quia ergo ſancti viri quoſdā iuxta ſe poſitos: quaſi tangendo ad amorē patrie celeſtis accendūt: carbones ſunt. Quia vero quibuſdā ꝛ lōge poſitis lucent: eoꝝ itinera ne in pctī ſui tenebras corruāt: lāpades fiūt. Hoc vo inter carbones ꝛ lampades diſtat: qđ carbones ardēt quidē: ſed eius loci in quo iacuerīt tenebras nō expellūt. Lampades autē qꝛ magno flāmaꝝ lum̄e reſplendēt: diſ

fuſas circũquaq̧ tenebras effugãt. Qua ex re notandũ eſt: quia ſunt pleriq̧ ſanctorũ ita ſimplices ⁊ occulti: ſe ſeq̧ in locis minoribus ſub magno ſilẽtio cõtegentes vt vix eorum vita ab alijs poſſit agnoſci. Quid itaq̧ iſti niſi carbões ſunt: qui ⁊ ipſi per feruorẽ ſpiritus ardorẽ habent: tamẽ exempli flammã non habẽt: nec in alienis cordibus tenebras peccatoꝝ vincũt: quia vitã ſuam om̃ino ſciri refugiũt. Sibimet ipſis quidẽ accenſi ſunt: ſed alijs in exemplũ luminis nõ ſunt. Hi autẽ qui ⁊ exempla virtutũ ꝑrogãt: ⁊ lumẽ boni operis per vitã ⁊ verbũ itinerãtibus al's errantibus demonſtrãt: iure lampades appellãtur: quia ⁊ per ardorẽ deſiderij ⁊ per flammã verbi a peccatoꝝ cordibus erroris tenebras repellũt. Qui igitur in occulto bene viuit: ſed alieno ꝓuectui minime proficit: carbo eſt. Qui vero in imitatiõe ſanctitatis poſitus: lumen ex ſe rectitudinis multis demonſtrat: lãpas eſt: quia ſibi ardet ⁊ alijs lucet. Sequitur.

Et hec erat viſio diſcurrẽs in medio animaliũ ſplendor ignis ⁊ de igne fulgur egrediens.

Splendor ignis ⁊ de igne fulgur egrediens in medio animaliũ diſcurrẽs videtur. Quia niſi ab igne veritatis illa pennata aĩalia calorẽ ſuſciperẽt: ipſa in carbonũ atq̧ lampadarũ ſimilitudinẽ nõ arderent. Ignis enim nomĩe ſanctusſpiritus figurari ſolet: de quo in euãgelio dñs dicit: Ignẽ veni mittere in terrã: ⁊ quid volo niſi vt accendatur? Luce. 12. Cum enim carnalis mens ſanctũ ſpiritũ accipit: ſpiritali amore ſuccenſa malũ plangit qđ fecit ⁊ terra ardet: quãdo accuſante ſe cõſcientia cor peccatoris vritur: atq̧ in dolore penitentie crematur. Hinc rurſus ſcriptum eſt. Deus tuus ignis ꝯſumens eſt. Deutro. 4. Quia enim mentẽ quã repleuerit: eam a peccatoꝝ rubigine mundã reddit creator noſter: ⁊ ignis dicitur ⁊ cõſumens. Sanctus ergo ſpiritus in medio aĩaliũ ſplendor ignis: ⁊ de igne fulgur egrediens diſcurrere dicitur: quia vniuerſam eccleſiã implens: in electoꝝ cordibus ex ſeipõ flammas amoris proijcit: vt coruſci fulgoris more per terrorẽ feriat: ⁊ ad amorẽ ſuum corda torpẽtia accẽdat. Sed quia ſanct⁹ ſpiritus deus ante ſecula patri eſt et filio coeternus: querendũ nobis eſt cur diſcurrere dicatur. Om̃is etenim qui diſcurrit accedit ad locũ in quo non fuit: ⁊ eũ deſerit in quo fuit. Qua igitur ratiõe diſcurrere ſpiritũ dicamus dũ cuncta intra ipm ſint: ⁊ locus nuſq̃ ſit: vbi nõ ſit: Sicut ſcriptũ eſt. Spiritus dñi repleuit orbẽ terrarũ. Sapieñ. 1. Et tamen cũ laus ſapiẽtie deſcriberetur adiunctũ eſt. Eſt enim in illa ſpiritus intellectus: ſpiritus vnic⁹ multiplex: ſubtilis: mobilis. Et paulo poſt human⁹ ſtabilis. Sapieñ. 7. In quibus rurſum verbis magna nobis queſtio oritur. Cur iſte ſpiritus qui implet om̃ia ſimul mobilis ⁊ ſtabilis dicatur. Sed ſi ad vſum cõſuetudinis humane recurrim⁹: ſenſum citius loquẽtis inuenim⁹. Homo quippe qui in ea regione in qua eſt vbiq̧ diſcurrit: ꝓculdubio vbiq̧ obuiã venit: ⁊ repente vbi non creditur: inuenitur. Omnipotẽtis ergo ſpiritus vt vbiq̧ ꝑſentia ſignaretur: ſimul ⁊ mobilis ⁊ ſtabilis dicitur. Stabilis: qꝛ per naturã omnia cõtinet. Mobilis autẽ dicitur: quia vbiq̧ etiã neſciẽtibus occurrit. Tenens ergo om̃ia ſtabilis: preſentẽ ſe omnibus exhibens mobilis appellatur. Splendor ergo ignis ⁊ de igne fulgur egrediẽs inter pennata animalia diſcurrit. Quia ſanctus ſpiritus ſimul ſingulis atq̧ om̃ibus preſto ſit ⁊ incẽdit quos cõtigerit: ⁊ illuminat quos incẽdit: vt poſt frigus priſtinũ accenſi ardeãt: ⁊ per ignem amoris quẽ acceperint: flãmas exemploꝝ reddãt Fulgur quippe de hoc igne egrediẽs torpentes mẽtes percutit: eaſq̧ percutiẽdo excitat ⁊ inflãmat: vt poſt amorẽ illius ardentes pariter ⁊ lucẽtes currãt. Unde alias ſcriptũ eſt. Thronus eius flãma ignis rote eius ignis accẽſus. Dañ. 7. Hi enim qui animarũ cuſtodes ſunt: ⁊ paſcẽdi gregis onera ſuſceperũt: mutare loca minime

mobilis et ſtabilis eſt

permittunt. Sed quia vno in loco poſiti diuinitatis in ſe preſentiā portant ⁊ ardēt: thronus dei flāma ignis dicit. Ibi aūt qui amore dñi in predicatiōe diſcurrūt. Rote eius ignis ardētes ſunt. Quia cū ex eius deſiderio per varia loca diſcurrunt: vnde ipi ardent: alios accendūt. Poteſt tamē diſcurſus atq mobilitas ſpiritus requiſitiōe alterius conſideratiōis intelligi. In ſanctoꝝ quippe cordibus iuxta quaſdam virtutes ſemꝑ permanet: iuxta quaſdā vero receſſurus venit: ⁊ venturꝰ recedit. In fide etenī ſpe atq charitate: ⁊ in bonis aliis ſine quibus ad celeſtē patriā nō poteſt veniri: ſicut eſt humilitas: caſtitas: iuſticia: atq miſericordia perfectoꝝ corda nō deſerit. In ꝓphecie vero virtute: doctrine facūdia: miraculoꝝ exhibitiōe electis ſuis aliquādo adeſt: aliquādo ſe ſubtrahit. Adeſt vt eleuent: ⁊ ſemetipm ſubtrahit: vt humilient. Adeſt vt eos oſtēſa virtute glorificet: recedit: vt ſemetipſos ſubtracta eius virtnte cognoſcant. Adeſt vt oſtendat quid per ipm ſint: recedit vt patefaciat: qui vel quales remaneāt ſine ipo In his itaq virtutibus ſine quibus ad vitā minime peruenit: ſanctuſſpiritꝰ in electoꝝ ſuoꝝ cordibus permanet. In his vero per quos ſanctitatis virtus oſtēdit: aliquādo miſericorditer preſto eſt: ⁊ aliquādo miſericorditer recedit. Diſcurrēs ergo ⁊ mobilis ſpiritus dicit: quia inſignis atq virtutibꝰ iuxta vniuſcuiuſq votū cōtinue non habet. Bene autē inter ſancta animalia diſcurrere perhibet. Diſcurſus quippe ad celeritatē pertinet. Inter perfectos autē diſcurrit ſpiritus: quia ⁊ ſi ab eoꝝ cordibus ad momentū receſſerit: citius redit. Sequit.

¶ Et anmialia ibant ⁊ reuertebantur in ſimilitudinē fulguris coruſcantis.]

¶ Cum ſuperius dictū ſit: nō reuertebant cū ambularēt: qua ratiōe nunc dicit: anīalia ibāt ⁊ reuertebant. Valde ſibi hec vident eſſe cōtraria: qꝛ ibant ⁊ nō reuertebant: ⁊ ibant ⁊ reuertebant. Sed qualit intelligendū ſit: citius agnoſcimus: ſi duas vitas actiuā ſcꝫ ⁊ contemplatiuā ſollicite diſcernamus. In vna enī fixi permanere poſſumꝰ: in altera autē intentā mentē tenere nullo mō valemus. Cuꝫ enī tēporē noſtrū relinquimus: noſipos ad bone operatōis ſtudiū excitamus: quo alibi niſi ad actiuā imus: a qua reuerti poſt noſ nullo mō debemus. Quia qui illā ad tēporem negligētie ad prauitatis nequiciā quas reliquerat: redit: eſſe ſine dubio celeſte anīal neſcit. Cuꝫ vero ab actiua vita ad cōtemplatiuā ſurgimus (qꝛ diu mens ſtare in cōtemplatiōe non valet: ſed omē qđ de eternitate per ſpeculū ⁊ in enigmate cōſpicit: quaſi furtim hoc ⁊ per tranſitū videt) ipa ſua infirmitate ab immēſitate tāte celſitudīs animꝰ repulſus: in ſemetipo relabit. Et ncce eſt vt ad actiuā redeat: ſeq ipm cōtinue in vſum bone oꝑationis exerceat: vt cū mens ſurgere ad ꝯtemplanda celeſtia nō valet: queq poteſt bona agere nō recuſet. Sicq fit vt ipis ſuis bonis actibꝰ ad ſuperiora rurſus in cōtemplationē ſurgat: ⁊ amoris paſtū de pabulo cōtemplate veritatis accipiat: in qua qꝛ diu ſe tenere ipa corruptiōis infirmitas nō poteſt: ad bona rurſum oꝑa redīēs ſuauitatis dei memoria paſcit: ⁊ foris piis actibus: intus vero ſanctis deſiderijs nutrit. Hinc etenī de perfectis viris poſt ꝯtemplationē ſuā redeūtibus dicit. Memoriā ſuauitatis tue eructabūt. ps. 144. Dulcedinē quippe ſuauitatis intime: qꝛ vt cūq poſſunt (velut ex quodā coruſco) preguſtādo tangere: eius memoriā ſtudēt recolēdo ſemꝑ ⁊ loquēdo eructare. Unde ⁊ apte nos pſalmiſta admonet dicēs Lux orta eſt iuſto: ⁊ rectis corde leticia. Letamini iuſti in dño: ⁊ ꝯfitemini mēorie ſanctitatꝭ eiꝰ. ps. 86. Qui rurſus ait: Quā magna multitudo dulcedīs tue dñe. ps. 30. Que videlꝫ ꝙ magna eſſet: nulloꝰ cognoſceret: niſi hāc aliquatenꝰ ꝯtemplādo guſtaſſet. Hinc iterū dicit: Ego dixi in extaſi mea: ꝓiectus ſum a vultu oculoꝝ tuo

rū. Niſi em̄ in mentis exceſſu ſubleuatus
dulcedinē ſuauitatis eterne cognouiſſet:
in hoc adhuc mūdo retentus nō diſcerne
ret: q̄ longe proiectus iaceret. Oſtenſa er-
go aīalia vadūt ⁊ nō reuertunt̄: atq; va
dunt ⁊ redeūt: q: ſctī viri ⁊ ab actiua vita
quā apprehēderūt: ad iniquitates nō cor
ruūt: ⁊ a cōtemplatiua vita quā tenere iu
giter nō poſſunt: in actiuā relabunt̄. Si-
cut em̄ dictū eſt ipſo infirmitatis ſue pon
dere deuicti: ad ſemetipſos redeūt repulſi
vt eūtes diſcant quid deſiderēt: ⁊ reuertē
tes vbi iaceāt ſciant. Euntes intelligāt:
vbi nō dū ſint: reuertētes quid ſint. Sed
qualiter ſancta hec animalia redeant de-
monſtrat̄: cum ſubdit̄.

In ſīilitudinē fulgurꝭ coruſcātꝭ.

Bene aūt reuertentia aīalia coruſcāti ful
guris cōparant̄. Quia ſancti viri cū al's
dū ad ſuperna cōtemplanda euolant: pri
mitias ſui ſpūs in celeſtis patrie amore li
gant. Sed grauati humane cōuerſatiōis
pondere: ad ſemetipſos redeūt: bona cele-
ſtia que ſaltē per ſpeculū cōtemplari po-
tuerūt: fratribus denūciant: eorūq; aīos
in amorē intime caritatꝭ accendūt. Quā
nec videre ſicut eſt: nec loqui preualet ſi-
cut viderūt: loquētes aūt verbis ſuis cor
da audientiū feriūt ⁊ incendūt. Quaſi er
go fulgur coruſcās redeūt: q: per eos ſup
nū lumē intermicat: ad amorē celeſtis pa
trie mētes audientiū inflāmat. More ita-
q; coruſcātis fulguris cū loquēdo percu-
tiūt: ignē ſpiritalꝭ deſiderij ſpargūt. Alio
q̄z mō ſancta aīalia vadūt ⁊ redeūt. Va-
dūt em̄ cum ad inſinuandā celeſtis doni
gratiā in predicationē mittūt̄: atq; vt ad
fidē trahant: mira corā infidelibus faciūt
Sed redeūt: q: hec oīpotentis dñi virtuti
tribuētes: ſibimetipſis que fecerīt nō aſcri
būt. Cum em̄ ſtupēda faciūt fulgura ſūt:
q: corda intuentiū cōcutiūt: terrēt: illumi
nāt: ⁊ accendūt. Unde ſcriptū eſt. In luīe
iacula tua ibūt: in ſplēdore fulguris armo
rū tuorꝝ. Abac. 3. Iacula dñi ſunt verba
ſanctorꝝ: que corda peccantiū feriūt: ſed
iſta iacula habēt arma. Scitis fratres: q:
preliatores viri iacula mittūt: armis vero
muniunt̄: dū ergo verbis addūt miracula
quaſi armis ſe muniūt: ne ipſi feriant̄. In
lumine iacula tua ibūt: q: in aperto exeūt
verba dei. Sed q: comitari debēt ſentēti
as ſanctorꝝ doctorꝝ facta miraculorꝝ: re-
cte ſubiūgit̄ In ſplēdore fulguris armorꝝ
tuorꝝ. Quia dū addūt eis arma miraculo
rū mētes perſequentiū fulgurāt: vt eos ꝑ
ſequi nō preſumāt. Hec itaq; aīalia va-
dūt ⁊ reuertunt̄ in ſimilitudinē fulguris
coruſcātis Quia poſt q̄ mira ſancti inter
hoīes faciūt: poſt q̄ corda audientiū ſpar-
ſo lumīe incendūt: ad quandā auctori ſuo
gloriā redeūt: vt illi laudē reddāt: ꝑ quez
ſe poſſe talia ſciunt. Sic petrus cū ſanato
hoīe qui claudus ex vtero matris fuerat:
ſignū fecit: qd̄ oēs qui cognoſcerēt: valde
mirarent̄: dixit: Quid miramini in hoc:
aut nos q̄d intuemī quaſi noſtra virtute:
aut pietate fecerimus hūc ambulare? De
us abraā: deus yſaac: ⁊ deus iacob: deus
patrū noſtrorꝝ glorificauit filiū ſuū ieſum.
Actu. 3. Et paulopoſt. In fide noīs eius
hūc quem vidiſtis ⁊ noſtis cōfirmauit no
mē eius. Signū quippe faciēs intuentiū
oculos miraculi luīe perſtrinxit: ſed hūili
tatē cuſtodiēs: ⁊ laud auctori reddēs: qua
ſi vnde venerat redijt: q: lux fulguris vn
de fuerit oſtēdit. Sancta itaq; aīalia cū
ad ſigna operāda veniūt: ⁊ cū ad redden-
dā auctori ſuo gloriā intus apud ſemeti-
pſa redeūt fulgur ſūt: q: ⁊ oſtēdendo mi-
racula ⁊ exēpla humilitatis ꝓbendo men
tes intuentiū feriūt ⁊ incendūt. In omni
aūt qd̄ faciūt: iccirco ſemꝑ ad laudē crea-
toris redeūt: vt in ea virtute quā accipiūt
vera ſtabilitate perſiſtūt. Nam ſi quid ſi-
bi tribuerēt: in hoc qd̄ acceperāt: ſtare nō
poſſent. Unde bene etiā per ſalomonē di
cit̄ Ad locū de quo exeūt flumina reuertū
tur: vt iterꝝ fluāt. Eccl's. 1. Siue em̄ in vir
tutibꝰ ſeu in doctrina quid aliud ſūt ſan-
cti viri q̄ flumina: que terrā cordis carna
liū aridā rigāt. Sed ſiue in operatiōe quā
faciūt ſeu in doctrine verbis citiꝰ ſiccarēt̄
niſi per intentionē cordis ſēꝑ ſollicite ad

locũ de quo exeũt redirēt. Si eñ intror-
ſus ad cor nõ redeant: ac ſeſe in amore cõ
ditoris deſiderioꝝ vinculis nõ aſtringãt:
⁊ manus ab eo quod agebat deficit: ⁊ lin-
gua ab eo quod loquebat᷑ areſcit. Sed in
tus ſemꝑ per amorē redeunt: ⁊ hoc qđ in
publico operãtes: atq; loquētes fundũt:
in ſecreto ſuo de fonte amoris hauriunt.
Amãdo eñ diſcũt: docendo ꝓferũt. Ad
locũ ergo de quo exeũt flumina reuertunt
vt iterũ fluant: qꝛ aquã ſapiẽtie inde ſem-
per hauriũt vnde orit᷑: ne cũ currerit exſic
cet. Per oẽ ergo qđ agimus ad fontē ve
ri luminis ſollicita mēte redeamus. Redda
mus creatori nr̃o gratias de bonis que ac
cepimus: eiq; cũ eſaia ꝓpheta ſuppliciter
dicamus. Oĩa opera nr̃a operatus es no
bis. Eſa. 26. Bona eñ noſtra eius ſunt
opa: cuiꝰ viſceribus nõ ſuffecit: vt nos eri
geret: niſi ⁊ ſemetipm̃ ꝓ nobis inclinaret.
Si eñ coeternus patri deus ante ſecula
nõ fieret: homo in tp̃e: qñ homo tp̃alis ſa
peret eterna? Deſcenſio ergo veritatis aſ
cẽſio facta eſt humanitatis noſtre. Demꝰ
ei gloriã: demus laudem: qui viuit ⁊ re-
gnat cũ patre in vnitate ſpiritusſancti deꝰ
per oĩa ſecula ſeculorum amen.

Explicit omelia. V.

Incipit Omelia. VI. que interpretatur in primo capitulo: ab illa parte. Cũq; aſpicere ⁊c. vſq; ad illam partem. Et totum corpus oculis plenũ in circuitu ipſorum quattuor.]

Tenebroſa aqua in nubibus ae-
ris. Quia obſcura eſt ſciẽtia in
ꝓphetis. Sed ſalomonis voce
atteſtãte didicimus. Gloria re
gũ celare verbũ ⁊ gloria dei eſt inueſtiga-
re ſermonē. Prouer. 25. Quia ⁊ honor
eſt hominũ eoꝝ ſecreta abſcondere: ⁊ glo
ria dei eſt myſteria ſermonis eius aperi-
re. Ipa autē per ſe veritas dicit: Que di
co vobis in tenebris dicite in lumĩe. Ma
thei. 10. Ideſt aperte exponite que in alle
goriarũ obſcuritatibꝰ auditis. Magne ve
ro vtilitatis eſt ipa obſcuritas eloquiorũ
dei: quia exercet ſenſum vt fatigatiõe di-
latet᷑: ⁊ exercitatus accipiat qđ capere nõ
poteſt ocioſus: habet quoq; adhuc maius
aliud: quia ſcripture ſacre itelligẽtia ſi in
cũctis eſſet aperta vileſceret. In quibuſ-
dã locis obſcurioribus tãto maiori dulce
dine inuẽta reficit: quãto maiori labore fa
tigat animũ queſita. Ecce eñ ſancti Eze-
chielis nũc voce dicit᷑.

Cumq; aſpicerē aĩalia apparuit rota vna ſuper terrã.]

Quid ãt rota niſi ſacrã ſcripturã ſignat
que ex oĩni parte ad auditoꝝ mentes vol
uit᷑: ⁊ nullo erroris angulo: a predicatõis
ſue via retinet᷑. Ex omni autē parte volui
tur: quia inter aduerſa ⁊ ꝓſpera ⁊ recte ⁊
humiliter incedit. Circulus quippe p̃ce-
ptoꝝ illius modo ſurſũ: modo deorſũ eſt:
que perfectioribꝰ ſpiritaliter dicunt᷑: in-
firmis iuxta litterã congruũt. Et ipſa que
paruuli iuxta litterã intelligũt: docti viri
per ſpiritalē intelligentiã in altũ ducunt.
Quis nãq; paruuloꝝ in facto eſau ⁊ ia-
cob: quod alter ad venatũ mittit᷑ vt bene-
dicat᷑: alter vero per ſuppoſitionē matris
a patre benedicit᷑: niſi iuxta ſacre lectiõis
hyſtoriã paſcit᷑. In qua videlicet hyſto-
ria ſi ad intellectũ paulo ſubtilius aſtrin-
gat᷑: videt᷑: quia iacob primogeniti bene-
dictionē nõ per fraudē ſubripuit: ſed vt ſi
bi debitã accepit: quã cõcedēte fratre da
ta lentis mercede emerat. At vero ſiquis
altius ſentiens: vtrorũq; facta velit per al
legorie archana diſcutere: ꝓtinus ab hy-
ſtoria in myſteriũ ſurgit. Quid eſt enim
quod yſaac de maioris filij ſui venatione
veſci cõcupiſcit: niſi qđ omnipotēs deus
iudaici populi bona operatiõe paſci deſi-
derauit. Sed illo tardãte minorē rebec-
ca ſuppoſuit: qꝛ dũ iudaicus populus bo
na opera foris querit: gentilē populũ ma
ter gratia inſtruxit: vt omnipotenti patri
cibum boni operis offerret: benedictio-

nẽ maioris fratris acciperet: qui eoſdẽ ci bos ex domeſticis aĩalibus ꝑbuit Quia gentilis populus placere deo de exterioribus ſacrificijs nõ querens: per vocẽ pphete dicit: In me ſũt deus vota tua que reddã laudatiões tibi. ps. 55. Quid eſt ꝙ iſdẽ iacob manus ac brachia ꝛ collũ hedinis pellibus texit: niſi qđ hedus ꝓ peccato offerri cõſueuit? Et gentilis popul⁹ carnis quidẽ in ſe peccata mactauit: ſed ꝛ coopertũ ſe peccatis carnalibus confiteri nõ erubuit. Quid eſt ꝙ veſtimẽtis fratris maioris induit: niſi qđ ſacre ſcrpture preceptis que maiori populo data fuerãt: in bona oꝑatiõe veſtitus ẽ: ꝛ eis mĩor in domo vtit: que maior foras exiens: intus reliquit. Quia illa gentilis populus precepta tenet in mẽte que iudaicus populus habere nõ potuit: dũ ſolã in eis litterã attendit. Et quid eſt ꝙ yſaac eundẽ filium neſcit quẽ benedicit: niſi hoc qđ de gentili populo dñs per pſalmiſtã dixit: Populus quẽ non cognoui ſeruiuit mihi: ob auditu auri ob audiuit mihi. ps. 17. Quid eſt ꝙ preſentẽ nõ vidit: ꝛ tamen ei que in futuro veniebant videt? niſi qđ oĩpotens deus cũ per pphetas ſuos ꝑdicaret gentilitati gratiã prerogandã: eam ꝛ in ꝑſenti per gratiã non videt: quia tũc in errore dereliquit: ꝛ tamẽ quia hanc quãdoq; collecturus erat: per benedictiõis gratiã ꝓuidit. Unde ꝛ idẽ iacob gentilis populi figurã tenet: eiq; in benedictiõe dicit: Ecce odor filii mei ſicut odor agri pleni: cui bñdixit dñs deus: Gen. 27. Sicut eñ in euãgelio veritas dicit. Ager eſt hic mundus. Luce. 17. Et quia gẽtilis populus ad fide perduct⁹: per electos ſuos in vniuerſo mũdo virtutibus redolet: odor filij odor eſt agri pleni. Aliter namq; redolet flos vue: qꝛ magna eſt virtus ꝛ opinio ꝑdicatoꝝ: qui inebriãt mentes audientiũ. Aliter flos oliue: qꝛ ſuaue eſt opus miſericordie. Aliter flos roſe: qꝛ mira eſt fragrãtia que rutilat ꝛ redolet ex cruore martyrũ. Aliter flos lilij: qꝛ candida vita carnis eſt de incorruptiõe virginitatis. Aliter flos viole: qꝛ magna eſt virtus humiliũ: qui ex deſiderio loca vltia tenentes ſe per humilitatẽ a terra in altũ nõ ſubleuãt ꝛ celeſtis regni purpurã in mente ſeruãt. Aliter redolet ſpica cũ ad maturitatẽ perducit: qꝛ bonoꝝ operũ perfectio ad ſacietatẽ eoꝝ qui iuſticiã eſuriũt preparat. Qꝛ ergo gentilis populus in electis ſuis vbiq; per mundũ ſparſus eſt: ꝛ ex eis virtutibus quas agit: oẽs qui intelligunt odore bone opiniõis replet. Dicat recte. Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni. Gen. 27. Sed qꝛ eaſđ ꝟtutes ex ſemetipo nõ habet adiũgat. Cui benedixit dñs deus. Et qꝛ idẽ electoꝝ populus per qſdã etiã in cõtemplationẽ ſurgit: per quoſdã vero in actiue vite ſolũm⁹ opera pingueſcit: recte illic addit. Det tibi dñs de rore celi: ꝛ de pinguedine terre. Gen. Ibidẽ. Ros eñ deſuꝑ ꝛ ſubtiliter cadit: ꝛ toties de rore celi accipimus: quotiẽs per infuſionẽ cõtemplatiõis intime: de ſuꝑnis aliquid tenuerit videmus. Cuꝫ vero bona opera etiã per corpus agimus: de terre pinguedine ditamur. Quid eſt aũt ꝙ eſau tarde ad patrẽ redit: niſi qꝛ iudaicus popul⁹ ad placendũ deo: al's ad placandũ dñm ſero reuertit. Cui ꝛ hoc in benedictiõe dicit: Tẽpuſq; erit cũ ſoluat iugũ de collo tuo Eſa. 10. Quia a ſeruitute peccati iudaic⁹ popul⁹ in fine liberabit. Sicut ſcriptũ eſt eſt. Donec plenitudo gentiũ introiret: ꝛ ſic oĩs iſrael ſaluus fiet. Ro. 10. Quẽ nõ paruuloꝝ ipſa euãgelica hyſtoria in miraculi operatiõe reficit: ꝙ hydrias vacuas dñs aqua impleri ꝑcepit: eandẽq; aquã ꝓtinus in vinũ vertit. Iohis. 2. Sed cũ hec vigilãtiores ingenio audiunt: ꝛ ſacrã hyſtoriã credendo venerant: qđ interius innuat requirũt. Qui eñ aquaꝫ in vinũ mutare potuit: etiã vacuas hydrias vino valuit ſtatĩ replere. Sed ipleri hydrias aqua iubet: qꝛ prius per ſacre lectiõis hyſtoriã corda noſtra replenda ſunt: ꝛ aquã nobis in vinũ vertit: qñ ipſa hyſtoria per allegorie myſteriũ in ſpiritalẽ nobis intelligentiã cõmutat Nota ergo quaſi per

terrā trahit: qꝛ paruulis humili ſermone cōcordat: ⁊ tamen magnis ſpiritalia infū dens quaſi circulū in altū leuat. Et inde ſurſum erigit: vnde terrā tangere paulo ante videbat. Quia vero vndiqꝫ edificat quaſi per circulū rota currit. Unde ⁊ in lege ſcriptū eſt. Facies ⁊ candelabrū ductile de auro mūdiſſimo haſtile eius: ⁊ calamos ⁊ ciphos ⁊ ſperulas ac lilia ex ipo ꝓcedentia. Gen. 25. Quis autē in candelabro: niſi redēptor humani generis deſignat: qui in natura humanitatis infulſit lumine diuīitatis vt mūdi candelabrū fieret: quatenus in eius lumine oīs peccator in qbus iaceret tenebris videret. Qui ꝓ eo ꝙ naturā noſtrā ſine culpa ſuſcepit: cādelabrū tabernaculi ex auro puriſſimo fieri iubet. Ductile autē feriendo ꝓducitur: quia redēptor noſter qui ex cōceptione ⁊ natiuitate perfectus deus ⁊ homo extitit: paſſionū dolores pertulit: ⁊ ſic ad reſurrectiōis gloriā peruenit. Ex auro ergo mūdiſſimo ductile candelabrū fuit: quia ⁊ peccatū non habuit: ⁊ tamē eius corpus per paſſionis cōtumelias ad immortalitatē profecit. Nam iuxta virtutes aīe quo percuſſionibus potuiſſet ꝓficere: omnino non habuit. In mēbris autē ſuis que nos ſumus quottidie percuſſiōibus proficit: quia dū nos tūdimur ⁊ efficimur: vt eius corpus eſſe mereamur ipe ꝓficit. De eiꝰ corpore ſcriptū eſt: ex quo totū corpus per nexus coniūctiones ſubminiſtratū: ⁊ cōſtructū creſcit in augmentuꝫ dei. Col. 2. Corpus quippe illius nos oēs ſumus. Per nexus vero ⁊ cōiunctiōes corpus ligat: quia dū capiti pectus: dū pectori brachia: dū brachijs manus: digiti manibus ſunt coniūcti: ac mēbra cetera mēbris inherēt: corpus oē perficit. Nempe ſicut ſancti apoſtoli: quia redēptori noſtro propinqui ſteterūt: quaſi pectus capiti inheſit. Quos quia martyres ſunt ſecuti quaſi coniūcta brachia pectori fuerūt. Quibꝰ dū paſtores ⁊ doctores ſubiūcti ſunt per bona opera: manus brachijs inheſerūt. Hoc vero omne corpus redēptoris noſtri quottidie per nexus ⁊ cōiunctiōes ſubminiſtrat in celo: quia cū ad deū illuc electe anime ducūt: ei ſua mēbra colligunt. De quo bene dicit: Subminiſtratū ⁊ cōſtructū creſcit in augmentū dei. Quia deus oīpotēs redemptor noſter qui in ſe quo ꝓficiat non habet: adhuc per mēbra ſua quottidie augmentū habet. Unde rurſus ſcriptū eſt: Donec occurramus oēs in virū perfectū in menſurā etatis plenitudinis xpi. Ephe. 4. Haſtile vero eiuſdem cādelabri ipa eccleſia debet intelligi que corpus eius eſt. Quia inter tot aduerſa libera ſtat. Calami autē qui de haſtili ꝓcedunt predicatores ſunt: qui dulcē ſonū in mūdo ediderūt: videlicet canticū nouū. Ciphi autē vino repleri ſolēt. Quid ergo mētes auditoꝝ: niſi ciphi ſunt: que ſanctis predicātibus vino ſcientie replent. Spherula autē quid eſt aliud: niſi volubilitas ꝑdicatōis. Spera eīn ex omni parte voluit: ⁊ predicatio que nec aduerſitate retineri poteſt: nec ꝓſperitatibus eleuatur. Spera itaqꝫ eſt ⁊ inter aduerſa fortis ⁊ inter ꝓſpera hūilis: nec timoris hꝫ angulū nec elatiōis. In curſu ꝙ ſuo figi non valet: qꝛ per cūcta ſe volubiliter trahit: vt autē hoc qđ exempli cauſa ꝓtulimus exequamur. Bene poſt calamos ciphos: et ſperulas in candelabro lilia deſcribunt. Quia poſt eā diximus predicatiōis gratiā atqꝫ volubilitatē illa virēs patria ſequit: que aīalibus als aīabus ſanctis: id eſt floribus vernat eternis. Spherule ergo ad laborē pertinēt. Lilia ad retributionē. Itaqꝫ ſicut apud moyſen ſperula doctrina predicatiōis accipit: ita hic per rotā ſacra ſcriptura ſignat. Propheta igitur dū ſancta aīalia videret adiūxit.

Cumqꝫ aſpicerē animalia apparuit rota vna ſuper terrā.

Qua in re querendū eſt cū inferius rote deſcribunt: cur vna rota prius apparuiſſe dicit: niſi quia antiquo populo vetus ſolūmodo teſtamentū datū eſt: qđ ad erudiēdū mentē illius quaſi rota volueret. Be-

ne autẽ rota eadẽ ſuper terrã apparuiſſe dicit. Peccãti enĩ homini dictũ eſt. Terra es ⁊ in terrã ibis. Geñ.3. Rota ergo ſuper terrã apparuit: qꝛ deus omnipotens legẽ ſuper corda peccantiũ dedit. Sed qꝛ hec pñnata aĩalia: ſanctos vt ante diximus: euãgeliſtas deſignãt: quomodo prius aĩalia: ⁊ poſtmodũ rota vna aſpicit: dũ ante teſtamentũ vet⁹ fuerit: ⁊ poſtmodũ ſancti euangeliſte ſecuti ſunt. Sed intelligere in his poſſumus qđ illi prius a ꝓpheta viſi ſunt: qui merito tranſcendũt Nam quãto ſanctũ euangeliũ teſtamentũ vetus precellit: tãto ⁊ predicatores eius in deſcriptiõe prophetica ꝑferri debuerũt Quãuis ſit adhuc aliud qđ in hac deſcriptiõe cõſiderari debeat. Quia ꝓphecie ſpiritus ſic intra ſemetipm̃ anteriora ⁊ poſteriora ſimul colligit: vt hec ſimul ꝓphete lingua ꝓferre nõ poſſit: ſed ampla que videt diſpertitis al's de preteritis ſermonib⁹ emanat. Et nũc vltima: poſt prima: nũc vero prima: poſt vltima loquit. Unde ezechiel ꝓpheta ſub figura ſancte vniuerſalis eccleſie ⁊ euãgeliſtarũ gloriã per quattuor animaliũ ſimilitudinẽ videt: et tamen repẽte illa ſubiũgit que anterioribus tempibus geſta ſunt. Ut patẽter indicet ſimul ſe vidiſſe qđ carnis lingua nõ ſufficeret ſimul dicere. Quia vero ꝑ quattuor aĩalia etiã perfectos omes ſignificari diximus. Conſiderandũ quoqꝫ eſt quoſdã ſanctoꝝ ⁊ ante legẽ fuiſſe: qui naturali lege diſcrete al's diſtricte viuerẽt: ⁊ omnipotẽti deo placerẽt. Poſt aĩalia ergo rota deſcribit: quia electorũ multi apud omnipotentẽ dominũ perfecti: ⁊ ante legẽ fuerũt. Si vero aĩalia ſolos vt dixim⁹ euãgeliſtas debemus accipere: eſt adhuc aliud qđ ꝯſiderare debeam⁹ Uidebat enĩ in ſpiritu propheta: qꝛ hec ipſa verba que obſuritatibus obuoluta ꝓferebat: nõ iudaico populo: ſed gentibus panderent. Nobis igit loquẽs prius aĩalia: ⁊ poſt rota deſcribere debuit: qꝛ nos ad fidẽ dño largiẽte veniẽtes: nõ per legẽ euangeliũ ſed per ſanctũ euangeliũ legẽ didicimus.

Ubi vero vel qualis rota apparuerit: adiungit cum dicit:

Iuxta aĩalia habens quattuor facies.] Ubi adhuc ſubdit.

B **Et aſpectus rotarũ ⁊ opus earũ quaſi viſio maris: ⁊ vna ſimilitudo ipaꝝ quattuor ⁊ aſpectus earũ et opera quaſi ſi ſit rota in medio rote.]**

Quid eſt hoc qđ cũ vna rota diceret paulo poſt adiũgit. Quaſi ſi ſit rota in medio rote: niſi qđ in teſtamẽti veteris lr̃a teſtamentũ nouũ latuit per allegoriã. Un̄ ⁊ rota eadẽ que iuxta aĩalia apparuit: quattuor facies hr̃e deſcribit: qꝛ ſcriptura ſacra per vtraqꝫ teſtamẽta in quattuor partib⁹ eſt diſtincta Uetus etenĩ teſtamentũ in lege ⁊ ꝓphetis: nouũ vero in euãgelijs atqꝫ aploꝝ actibus ⁊ dictis. Scit al's ſcim⁹ aũt: qꝛ vbi faciẽ intendim⁹: ibi qđ neceſſe eſt videmus. Rota ḡ quattuor hꝫ facies: qꝛ prius reſecanda mala in populis vidit per legẽ: poſtmodũ vidit per ꝓphas: ſubtilius vero per euangeliũ: ad extremũ aũt per aplos ea q̃ in culpis hoĩm reſecarent aſpexit. Poteſt ꝙꝫ intelligi qđ quattuor facies rota hẽat: propter hoc qđ ſcriptura ſacra per gratiã ꝑdicatiõis extenſa in quattuor mũdi partes innotuit. Un̄ ⁊ bene rota eadẽ vna prius iuxta aĩalia apparuiſſe ⁊ poſtmodũ quattuor facies habuiſſe deſcribit: qꝛ niſi lex euangelio ꝯcordaret: in q̃ttuor mũdi ptib⁹ nõ innoteſceret: ſeq̄t.

Et aſpectus rotarum ⁊ opus earũ quaſi viſio maris.]

Recte ſacra eloq̃a viſioni maris ſilia narrãt: qꝛ in eis magna ſũt volũia ſnĩaꝝ ⁊ cumuli ſenſuũ. Nec immerito mari ſilis ſcriptura ſacra dicit: qꝛ firmant in ea ſentẽtie locutiõis ſacrõ baptiſmatis. Uel certe cõſiderandũ eſt: qꝛ nauibus in mari nauigamus: cũ ad deſideratas terras tẽdimus. Nobis aũt q̃d eſt in deſiderio: niſi illa t̃ra de qua ſcriptũ eſt. Portio mea in terra vi

uentiũ. ps. 141. Ligno aũt vt dixi euehit q̃ mare tranſit. Et ſcim⁹ qꝛ ſcriptura ſacra lignũ crucis per lignũ al's legẽ nobis pre nũciat cũ dicit. Maledict⁹ a deo eſt q̃ pẽdet in ligno. Deut°. 21. Qď de redẽptore nr̃o paulus teſtat̃ dicẽs: Factus ꝑ nobis maledictũ. Gal. 3. Per ꝓphetas qꝫ lignũ adnũciat̃ cũ dicit̃: Dñs regnauit a ligno. ps. 95. Et rurſũ. Mittamus lignũ in panẽ eius. Hier. 11. Per euangeliũ vero lignũ crucis aperte oñdit̃: vbi ipſa dñi paſſio que ꝓphata eſt declarat̃. Per apoſtolos autẽ hec eadẽ crux etiã in verbis ꝛ opibus tenet̃ cũ paulus dicit. Mihi mũdus crucifix⁹ eſt: ꝛ ego mũdo. Gal. 6. Et rurſũ. Mihi aũt abſit gloriari niſi in cruce dñi nr̃i ieſu xp̃i. Gal. 6. Nob̃ ĝ qui ad eternã patriã tendim⁹: ſcriptura ſacra per q̃ttuoꝛ ſuas facies mare eſt q̃ crucẽ adnũciat: qꝛ nos ad terraꝫ viuentiũ ligno portat. Niſi aũt mari ſcripturã ſacrã ſileꝫ cerneret: ꝓpheta minime dixiſſet. Repleta eſt terra ſcia dñi ſicut aque maris operientis. Eſaie. 11. Sequit̃.

Et vna ſilitudo ipſaꝝ quattuoꝛ. Et aſpectus earũ ꝛ opera quaſi ſi ſit rota in medio rote.

Una ſilitudo eſt ipſaꝝ q̃tuoꝛ. Qꝛ qď p̃dicat lex hoc etiã ꝓphete. Qď denũciãt ꝓphete: hoc exhibet euangeliũ. Qď exhibuit euangeliũ hoc predicauerũt apl'i per mũdũ. Una ĝ eſt ſilitudo ipaꝝ quattuoꝛ. Quia diuina eloq̃a ꝛ ſi tp̃ibus diſtincta: ſunt tamẽ ſenſibus vnita. Et aſpectus earũ: ꝛ opera quaſi ſi ſit rota in medio rote. Rota intra rotam eſt teſtamentũ nouũ: ſicut diximus intra teſtamentũ vetus: quia qď deſignauit teſtm̃ vetus: hoc teſtm̃ nouũ exhibuit. Et eñ pauca de multis loquar. Quid eſt qď adã dormiẽte: eua producit̃: Geñ. 2. niſi qď moriente xp̃o eccleſia format̃? Quid eſt qď yſaac ad imolandũ ducit̃: ꝛ ligna portat: are ſuperimponitur ꝛ viuit. Geñ. 22. niſi qď redẽptoꝛ noſter ad paſſionẽ ductus: lignũ ſibi crucis ipe portauit: Et ſic in ſacrifi. lo pro nobis ex humanitate eſt mortu⁹: vt tamen imoꝛtalis maneret ex diuinitate. Quid eſt qď homicida poſt mortẽ ſummi põtificis abſolutus ad terrã propriã rediit. Joſue. 20 niſi qď humanũ genus quod peccãdo ſibi metipi mortẽ intulit: ꝛ poſt mortẽ veri ſacerdotis: videlicet redẽptoris noſtri peccatoꝝ ſuoꝝ vinculis ſoluit̃: ꝛ in paradiſi poſſeſſionẽ reparat̃. Quid eſt qď tabernaculo propiciatoriũ fieri iubet̃: ſuper qď duo cherubin: vnũ a ſummitate vna ꝛ alterũ a ſũmitate alia: ex auro mũdiſſimo ponunt̃: expandẽtes alas ꝛ operiẽtes oraculũ: qui ſe mutuo reſpiciũt verſis vultibus in propiciatoriũ. Exodi. 25. Niſi qď vtraqꝫ teſtamẽta ita ſibi in mediatorẽ dei ꝛ hominũ congruũt: vt qď vnũ deſignat: hoc alterũ exhibeat. Quid eñ per propiciatoriũ: niſi ipe redemptoꝛ humani generis deſignat̃? De quo per paulũ dicitur: Quẽ propoſuit deus ꝓpiciationẽ per fidẽ in ſanguine ipius. Roñ. 3. Quid vero per duo cherubin que plenitudo ſcientie dicunt̃: niſi vtraqꝫ teſtamenta ſignata ſunt: ex quibus vnũ a ſummitate vna ꝓpiciatorii: aliud vero a ſummitate altera ſtat. Quia qď teſtamentũ vetus de incarnatiõe noſtri redemptoris cepit ꝓphetãdo ꝓmittere: hoc teſtamentũ nouũ perfecte narrat expletũ. Duo autẽ cherubin ex auro mũdiſſimo facta ſunt. Quia vtraqꝫ teſtamẽta pura ac ſimplici veritate deſcribũt̃. Expandũt ṽo alas ꝛ oraculũ operiũt Quia nos qui oĩpotentis dei oraculũ ſumus: a culpis ĩminentibus ſcripture ſacre edificatiõe ꝓtegimur. Cui⁹ dũ ſniãs ſollicite aſpicim⁹: ab errore ignorãtie ei⁹ alis velamur. Duo ṽo cherubin in ſe mutuo reſpiciũt verſis vultibus in ꝓpiciatoriũ: quia vtraqꝫ teſtamẽta in nullo a ſe diſcrepãt: ꝛ quaſi ad ſemetipa viciſſim facies tenẽt: quia qď vnũ ꝓmittit: hoc aliud exhibet: dũ inter ſe poſitũ mediatorẽ dei ꝛ hominũ vident. Facies quippe a ſemetmetipis cherubin auerterent: ſi qď vnum teſtamentũ ꝓmitteret: aliud negaret. Sꝫ dum cõcorditer de mediatore dei ꝛ homi

nū locunt: vt viciſſim ſe reſpiciāt: impropiciatoriū intendūt. Rota ergo in medio rote eſt: Quia ineſt teſtamento veteri teſtamentū nouū. Et ſicut ſepe iam diximꝰ qḋ teſtamentū vetus ꝓmiſit: hoc nouū exhibuit: ⁊ qḋ illud occulte denunciat: hoc iſtud exhibitū aperte clamat. Prophecia ergo teſtamēti noui: teſtamentū vetus eſt ⁊ expoſitio teſtamēti veteris: teſtamentū nouū. Sequitur.

¶ Per quattuor partes earū ibant: ⁊ nō reuertebant.]

¶ Quo alibi diuina eloquia niſi ad corda hominū vadūt? Sed per quattuor partes eūtes ibant: quia ſcriptura ſacra per legē ad corda hominū vadit: ſignādo myſteriū. Per ꝓphetas vadit paulo apertiꝰ ꝓphetando dn̄m. Per euangeliū vadit exhibēdo ꝙ ꝓphetauit. Per apoſtolos vadit predicādo eum quē pater in noſtra redemptiōe exhibuit. Habēt ergo rote facies ⁊ vias: quia oſtendūt ſacra eloquia noticiā preceptoꝝ cū exhibitione operū. Et per quattuor partes vadūt: quia diſtinctꝰ vt prediximus tempꝛibus locunt. Vel certe quia in cūctis mūdi regionibus incarnatū dominū predicant. De quibus aperte mox ſubditur.

¶ Et non reuertebantur cum ambularent.]

¶ Hec ſuperius de aīalibus dicta ſūt ſed non eadē intelligi de rotis que de aīalibus poſſunt. Rotas quippe ſignare teſtamēta diximus. Et teſtamentū vetus ambulauit quidē: quia per predicationē ad mentes hominū venit: ſed poſt ad ſemetipm̄ reuerſum eſt: qꝛ iuxta litterā in preceptis ſuis: ⁊ ſacrificijs vſqꝫ ad finē ſeruari nō potuit. Non eē ſine immutatiōe permanſit: cū in eo ſpiritalis intelligētia defuit. Sed cū redemptor noſter in mundū venit: hoc ſpiritaliter fecit itelligi: quod carnaliter inuenit teneri. Itaqꝫ dū ſpiritaliter littera eius intelligit: oīs in eo illa carnalis exhibitio viuificat. Teſtamentū vero nouū etiā per teſtamenti veteris paginas teſtamentū eternū appellatum eſt: quia intellectus illius nunꝗ mutat. Bene ergo dicit ꝙ rote eūtes ibant ⁊ non reuertebant cū ambularēt: quia nouū teſtamentū non reſcindit: dū vetus iam ſpiritaliter intellectum tenet. Poſt ſe non redeūt: que alꝰ quia vſqꝫ ad finem mūdi immutabilia perſiſtūt. Ambulant ergo: ſed nō reuertūt: quia ſic ſpiritaliter ad cor noſtrū veniūt: vt eoꝝ precepta vel ſtudia vlterius nō mutent. Sequit.

¶ Statura quoqꝫ erat rotis ⁊ altitudo horribilis aſpectus.

¶ Quid eſt ꝙ ſcripture ſacre eloquijs tria hec ineſſe narrant: vt ſtaturā: altitudinē: ⁊ horribilē aſpectū: ideſt terribilē habere memorent. Querendū nobis magnopere eſt que diuine ſcripture ſtatura: que altitudo: quis horribilis aſpectus dicit? Sciendū ergo eſt: quia ſtare ad vitā congruit bene operātis. Unde per paulū dicit. Qui ſtat videat ne cadat. 1. Corinth 10. Qui etiā diſcipulis dicit: Sic ſtate in dn̄o chariſſimi. Phil. 4. Et propheta: qui ſe vita ac moribus ante dominū ſtare videbat: ait: Uiuit dn̄s in cuius cōſpectu ſto. 4. Regū. 3. Altitudo vero eſt celeſtis regni ꝓmiſſio: ad quā tūc pertingit: quādo iam mortalis vite omniū alꝰ oīs corruptio ſubiugat. Horribilis vero aſpectꝰ eſt terror gehēne: que ſine fine reprobos cruciat: ⁊ ſemꝑ in cruciatu cōſeruat. Statura ergo in rectitudine p̄ceptiōis alꝰ predicatiōis eſt. Altitudo in celſitudine ſuꝑne ꝓmiſſionis. Horribilis vero aſpectus in penis alꝰ minis atqꝫ terroribus ſupplicij ſequētis. Scriptura igit ſacra ſtaturā habet: qꝛ mores ad ſtandū dirigit: vt auditoꝝ mentes ad terrenā concupiſcentiā nō curuent. Altitudinē habet: quia in celeſti patria eterne vite gaudia promittit. Horribilem quoqꝫ aſpectum habet: quia omnibus reprobis gehenne ſupplicia minatur. Oſtendit igitur ſtaturam ſuam in edificatiōe morum. Oſtendit altitudinē

in ꝓmiſſiōe premioꝝ. Oſtendit horribi-
lem aſpectū in terroribus ſuppliciorꝝ. Re
cta eſt eñ in preceptis: alta in ꝓmiſſioni
bus: horribilis in penis: alꝰ nimis. Ha-
bet ſtaturā cum per ꝓphetā dicit: Quieſ
ſcite agere perverſe: diſcite benefacere:
Eſaie. i. querite iudiciū: ſubuenite oppreſ
ſo: iudicate pupillo: defēdite viduā. Ibi-
dē. Et rurſum. Frange eſurieti panē tuū
ꝛ egenos vagoſq; induc in domū tuā: cū
videris nudū operi eū: ꝛ domeſticos ſemi
nis tui ne deſpexeris. Eſaie. 58. Habet al
titudinē cum per eundē prophetā dicit:
Non erit tibi amplius ſol ad lucendū per
diē: nec ſplendor lune illuminabit te: ſed
erit tibi dñs in lucem ſempiternā: ꝛ deus
tuꝰ in gloriā tuā. Eſaie. 60. Habet horri-
bilē aſpectū: cum infernū deſcribēs dicit:
Dies vltionis dñi: annus retributiōis iu
dicij ſyon: ꝛ cōuertent torrentes eius in
picē: ꝛ humus eiꝰ in ſulphurē: ꝛ erit ter-
ra eius in picē ardentē: nocte ꝛ die nō ex-
tinguet in ſempiternū. Eſaie. 34. Quā
beatus quoq; Job deſcribit dicens: Ter
rā tenebroſam ꝛ opertā mortis caligine:
terrā miſerie ꝛ tenebrarū: vbi vmbra mor
tis ꝛ nullus ordo: ſed ſempiternus horror
inhabitās. Job. i. Habet ſtaturā cum per
eum dñs propicius pollicet dicens: Si-
cut celi noui ꝛ terra noua que ego ſtare fa
cio corā me dicit dominꝰ: ſic ſtabit ſemen
veſtrū ꝛ nomen veſtrū. Eſaie vlt. Illi eñ
veraciter corā domino ſtant: qui vitā ſuā
in prauitate nō diſſipāt. Habet altitudi-
nem cum ſtatim ſubdit. Et erit menſis ex
menſe: ꝛ ſabbatū ex ſabbato: ꝛ venit om-
nis caro vt adoret corā facie mea dicit do
minus. Ibidē. Quid eſt menſis: niſi per
fectio dierꝝ? Et quid eſt ſabbatū: niſi qui-
es: in qua fieri opus ſeruile non liceat?
Menſis ergo ex menſe eſt: quia qui hic ꝑ
fecte viuūt: illuc ad perfectionē glorie per
ducunt. Sabbatū vero ex ſabbato eſt: q2
qui hic ceſſant a peruerſo opere: illic quie
ſcūt in celeſti retributiōe. Habet etiā hor-
ribilem aſpectū cum ꝯtinuo adiūgit. Et
egredient ꝛ videbūt cadauera virorꝝ qui
preuaricati ſunt in me. Ibidē. Vermis
eorꝝ non morietur ꝛ ignis eorꝝ nō extingue
tur. Ibidem. Quid eñ horribilius dici:
quid cogitari poteſt q̄ dampnatiōis vul-
nera ſuſcipere: et dolores vulnerū nunq̄
finire. De hoc horribili aſpectu rotarꝝ be
ne per Sophoniā dicit. Cū ſuperuenire
duris mētibus dies iudicij denūciat. Iu
xta eſt dies dñi magnus: iuxta ꝛ velox ni
mis. Vox diei dñi amara tribulabit ibi for
tis. Dies ire dies illa: dies tribulatiōis ꝛ
anguſtie: dies calamitatis ꝛ miſerie: dies
tenebrarū ꝛ caliginis: dies nebule ꝛ tur-
binis: dies tube ꝛ clangoris. Sophoñ. i.
Sed quia exterioris rote dicta poſuimꝰ:
reſtat nūc vt interioris quoq; ſtaturā alti-
tudinē ꝛ horribilē aſpectū proferre debea
mus. Habet quippe rota interior ſtaturā
ſuā: cum per ſanctū euangeliū ad terrena
deſideria incarnare nos prohibet redem-
ptoris noſtri vocibus dicens: Attendite
vt non grauent corpora noſtra in crapula
ꝛ ebrietate: aut in curris huius vite. Lu-
ce. 21. Habet altitudinē cū de eodē redē
ptore noſtro ꝓmittit dicens: Quotquot
autē crediderūt in eū: dedit eis poteſtatē
filios dei fieri. Johānis. i. Quid eñ hac
poteſtate altius? quid hac altitudine ſub
limius dici poteſt: in qua creatꝰ quiſq; ef
ficit filius creatoris. Habet horribilē aſ-
pectū cū reprobis loquit dicens: Ibūt in
ſuppliciū eternū. Math. 25. Habet ſtatu
ram cū veritatis diſcipulos admonet di-
cens: Vendite que poſſidetis ꝛ date ele-
moſynā: facite vobis ſacculos nō vetera-
ſcentes. Luce. 12. Habet ꝓmiſſionis al-
titudinē cū dicit: Venient ab oriente ꝛ oc-
cidente: ꝛ recūbent cū abraam yſaac ꝛ ia-
bo in regno celorꝝ. Math. 8. Habet hor-
ribilē aſpectū cum ſubdit. Filij autem re-
gni eijcient in tenebras exteriores: ibi erit
fletus ꝛ ſtridor dentiū. Ibid. Quibꝰ rur-
ſum voce veritatis dicit: Vos in peccatis
veſtris moriemini. Johis. 8. Habet ſtatu
ram cū primi paſtoris vocibus dicit: Mi-
niſtrate in fide veſtra virtutē: in virtute
autē ſcientiā: in ſcientia autē abſtinentiā:

in abſtinentia autē patientiā: in patientia
autē pietatē: in pietate autē amorē frater
nitatis: in amore aūt fraternitatis charita
tē. 2. Petri. 1. Habet altitudinē cū paulo
poſt dicit. Sic eñ abundāter miniſtrabit
vobis introitus in eternū regnū dñi ⁊ ſal
uatoris noſtri ieſu xp̄i. Ibidē. Qui rur
ſus bonis paſtoribꝰ pollicet dicens. Cū
apparuerit ꝑnceps paſtorꝝ percipietis im
marceſſibilē glorie coronā. Habet horri
bilē aſpectū cū dicit. Adueniet autē dies
dñi vt fur: in qua celi magno impetu trāſi
būt: elementa vero calore ſoluent. 2. Pe
tri. 3. Cum hec igit oīa diſſoluēda ſint:
quales oportet nos eſſe in ſanctis ꝯuerſa
tiōibus ⁊ pietatibus: expectātes ⁊ prope
rātes in aduentū diei dei: per quā celi ar
dentes ſoluent: elemēta vero ignis ardo
re tabeſcēt. Habet ſtaturā cum per paulū
nos a terrenis deſiderijs erigit dicens:
Mortificate mēbra veſtra que ſunt ſuper
terrā: fornicationē: immundiciā: libidinē
ꝯcupiſcentiā malā: ⁊ auariciā que eſt ido
lorꝝ ſeruitus. Col. 3. Habet altitudinē cū
promittit dicēs: Uita veſtra abſcōdita eſt
cum xp̄o in deo. Cum eñ xp̄s apparuerit
vita veſtra tunc ⁊ vos apparebitis cū ipo
in gloria. Ibidē. Habet horribilē aſpectū
cum minat dicens: In reuelatiōe dñi no
ſtri ieſu xp̄i de celo cū angelis virtutꝭ eiꝰ
in flamma ignis veniētis dantis vindictā
his qui nō nouerūt deū: ⁊ qui nō obediūt
euangelio dñi noſtri iheſu xp̄i: qui penas
dabunt in interitū eternas a facie dñi: ⁊ a
gloria virtutis eius. 1. Teſſal. 1. Habet
ſtaturā cū nos admonet dicēs: Uidete ne
quis alicui malū ꝓ malo reddat: ſed ſem
per qđ bonum eſt ſectamini in inuicē ⁊ in
oēs. 1. Theſſal. 5. Habet altitudinē cū
ꝓmittit dicens: Si cōmorimur ⁊ cōuiue
mus ſi ſuſtinemus ⁊ cōregnabimus. Ro.
8. Et rurſum. Non ſunt cōdigne paſſio
nes huiꝰ tempis ad futurā gloriā: que re
uelabit in nobis. Ibidē. Habet horribilē
aſpectū cū minat dicens: Terribilis que
dam expectatio iudicij: ⁊ ignis emulatio
que cōſumptura eſt aduerſarios. Heb. 5.
Qui rurſus ait: Horrendū eſt incidere in
manꝰ dei viuētis. Que oīa breui quo
qꝫ ſentētia ſtringit dicēs: Ut poſſitis cō
prehendere cū omnibus ſanctis: que ſit la
titudo ⁊ longitudo: ſublimitas ⁊ ꝓfundū
Lata quippe eſt charitas: quia ⁊ inimico
rū dilectionē capit: ⁊ per eam charitatē
qua nos oīpotens deus late diligit: eti
am lōganimiter portat. Hoc ergo nos de
bemus exhibere ꝓximis: qđ indignis no
bis a creatore noſtro cōſpicimus exhibe
ri. Latitudo itaqꝫ ⁊ longitudo ad ſtaturā
pertinet: quia per amorē mores dilatat:
vt fraterna mala charitas longanimiter
portet. Sublimitas autē eſt eternorꝝ illa
remuneratio premiorꝝ: de cuiꝰ immenſita
te dicit: Quia nec oculus vidit: nec auris
audiuit: nec in cor homīs aſcendit: que ꝑ
parauit deus diligētibus ſe. Habet ergo
in ſublimitate altitudinē: quia eterna ſan
ctorꝝ gaudia nulla nūc preualēt cogitatio
ne penetrari. Profundū quoqꝫ eſt illa in
eſtimabilis dampnatio ſuppliciorꝝ: que
eos quos ſuſceperit in imis demergit. In
quibus ſacra eloquia horribilē aſpectum
habēt: quia ineſtimabilē terrorē audienti
bus incutiūt cum ſupplicia inferi loquū
tur. Bene ergo dicit.

¶ Statura quoqꝫ erat rotis ⁊ al
titudo ⁊ horribilis aſpectus.]

¶ Quia ſcriptura ſacra in vtroqꝫ teſtamē
to ⁊ ammonēdo recta eſt: ⁊ promittēdo al
ta ⁊ minando terribilis. Hec nos fratres
chariſſimi hodierna die largiēte domino
dixiſſe ſufficiat: vt ad diſſerenda que ſub
iuncta ſunt ocio reparati redeamus: in au
ctore omniū ⁊ domino noſtro ieſu xp̄o cō
fidentes. Qui viuit ⁊ regnat cū patre in
vnitate ſpiritusſancti deus: per oīa ſe
cula ſeculorum amen.

¶ Explicit omelia. VI.

¶ Incipit Omelia. VII. que in terpretatur in primo capitulo:

ab illa parte. Et totum corpus plenum oculis &c. vſq ad illam partem. Et audiebam ſonū alarum: quaſi ſonū aquarum multarum.]

Sicut noſtis fratres chariſſimi conſuetudo ꝓphecie eſt nunc iſta: nūc illa cōſpicere: et ab aliis in aliud ſubito verba deriuare. Sicut pſalmiſta cū de domino loqueretur dixit: Deus iudex iuſtus: fortis longanimis: nūquid iraſcetur per ſingulos dies? Niſi cōuertamini: gladiū ſuum vibrauit arcum ſuū tetendit: et parauit illum: et in ipo parauit vaſa mortis: ſagittas ſuas ardentibus effecit. ps. 7. Repēte ſubiūxit. Concepit dolorē et peperit iniquitatem. Lacū aperuit et effodit eū: et incidit in foueam quā fecit. Ecce cū domini narraret iuſticiā: quaſi nō mutata voce repēte peccatoris intulit culpā. Quod vnū me exēpli cauſa dixiſſe ſufficiat. Quia quiſquis in ꝓphetis vſum lectiōis habet: quā crebro iſta faciant non ignorat. Unde nunc Ezechiel propheta cum de rotis loqueretur adiunxit.

Et totū corpus plenū oculis in circuitu ipſorū quattuor.]

Qui enī non ipſarū ſed ipſoꝝ dixit: profecto indicat: quia repēte ſermo eius a rotis ad aīalia rediit: per que nimirū perfecti quiq vt predictū eſt: deſignantur. Corpora itaq aīaliū iccirco plena oculis deſcribuntur: quia ſanctoꝝ actio ab omī parte circūſpecta eſt: bona deſiderabiliter prouidēs: mala ſolerter cauēs. Et hoc eſt laborioſius: vbi als quia ſanctoꝝ mens vehemēter inuigilat: ne ſe ante eoꝝ oculos mala ſub bonoꝝ ſpecie abſcondāt. Circūſpecta ergo eſt vita ſanctoꝝ: ne ſic ſit libera vt ſuperba ſit: quia ſepe ſuperbia excedit in verbis et videri appetit libertas puritatis. Ne ſic ſit humilis vt formidoloſa quia timor aliquando reſtringit animū vt loqui que recta ſunt nō preſumat. Sed tamen in ipa timida cogitatione humilitatem eſſe ſe ſimulat. Ne ſic ſit parca: vt tenax ſit: quia plerumq tenacia parſimonia appetit eſtimari: vt iuſte ac neceſſarie videatur tenere: quicquid egenti proximo miſericorditer non vult impendere. Nec ſic ſit miſericors vt effuſa ſit: quia nō nunquā effuſio eſſe ſe miſcdiā putat. Aliud eſt enim pietatis ſtudio neceſſaria proximis dare: atq aliud ea que poſſident ſine mercedis intentiōe diſpergere. Quicquid ergo agitur in radice intentiōis pēſandum eſt: quo merito apud iudicium creatoris habeatur. Unde et iſdem creator dicit. Si oculus tuus ſimplex fuerit: totum corpus tuum lucidum erit. Matthi. 6. Oculum videlicet intentionē: corpus vero actionem nominans. Quia ſi noſtra intentio apud deum ſimplex fuerit: in eius iudicia noſtra actio tenebroſa non erit. Igitur: quia ſancti viri ſollerter inuigilant: vt ſe vndiq aſpiciant: et vbiq cuſtodiant: ne aut mala propter ipa appetant: aut hec eadem ſub ſpecie bonorum agant: ſcilicet ne ſe eis vicia virtutes eſſe mentiantur: totum corpus plenum in circuitu oculis habent: quia omnis eorum actio prouidentia ſollicitudinis et repletur et circumdatur. Hinc enim qđ paulus apoſtolus dum cuidam penitenti de perpetrato facinore corinthios proſpiceret voluiſſe, miſereri ait: Si cui aliquid donaſtis et ego: nā et ego quod donaui propter vos in perſona xpi: vt nō circūueniamur a ſathana. Non enī ignoramus cogitatiōes eius. 2. Corinth. 2. Si enim parcendum erat: cur ſe humilitate tanta voluntati diſcipulorum magiſter egregius ſociat: vt neq ipe a diſcipulis: neq ab eo diſcipuli in compaſſionis cauſa diuiſi viderentur: Niſi quia ſollicito prouidentie oculo attendit: quod plerumq dum alter donat: alter iraſcitur. Et quale eſt iam miſericordie ſacrificium quod cum diſcordia proximi offertur. Unde recte ait. Ut non circūueniamur a ſathana. Non enī igno-

Superbia ſepe excedit in verbis et videri appetit libertas puritatis

ramus cogitatiões eius. Quia videlicet inde in alterius corde rixe malũ ſolet im- mittere: vnde alterũ conſpicit pietatis ne gociũ feciſſe. Imperfectũ enim bonũ eſt qḋ ſic agit: vt ne quid ei ex alio latere ma le ſurrepat nõ attendat: niſi forte hoc qḋ ſine cuiuſpiã ſcandalo fieri nõ poteſt cul- pa ſit nõ feciſſe. Hoc vero ideo dicim⁹: vt notũ veſtre dilectõi faciamus: quia in no ſtro bono opere aliquãdo cauendũ eſt ſcã dalũ proximi: aliquãdo vero ꝓ nihilo cõ- tempnendũ. Nã in ipo noſtro auctore di dicim⁹: q̃ dũ tributũ petro inquiſito pete- ret ꝑus paradigma ꝓpoſuit: per qḋ ſe ni- hil debere reſpõdit dicens: Reges terre a quibus accipiũt tributũ vel cenſum a fi lijs ſuis an ab alienis. Math. 17. Cui cũ diceret ab alienis: ilico reſpõdit. Ergo li beri ſunt filij. Sed poſtq̃ ſe liberum eſſe monſtrauit: ne fortaſſe ſcandalũ cuiq̃ fa- ceret ſubdit. Ut autẽ nõ ſcandalizemus eos vade ad mare ⁊ mitte hamũ ⁊ eũ pi- ſcem qui primus aſcẽderit: tolle: ⁊ aperto ore eius inuenies ſtaterẽ: illũ ſumens da illũ eis pro me ⁊ te. Qui rurſum cũ dice- ret: Quia om̃e quod in os intrat nõ coin quinat hominẽ. Tunc accedẽtes diſcipu li dixerunt ei: Scis: quia phariſei audito verbo ſcãdalizati ſunt? At ille reſpõdens ait: Om̃is plantatio quã nõ plantauit pa ter meus celeſtis eradicabit: ſinite illos: ceci ſunt: ⁊ duces cecoꝝ. Math. 15. Ecce magiſtra veritas ne in quorundã cordib⁹ ſcandalũ gigneret: quod nõ debuit tribu tũ dedit. Et rurſum: quia generari ſcãda lũ in quorundã cordibus cõtra veritatem vidit in ſuo eos ſcãdalo remanere permi- ſit. Ex qua re nobis cõſiderandũ eſt: quia inquantũ ſine peccato poſſum⁹: vitare ꝓ ximoꝝ ſcandalũ debemus. Si autẽ de ve ritate ſcandalũ ſumit: vtilius permittitur naſci ſcandalũ q̃ veritas relinquat. Cor- pora ergo animaliũ plena ſunt oculis: cũ ſe hincinde caute circũſpiciũt. Sed ſcien dũ nobis eſt: quia ſepe dũ alios reprobos aľs alijs rebus intendimus: fit vt alia ne gligamus. Et vbi negligimus: ibi ꝑcul- dubio oculũ non habemus. Nam phari- ſeus ille qui aſcenderat in templũ orare: teſtante euãgelio: qḋ dixit cognouimus. Ait eñ: deus gratias tibi ago. Luc. 18. Recte aũt gr̃as deo agebat: a quo accepe rat bona que fecerat. Qui etiã ſubiũgit. Quia nõ ſum ſicut ceteri hominũ rapto- res: iniuſti: adulteri: velut etiã hic publi- canus: ieiuno bis in ſabbato: decimas do omniũ que poſſideo. Ecce ad exhibendã abſtinentiã: ad impendendã miſericordiã ad referẽdas deo gratias oculũ phariſe⁹ habuerat: ſed ad hũilitatis cuſtodiã ocu- lum nõ habebat. Et quid ꝓdeſt quod cõ- tra hoſtiũ inſidias pene tota ciuitas cau- te cuſtodit: ſi vnũ foramen apertũ relin- quat vnde ab hoſtibus intret? Quid er- go prodeſt cuſtodia que pene vbiq; circũ- ponit: quãdo inimicis tota ciuitas per ne glectũ locutiõis aľs loci vnius aperitur. Phariſeus autẽ qui ieiuniũ exhibuit: de cimas dedit: deo gratias retulit: quaſi pe ne per circuitũ in ſue ciuitatis cuſtodiam vigilauit. Sed quia vnũ in ſe foramẽ ſu- perbie nõ attendit: ibi hoſtẽ pertulit: vbi per negligentiã oculum clauſit. Quia er go ſanctoꝝ mẽtes vndiq; ſe circũſpicien- tes inuigilãt: atq; in om̃i ſuo opere pauo ris ⁊ ſollicitudinis oculũ circũducunt: ne aut praua agãt: aut recta que p̄cepta ſunt nõ agant: aut bonis actib⁹ expletis in ſu- is cogitatiõibus intumeſcãt: ⁊ tanto gra uius offendãt: quãtoq; iuſti vident foris ⁊ occultius peccãt. Recte dicit.

[Totum corpus eorũ plenũ oculis in circuitu.]

Sciendũ quoq; q̃ in tranſlatiõe veteri non habet. Totũ corpus eoꝝ plenũ ocu- lis in circuitu: ſed dicit:

[Dorſa eorum plena oculis.]

Que videlicet ſentẽtia ab edificatiõis intellectu non diſcrepat. Ea eñ que ſunt in facie: ſepe etiã peccatores homĩes cu- ſtodire ſolẽt. Iuſti autẽ viri: q̃ ſe ⁊ in eis cuſtodiũt que in promptu ⁊ in facie nõ vi dent in dorſis oculos habere referuntur.

Qui ergo ⁊ ea que in occultis ſunt diſcu
tiũt: atq; ⁊ ab ipſis ſe cuſtodiũt: que latẽt
profecto oculos in dorſis habẽt. Quod
tamẽ intelligi ⁊ aliter poteſt. Quia ea q̃
ſunt ante faciẽ noſtrã videmus: dorſa au
tẽ noſtra alius in nobis videt: ⁊ nos vide
re nõ poſſumus. Quia autẽ ſancti viri ſol
lerter ſe aſpiciũt: in quibus ab alijs iudi=
cari poſſunt: ⁊ diſtricte ſe vidẽt: ſicut ſepe
diſtricte ab alijs vident: qui in ſe: nec ea
que latere portãt ignorant: lumẽ in dor=
ſo portant. Sequit.

¶ B Cumq; ambularent anima/lia ambulabãt pariter ⁊ rote iu/xta ea. Et cum eleuarentur ani/malia de terra: eleuabant ſimul ⁊ rote.]

¶ Ambulant aĩalia cũ ſancti viri in ſcri=
ptura ſacra intelligũt: quẽadmodũ mora
liter viuãt. Eleuant vero a terra aĩalia:
cũ ſancti viri ſe in cõtemplatione ſuſpen=
dunt. Et quia vnuſquiſq; ſanctoꝝ quãto
ipſe in ſcriptura ſacra ꝓfecerit: tãto hec ea
dem ſcriptura ſacra ꝓficit apud ipſm̃. Re
cte dicit. Cum ambularẽt animalia am=
bulabãt pariter ⁊ rote: ⁊ cũ eleuarent ani
malia de terra: eleuabant ſimul ⁊ rote.
Quia diuina eloquia cũ legente creſcũt.
Nã tanto illa quiſq; altius intelligit: quã
to in eis altius intẽdit. Unde nec eleuan
tur rote ſi non eleuant aĩalia. Quia niſi
legentiũ mentes ad alta ꝓfecerint: diui=
na dicta velut in imis nõ intellecta iacẽt.
Cum eñi legenti cuilibet ſermo ſcripture
ſacre (ſi tepidus videat ſenſus diuini elo
quij) eius mentẽ non excitat. ⁊ in cogita=
tiõe ſua nullo intellectus lumĩe emicat:
rota ⁊ ocioſa ⁊ in terra eſt: quia aĩal non
eleuat a terra. Ac vero ſi aĩal ambulet:
ideſt bene viuẽdi ordinẽ querat: ⁊ ꝑ greſ
ſum al's ꝓgreſſum ordinis inueniat: quẽ
admodũ greſſum boni operis ponat: am
bulãt pariter ⁊ rote: q: tantũ in ſacro elo=
quio ꝓfectũ inuenis: quantũ apud illud
ipſe ꝓfeceris. Si eñi pennatũ aĩal ſeſe in
ↄtemplatiõe tẽderet: al's tẽderit: rote ꝓti
nus a t'ra ſubleuant al's ſubleuarẽt: q: t're
na nõ eſſe intelligis: que priꝰ in ſacro elo
quio iuxta terrenũ morẽ dicta credidiſti.
Fitq; vt ſcripture ſacre verba eſſe celeſtia
ſentias: ſi accenſus per cõtemplatõis grã
tiã temetipm̃ ad celeſtia ſuſpẽdas. Et mi
ra atq; ineffabilis ſacri eloquij virtus ag
noſcit: cũ ſuperno amore legẽtis animus
penetrat. Quia ergo aĩal ad alta ſe ſub
leuat: rota volat. Sequit.

¶ C Quocũq; ibat ſpiritus illuc eũte ſpiritu ⁊ rote pariter leua/bant ſequentes eum.]

¶ Quo eñi ſpiritus legẽtis tendit: illuc ⁊
diuina eloquia leuant. Quia ſi in eis al=
tũ quid videndo ⁊ ſentiẽdo queſieris: hec
eadẽ ſacra eloquia tecũ creſcũt: tecũ in al=
tioribus aſcendũt. Bene autẽ de eiſdem
rotis dicit. Sequẽtes eum. Legẽtis eñi
ſpiritus ſi quid in eis ſcire morale aut hy
ſtoricũ querit: ſenſus hũc moralis hyſto=
rie ſequit. Si quid typicũ: mox figurata
locutio agnoſcit. Si quid cõtemplatiuũ:
ſtatim rote quaſi pẽnas accipiũt: ⁊ in aere
ſuſpendunt: quia in verbis ſacri eloquij
intelligẽtia celeſtis aperit. Quocũq; er=
go ibat ſpiritꝰ: illuc eũte ſpiritu ⁊ rote pa
riter leuabant ſequẽtes eũ. Rote eñi ſpi=
ritũ ſequunt: quia verba ſacri eloquij (vt
ſepe iam dictũ eſt) iuxta ſenſum legentiũ
per intellectũ creſcũt. In vna eñi eadẽq;
ſcripture ſentẽtia alius ſola hyſtoria paſci
tur: alius typica: alius vero intelligentiã
per typũ contemplationẽ al's cõtemplati
uã querit. Et fit plerũq; (vt ſicut dictum
eſt) in vna eademq; ſententia cũcta ſimul
tria valeãt inueniri. Moyſes eñi cũ de ar
dente rubo vocatus fuiſſet: acceſſit propi
us vt videret viſũ: ⁊ ecce rubus ardebat
⁊ nõ conſumebat. Magnũ eſt hoc mira=
culũ. Si ſolã in eo hyſtoriã requiras: eſt
vnde legentis nutriat animus: vt videas
quid in ligno ignis ardeat: ⁊ nõ cõſumat
At vero ſi typicam intelligentiã queras:
quid flamma: niſi legẽ de qua ſcriptũ eſt.

In dextera eius ignea lex. Deutero. 33. At quid rubus ille: niſi iudaicū populū deſignauit: peccatoꝝ ſuoꝝ ſpinis obſitū? Sed rubus ardēs conſumi nō potuit: q2 iudaicus populus ⁊ ignē quidē legis accepit: ⁊ tamē peccatoꝝ ſuoꝝ ſpinas nō deſeruit: nec eius vicia diuini ſermonis flāma cōcremauit. Fortaſſe in hoc facto alius maiora per typū cōtemplari deſiderat huius quia ſenſus excreſcit: eleuant pariter ⁊ rote. Inter hoīes eñ perfectus homo factus eſt vnicus dei fili⁹: qui ſua peccata nō habuit: ſed ſpinas noſtre nequicie ſuſcepit: vſqꝫ ad paſſionem pro nobis humiliari dignatus eſt: ⁊ in ſemetipſo ignē tribulatiōis noſtre ſuſcipere. Sed arſit ⁊ nō arſit: quia ⁊ ex humilitate eſt mortuus: ⁊ tamē immortalis ex diuītate permanſit. Suſcepit a nobis vnde ſacrificiū fieret ꝓ nobis: ⁊ tamen impaſſibilis atqꝫ incōmutabilis permāſit in ꝓprijs vt nos cōmutaret a noſtris. Alius fortaſſe hyſtorie mortalitatē: atqꝫ per allegorie intelligentiā contemplationē requirit: patet cūctis iuxta hyſtoriā hoc qđ in lege ſcriptū eſt: vt turtur que ꝓ peccato offerꝫ: retorqueaꝫ caput eius ad pēnulas ita vt collo inhereat: ⁊ nō penitus abrumpaꝫ. Leui. 1. et. 5. In q̄bus verbis dubius legetib⁹ ſenſ⁹ hyſtoricus nō eſt: ſed ſi hec ītelligere moraliter requiras: agiꝫ rota dū ad moralē intelligentiā duciꝫ ſacri verbi ſentētia. Nos eñ ipſi in oīpotentis dei ſacrificio eſſe turtur debemus: ita vt caput noſtrū retorqueaꝫ ad pennulas: id eſt anim⁹ ad virtutes. Non eñ immerito per caput mentē intelligimus: quia ſicut caput corpus: ita mēs actiōes regit. Sed caput ad pēnulas retorqueri precipiꝫ: vt ea que dicis facias: ⁊ os ad opera iungas. Nec ita caput abſcidendū eſt: vt a corpe diuidaꝫ: ſed ex parte deciſum corpi ſuo iubeꝫ inherere. Quia videlꝫ mens noſtra a carnali delectatiōe incidenda eſt: ſed a carnis cura neceſſaria incidenda non eſt. Hinc eñ ſcriptū eſt. Carnis curā ne feceritis in deſiderijs. Rom. 13. Que ergo in deſiderijs fieri ꝓhibeꝫ: ꝓculdubio in neceſſitate cōcediꝫ. Caput ergo turturis ex parte abſciſum ſit: ⁊ ex parte inhereat: vt ſicut dictū eſt: ⁊ a voluptate carnis mens noſtra inciſa ſit: ⁊ tamē a neceſſitate nō ſit abſciſa. Quod ſi hoc ſacrificij genus ſub typica redēptoris noſtri intelligētia alius ad ꝯtemplationē requirat. Aſcēdat ergo ad fortiora animus: ⁊ eleuenꝫ aīalia vt eleuētur pariter ⁊ rote. Quis eñ caput noſtrū eſt: niſi redēptor generis humani: de quo ſcriptū eſt. Ipm dedit caput ſupra omnē eccleſiā que eſt corpus ipius. Ephes. 1. Quē cū iudei perſequerenꝫ: nomē eius delere de terra conati ſunt. Cūqꝫ euꝫ crucifixū ⁊ ſepultū viderent: hūc ſe ab amore omniū decidiſſe al's diuiſiſſe crediderunt Sed caput turturis ⁊ inciſū eſt: ⁊ tamen a ſuo corpe diuiſuꝫ nō eſt. Quia ex eo qđ ꝓ nobiſ mortē pertulit: oēs nos ſibi verius in ipa ſua morte ꝯiunxit. Et per hoc qđ ſe noſtris oculis viſibiliter ſubtraxit: noſtris ſe mentibus viſibiliter radicauit. Caput ergo turturis inciſū inheſit corpori: quia ꝓ nobis quidē redemptor noſter paſſus eſt: ſed a nobis ſeparatus per paſſionē nō eſt. Quia igiꝫ dicta ſacri eloquij cū legentiū ſpū excreſcūt: recte nūc diciꝫ:

[Quocūqꝫ ibat ſpiritus illuc eūte ſpiritu: ⁊ rote pariter leuabanꝫ ſequentes eum.]

Et ſubditur.

[Spūs eñ vite erat in rotis.

In rotis eñ ſpiritus vite eſt: q2 per ſacra eloq̄a dono ſpūs viuificamur: vt mortifera a nobis opera repellamus. Poteſt eñ intelligi: quia ſpūs vadit: cū legentis animū diuerſis modis et ordinib⁹ tangit deus: quādo hūc per verba ſacri eloquij modo in zelo excitās ad vltionem erigit: modo ad patientiā mitigat: modo in predicationē inſtruit: modo ad penītētie lamēta cōpungit. Sed curramus breuiter per hec eadē verba que diximꝰ: ⁊ videamus quō ſequūꝫ rote ſpiritū: qui vite ſpiritus diciꝫ: ⁊ rotis ineſſe perhibeꝫ. Certe

ſi legentis animũ ſpũs vite in zeli feruore tetigerit: ꝓtinus in ſacris eloquijs videt qḋ moyſes ad caſtra rediẽs: ⁊ populũ per ydola peccaſſe cognoſcẽs. Hũc per feruorẽ ſpũs gladijs ſtrauit. Exo. 33. Qḋ fineeſ perſequẽdo luxuriã irã dñi gladio placauit. Num. 25. Qḋ petrus mẽtientes ſibimet verbo pertulit ⁊ occidit. Actu. 5. Qḋ paulus negligẽtibus diſcipulis virgã minat. 1. Cor. 4. Si ſpũs vite legẽtis aĩm ad ſeruandã patientiã tangit: ſtatim ſequũt ⁊ rote. Quia in ſacris eloquijs inuenit: qḋ moyſes ⁊ aaron cũ loquẽtes recta perſecutionẽ populi paſſi ſũt: ad tabernaculũ cucurrerũt ꝓ ipo populo exorãtes quẽ fugiebãt. Num. 20. Sancta aũt eoꝝ mẽs ⁊ timorẽ ſupuenientiũ als ſupbientiũ pertulit: ⁊ tñ ↄtra eos ad odiũ nõ erupit. Patiẽtia eñ vera eſt que ⁊ ipm amat quẽ portat. Nã tolerare ſed odiſſe nõ eſt virtus mãſuetudĩs: ſed velamentũ furoris. In eiſdem q̃z eloquijs inuenit: ꝙ ſamuel de pncipatus culmĩe deiectus: oraſſe ſe etiã ꝓ deijciẽtibus ↄfitet. 1. Reg. 8 qḋ nemo ſanctoꝝ ad celeſtẽ gloriã niſi patientiã ſeruãdo peruenit. Qḋ ipſe auctor ac redemptor generis hũani ſputa: colaphos: ſpineã coronã: crucẽ: lanceã pertulit: ⁊ tñ ꝓ perſecutoribus orauit. Si vite ſpũs legentis aĩm ad ſtudiũ predicatiõis excitat: ſtatim ſecunt ⁊ rote. Quia in ſacris eloquijs inuenit moyſes iubẽte dño cõtra egypti regẽ in quãtis ſe predicationis als predicatiõibus libere verbis erexit. Exo. 15. Qḋ ſteffan⁹ iudeis perfidis diceret: Uos ſemp ſpiritui ſcõ reſtitiſtis. Act. 7. nec inter lapides timuit. Qḋ petrus fuſtibus ceſus: ne in nõie ieſu loqueret cũ magna libertate reſpõdit. Oportet obedire deo magis q̃ hominibus. Actu. 5. Qḋ paulus cathenaꝝ vinculis ſtringit: ſʒ tñ verbũ dei nõ ẽ alligatũ. Phil. 1. Si vite ſpũs ad penitẽtie lamẽta compungit: ſecunt ꝓtinus rote: cũ ſcripture ſacre verba dauid penitẽtia ꝓferũt: qḋ rex rephenſus a ꝓpheta: q2 ſubiectus celeſti regi nõ fuit: ſubiecto increpãti nõ erubuit cõfiteri qḋ fecit. 2. Regũ. 12. Qḋ publicanus qui reatũ ſue nequicie cognouit: ⁊ ſi iniuſtus ad templũ venit: iuſtificatus a tẽplo redijt. Luce. 18. Qḋ petrus negatiõis maclas lachrymis lauit. Math. 26. Qḋ latro qui in cruce cognouit culpã: in ipſa iã morte inuenit veniã. Luc. 23. De quibus adhuc rotis eadem ꝓpheta replicat atq3 ſubiungit.

Cum eũtibus ibant: ⁊ cũ ſtantib⁹ ſtabãt: ⁊ cũ eleuatis a terra pariter eleuabant ⁊ rote ſequẽtes ea: q2 ſpũs vite erat in rotis.

Hec ſicut noſtis frẽs chariſſimi ex maxia parte iã dicta ſũt: ſed iterata deſcriptiõe narrant. Nec nos itaq3 pigeat eadẽ breuiter exponẽdo repetere: que ſpũs per prophetam dignatus eſt replicãdo narrare. Hoc eñ ſolũ in hiſ verbis nouũ addit als dicit: qḋ dictũ eſt. Cũ ſtantibus ſtabant. Sunt aũt quidã qui vſq3 ad hoc ꝓficiũt: vt trena que accipiũt: bene diſpẽſare nouerit: miſericordie opibus intendãt: oppreſſis ſubueniãt. Hi videlʒ vadũt: in eo qḋ ſe ad ꝓximi vtilitatẽ tendũt. Cuʒ his ergo rote gradiũt: q2 ſacra eloquia dictorũ ſuoꝝ paſſus in eius itinere diſponunt. Et ſunt alij qui fidẽ quã acceperũt: ita ad tenendũ fortes ſunt: vt aduerſis quibuſq3 reſiſtere valeãt: ⁊ non ſolũ minime ad peruerſitatẽ trahũt perfidie: ſed etiã perverſa loquẽtes ĩpugnẽt: eoſq3 ad rectitudinẽ pertrahãt. Cum iſtis ſtantib⁹ ſtant etiã rote: q2 in eis rectitudinẽ ſuam ſacri eloquij verba cõfirmãt: cũ in eis audiũt. State ⁊ tenete traditões quas didiciſtis 2. Theſ. 2. Et rurſũ. Aduerſari⁹ veſter dyabolus tanq̃ leo rugiens circuit: querens quẽ deuoret: cui reſiſtite fortes in fide. 1. Petri. 5. Et ſunt alij qui oĩa terrena deſpiciũt: nulla que ptereũt poſſidere dignant: ⁊ in dei ſe vt predictũ eſt ↄtẽplatiõe ſuſpendũt. Cũ his ergo eleuatis ⁊ rote pariter leuant: q2 inquantũ quiſq3 ad alta ꝓfecerit: in tantũ ei ⁊ ſacra eloq̃a de altioribus locũtur. Vadunt ergo ani

malia ad vtilitatē proximi: ſtant ad cuſtodiam ſui: eleuant ad contemplationē dei. Sed et rote pariter vadūt: ſtant: et eleuantur: quia queſita ſacra lectio talis inuenitur qualis et ſit ipſe a quo queritur. Ad actiuam enim vitam profeciſti ambulat tecū. Ad immobilitatē atq; conſtantiā ſpiritus profeciſti: ſtat tecū. Ad contemplatiuā vitā per dei gratiam perueniſti volat tecum. Et rurſum ſubditur.

Quia ſpūs vite erat in rotis.

Quid iccirco ſecūdo dicitur vite ſpiritus in rotis eſſe: quia ſcripture ſacre duo ſunt teſtamenta: que vtraq; dei ſpiritus ſcribi voluit: vt nos ab anime morte liberaret. Uel certe: quia duo ſunt pcepta charitatis: dilectio videlicet dei: et dilectio proximi: per que vtraq; nos ſacre ſcripture dicta viuificāt. Secūdo ergo dicitur: qđ ſpiritus vite erat in rotis: quia dilectionē dei et pximi capimus in eloquijs diuis. Per precepta enim ſcripture ſacre reuiuiſcim⁹: qui mortui in culpa iacebamus. Unde omnipotenti dño per pſalmiſtā dicitur: In eternū non obliuiſcar iuſtificatiões tuas: quia in ipſis viuificaſti me. ps. 118. Iuſtificationes enim precepta dñi dicuntur: in quib⁹ nos corrigēdo iuſtificat. De quibus pſalmiſta apertius dicit: In tuis iuſtificatiõibus meditabor: nõ obliuiſcar ſermões tuos. In eis itaq; nos viuificat: quia p hec nobis ſpiritalē vitā demonſtrat: eaq; alias eamq; per afflatū ſpiritus noſtris mentibus infundit. Quid quia quottidie per donū gratie in electorum mentibus agitur: ſpiritus vite erat in rotis. Hec nobis ſcriptura in tenebris vite pſentis facta eſt lumē itineris. Hinc etenim petrus ait: Cui bene facitis intēdentes quaſi lucerne lucēti in caliginoſo loco. 1. Petri. 2. Hinc pſalmiſta dicit: Lucerna pedib⁹ meis verbū tuum domine: et lumē ſemitis meis. ps. 118. Scimus tamē quia et ipſa nobis noſtra lucerna obſcura eſt: niſi hāc noſtris mentibus veritas illuſtret. Unde iterū pſalmiſta ait: Quoniā tu illuminas lucernā meam: dñe deus meus illumina tenebras meas. ps. 17. Quid enim lucerna ardēs: niſi lumen eſt? ſed lumen rectū alias creatū nobis nõ lucet: niſi illuminetur a lumine non creato. Quia ergo omnipotēs deus ad ſalutē noſtrā ſanctorum teſtamentorum dicta: et ipſe creauit: et ipſe apperuit: ſpūs vite erat in rotis. Sequitur.

Et ſimilitudo ſup capita animaliū firmamenti: quaſi aſpect⁹ criſtalli horribilis extēti: ſuper capita eorum deſuper.

Hec largiente dño duobus modis expoſuimus: vt lectoris iudicio quid eligendū cenſeat: relinquam⁹. Poſſunt enim firmamenti nomine celeſtes poteſtates intelligi qđ firmamentū recte: quaſi aſpectus criſtalli dicitur: quia videlicet criſtallus forte quidē nimis eſt: ſed ex aqua ſolidatur. Et natura angelica quādo creata eſt liberum arbitriū accepit: vtrū vellet in humilitate perſiſtere: et in omnipotentis dei cõſpectu permanere. An ad ſuperbiam labere: et a beatitudine cadere: per ſimilitudinē aqua fuit. Sed quia cadētibus alijs ſancti angeli in ſua btitudine perſtiterūt: atq; hoc acceperūt in munere: vt iā cadere nõ omnino nõ poſſent: in eis natura ſua quia iā duci alias deijci mutabiliter nõ poteſt: quaſi in magnitudine criſtalli durata eſt. Quod criſtallū horribile et extenſum ſuper capita animaliū dicitur: quia ille poteſtates angelice que omnipotētis dei cõſpectui aſſiſtūt: nobis adhuc in hac corruptiõe poſitis: terribiles atq; pauēde ſunt: quarū nūc gaudia quia ſenſum noſtrarum mentiū excedūt: ſuper capita animaliū eſſe memorantur. Quis enim in carne corruptibili poſitus cõprehēdere valeat: que ſit illa angelorum ineffabilis: et ſine fine leticia? que beatitudo ſine defectu vultum videre creatoris: atq; in eius delectatiõe ſine immutatiõe perſiſtere. Poteſt autē firmamenti nomine ipſe per figurā noſter redēptor intelligi: ver⁹ deus ſuper omnia: et factus inter omnia homo perfectus: in quo natura noſtra apud patrē cõfirmata eſt. De quo etiā per pſal-

miſtā prophetando dicit: Fiat manꝰ tua ſuper virū dextere tue: et ſuper filiū homi nis quē cōfirmaſti tibi. ps. 79. Humana etenim natura priuſq̄ a creatore omniū ſuſciperet: terra erat. Nam firmamentū nō erat. Peccatori quippe homini dictū eſt. Terra es et in terrā ibis. Gen. 3. Et poſt q̄ aſſumpta eſt ab auctore omniū: atq̄ in celis ſubleuata: et ſuper āgelos ducta: firmamentū facta eſt que terra fuit. Sed firmamentū qđ aſpicit cuius habeat ſimilitudinē ſubinfert cū dicit: Quaſi aſpectꝰ criſtalli horribilis. Criſtallū ſicut dictum eſt ex aqua cōgelaſcit et robuſtū fit: ſcimꝰ vero quanta ſit aque mobilitas. Corpus autē redēptoris noſtri: quia vſq̄ ad mortē paſſioni ſubiacuit: aque ſimile iuxta aliquid fuit: quia naſcēdo: creſcēdo: laſſeſcēdo: eſuriendo: ſitiendo: moriēdo vſq̄ ad paſſionē ſuā per momenta tempoꝝ mobiliter decurrit. Quiꝰ curſum ꝓpheta intuens ait: Exultauit vt gigas ad currendā viam. ps. 18. Sed quia per reſurrectiōis ſue gloriā ex ipa ſua corruptōe in incorruptiōis virtute cōualuit: quaſi criſtalli more ex aqua durrit: vt in illo et hec eadē natura eſſet: et ipa iam que fuerat corruptionis mutabilitas nō eſſet Aqua ergo in criſtallū verſa eſt: quādo corruptiōis eius infirmitas per reſurrectionē ſuā ad incorruptōis eſt firmitatē mutata. Sed notandū qđ hoc criſtallū horribile: id eſt pauendū dicit. Quis autē neſciat cuiꝰ pulchritudinis ſit criſtallū? Et mirū quomō in hoc criſtallo cōueniat pulchritudo cū pauore Sed omnibus vera ſciētibus cōſtat: quia redemptor hūani generis cū iudex apparuerit: et ſpecioſus iuſtis: et terribilis erit iniuſtis: quē eni manſuetū aſpiciūt electi: hūc eundē pauendū atq̄ terribilē conſpiciūt reprobi. Sed hūc ideo tūc electi terribilē non videbūt: quia modo terrorē illius cōſiderare nō ceſſant. Studioſe em̄ cōſiderant: q̄ terribilis ad iudiciuꝫ veniat: culpas anteactas deflēt: imminētes declinant. Pauorē illius quottidie ante oculos mentis ponūt; et quādo tremēdus appareat: ſine ceſſatiōe ſuſpecti ſunt: atq̄ quotidie timendo agūt: nequādo venerit pertimeſcāt. Similitudo ergo ſuper capita animaliū firmamēti: quaſi aſpectꝰ criſtalli horribilis. Et quia ipe pauor eius quē in ſuis cogitatiōibus tenent: eoꝝ mentes ꝓtegit. Recte ſubiungit. Extenti ſuper capita eoꝝ deſuper. Firmamentū hoc qđ in ſimilitudine criſtalli ſuper capita eorū anialiū apparet: et horribile et extentū eſt: quia bonoꝝ mentes vnde terret inde protegit. Si em̄ pauendus in eoꝝ cordibus nō eſſet: ꝓtector et modo a peccatis: et poſt a ſupplicijs nō fuiſſet. Quia autē ſemper conſiderāt quis pauor ex iudicio īmineat virtutū pennas in rectitudine cōſeruant. Unde et apte mox ſubdit.

Sub firmamento autē pēne eoꝝ recte alterius ad alterū.

Tūc penne virtutū ſub firmamēto recte ſūt: qn̄ bonū quod alter habet: hoc alteri impendit: vt qui terrenā ſubſtantiā accepit: indigentis ꝓximi inopiam ſubleuet. Qui doctrine gratia plenus eſt: ignorātis ꝓximi tenebras verbo ſue predicatiōnis illuſtret. Qui tēpali poteſtate ſubnixus eſt: oppreſſos a violentis releuet. Qui ꝓphecie ſpiritu plenus eſt: a vita ꝓximi mala imminētia bona ſuadendo declinet. Qui gratiā creatiōis accepit: interceſſiōe ſua ſaluti infirmantiū pie et humiliter impēdat. Qui a terrenis actibus libere ſoli deo vacare meruit: ꝓ delinquētibus ꝓximis exoret. Fit aūt ſepe: vt qui terrena ſūbſtātia nimis occupat et oratiōi nō quantū debet inuigilet. Et fit plerūq̄ vt is qui exorandū dn̄m cūctis mūdi oneribus exutus vacat: ſuſtentationē viuendi nō habeat. Sed dū diues porrigit alimentū atq̄ veſtimentū pauperi: et dū pauper oratione ſuā anime diuitis impendit: penne animaliū recte alterius ad alteruꝫ tendūt. Nam dū ille mihi verbū predicatiōis exhibet: et lumen veritatis ex corde meo ignorātie tenebras expellit: dūq̄ illi ego quia fortaſſe a mūdi huius potēte op

primit ſolatiū mee defenſionis impartior atq hūc de violentis manibus euello: viciſſim nobis pēnas noſtras tēdimus: vt nos affectu et ope vicaria ex bono qđ accepimus tangamus. Unde bene pmus paſtor ammonet dicēs: Omniū finis appropinquabit: eſtote itaq prudētes: et vigilate in oratiōibus. Ante oīa autē mutuā in vobiſmetipſis charitatē ptinuā habētes: quia charitas operit multitudinē peccatorum hoſpitales inuicē ſine murmuratiōibus vnuſquiſq ſicut accepit gratiā in alterutrū illam adminiſtrātes. i. Petri. 4. Quod ergo apud ezechielē penna: hoc apud petrū aplm accepta gratia dicit. Et qđ ille ait: Recte pēne alterius ad alterutrū: hoc eccleſie paſtor dicit: Unuſquiſq ſicut accepit gratiā in alterutrū illā adminiſtrātes. Penne eni noſtre recte iā non ſunt: ſi ad vtilitatē noſtrā ſolūmodo reflectunt. Sed tūc recte fiunt: cū in vtilitatē primi dirigimus qđ habem⁹. Quia eni bona noſtra nō a nobis ſūt: ſed ab eo hec accepimus: a quo factū eſt vt eſſemus tāto ea nobis nō debemus retinere priuata quāto ea nobis pſpicimus ab auctore noſtro ad cōmunē vtilitatē data. Unde recte petrus aplus in exhortatiōe hui⁹ rei ſubdit dicēs: Sicut boni diſpenſatores multiformis gratie dei. Atq adhuc dicitur: Si quis loquit quaſi ſermones dei: ſi quis miſtrat tanq ex virtute quā adminiſtrat deus. i. Petri. 4. Ac ſi aperte dicat: Humiliter impēdite bonū proximis: qr ſcitis vobis non a vobis eſſe qđ habetis. Quglibet eni penna virtutis cū ad proximū impartiendo tendit: recta nō erit ſi humilitate caruerit. Sequit

Et Unumquodq duabus alis velabat corpus ſuū: et alterū ſimiliter velabatur.

Quia per corpus actio: per alas vero virtutes ſignantur: ſupra iam diximus. Et cum dicat:

Sub firmamento autem penne eorum recte alterius ad alterū.

Querendū eſt qualiter ſubdit. Unumquodq duabus alis velabat corpus ſuū. Qua in re hoc patēter indicat: quia et pēnas alias ad alterū tendebant: et tamen duabus alis corpus proprium velabāt. Quid eſt hoc: niſi quia ſic debemus virtutes quas accepimus alijs impendere: vt et ea in quib⁹ peccauimus: nō deſinamus caute cogitare: et reatū noſtrū quottidie per timorē et penitentiā plangere Duas eni alas ſuperius quibus corpus velatur: timorē et penitentiā diximus. Sic ergo in charitate creſcamus: et pēnas tendamus in pxlos: vt nunq deſinam⁹ cogitare et plangere noſmetipſos. Penne tēdant iuxta: penne cooperiāt corpora: vt et de bonis actibus prebeamus exēpla: et mala que egimus abſcondāt a iudicio timor et penitētia. In tranſlatiōe autē veteri de his alis dicitur:

Singulis due coniūcte et tegentes corpora eorum.

In quibus verbis intelligit: quia et ipe erant pēne que iungebant alterius ad alterū: et ipe que eorum corpora cooperiebant. Quod per figuras bene accipit: quia ille nos virtutes apud omipotentē deum protegūt: quas ex charitate proximis impartimur atq coniūgimus. Cum quibus dū cōcorditer viuim⁹: mala que fecimus velamus. Poſſunt ergo etiā per has alas duo pcepta charitatis intelligi: Amor ſcilicet dei et proximi. Amando eni deū noſtra in nobis mala perſequimur: ideſt corpus velamus. Diligēdo autem proximū et ei in quo prodeſſe poſſumus feſtinam⁹: ideſt alas ad alterū tendimus. Hec autē quod ſubdit. Et alterū ſimiliter velabat: in tranſlatiōe veteri non habet. Et queri poteſt: cur poſtq dictuz eſt. Unūquodq duabus alis velabat corpus ſuū. Subiūgitur. Et alterū ſimiliter velabat. Tranſlatione autē ſeptuaginta interpretū: aquile et theodotiōis et ſymmachi ſollicite perſcrutātes: nihil ex his verbis inuenim⁹.

Sed beati hieronymi ſcripturā legentes
agnouim⁹: quia hāc ſententiā in hebrea
veritate ita poſitā: non quidē iuxta verbū
ſed iuxta ſenſum inuenerit. Queri etem̄
poteſt cur poſtꝙ̄ dictum eſt. Unūquodꝗ
velabat corpus ſuū. Statim ſubditur. Et
alterū ſimiliter velabat. Si enim diceret
vnū ex altero: ⁊ alterū loquendi ratio ſta-
ret. Poſtꝙ̄ vero dictū eſt. Unūquodꝗ.
Cur addit: alterū cum in vnoquoꝗ om-
nes cōprehendunt? Sed ſi ⁊ perfectorū
vitā ⁊ proficientiū merita diſtinguimus:
⁊ vnūquodꝗ ⁊ alterū non irratiōabiliter
poſitū videmus. Qui em̄ ⁊ ſua deflent: ⁊
virtutū pennas ad proximos in exemplū
tendūt: ꝓculdubio perfecti ſunt. Sūt au-
tē pleriꝗ paruulorꝝ: qui eorꝝ lachrymas
conſpiciūt ⁊ imitant: ⁊ q̄ nudi in ſuis pra
uitatibus eſſe potuiſſent: ſanctos vigilā-
tioreſꝗ viros cōſiderant: mox ſuis praui-
tatibus irati accendunt: vt plangant ⁊ in
flammāt ad penitentiā: atꝗ vt velare ſan
ctos corpora ſua conſpiciūt: ita ipſi quoꝗ
lachrymarū ſuarum alis velant. Seipos
em̄ magnis increpatiōibus feriūt: cur qui
virtutes nō habēt peccata ſua minime de
plorant; ſi ⁊ illi adhuc plangere nō deſi-
ſtūt: qui iam virtutū pennas per exempla
ad ꝓximos tendūt. In quibus verbis ne-
ceſſe eſt vt nos qui paruuli adhuc ſumus
perfectorꝝ ſemꝑ ⁊ virtutes ⁊ lachrymas
ante mētis noſtre oculos ponam⁹: imite-
mur que in illis aſpicimus: vt dū ceperi-
mus per incremēta creſcere: poſſimus ab
illo diſtricto examine mala que fecimus:
velare. In aſſiduis em̄ fletibus in quotti
diana noſtra penitentia: habemus ſacer-
dotē in celis qui interpellat pro nobis.
De quo etiā per Johannē dicit. Siquis
peccauerit: aduocatū habemus apud pa-
trem ieſum xp̄m iuſtum: ⁊ ipſe eſt ꝓpicia-
tio pro peccatis noſtris. 1. Johis. 2. Ecce
exultat animus cū aduocati noſtri poten-
tiā audimus. Sed exultationē noſtrā ite
rū remordet timor: quia ipſe qui nobis ad
uocatus eſt: dicit iuſtus. Nos em̄ cauſas
iniuſticie habemus: iuſtus vero aduoca-
tus iniuſtas cauſas nullomodo ſuſcipit:
nec verba dare pro iniuſticia conſentit.
Quid ergo agim⁹ chariſſimi fratres mei
Sed ecce occurrit animo quid agamus.
Mala que fecimus: ⁊ deſeramus ⁊ accu-
ſemus. Scriptū eſt. Juſtus in principio
accuſator eſt ſui. Prouerb. 18. Quilibet
etem̄ peccator cōuerſus in fletibus iaꝫ iu-
ſtus eſſe incohat: cū ceperit accuſare qđ
fecit. Cum em̄ iuſtus nō ſit: qui cōtra ſu-
am iniuſticiam iam per lachrymas ſeuit.
Juſtus igit aduocatus noſter: iuſtos nos
defēdit in iudicio: quia noſmetipſos ⁊ co-
gnoſcimus: ⁊ accuſam⁹ iniuſtos. Non er
go in fletibus nō in actib⁹ noſtris: ſed in
aduocati noſtri allegatiōe confidamus: q̄
viuit ⁊ regnat cum patre in vnitate ſpiri-
tuſſancti deus: per omnia ſecula ſeculo-
rum Amen.

Explicit omelia. VII.

Incipit Omelia. VIII. que interpretat in primo capitulo: ab illa parte. Et audiebā ſonū alarū ⁊c. vſꝗ ad illam partem. Et audiui vocem loquētis in principio ſecūdi capituli.

Quod per exempla iuſtorꝝ mul-
ti ꝓficiāt: ſuperioris locutiōis
fine tractatū eſt. Atꝗ hocipſm
ꝓpheta nobis tertius aperit:
cū his que dixerat adiungit.

A Et audiebā ſonū alarū qua-
ſi ſonū aquarū multarū.

Solent in ſacro eloquio per aquas po-
puli deſignari. Unde per Johannē dici
tur: Aque vero ſunt populi. Idcirco autē
aquis popul⁹ deſignat: qꝛ ⁊ in vita ſonū
habet ex tumultu carnis ⁊ q̄ttidie defluit
ex decurſu mortalitatis. Ut aūt ſepe iā di
ximus; ale animaliū ſūt virtutes ſanctorꝝ
Quid eſt ergo quod propheta alarꝝ ſonū
audit: quaſi ſonū aquarum multarū: niſi
quod ex omnipotentis dei pietate ille ale

virtutū que in paucis prius ſanctis ſonabāt: iam nūc predicatiōe diffuſa: in multorū populo⁊ conuerſatiōe reſonāt. In carnato enī paſſo ac reſurgente dño: pauca pennata animalia fuerūt: quia rari valde extiterūt qui celeſtia deſiderarēt: ⁊ virtutū pēnis ſe in alta ſuſpenderēt. Sed poſt ꝙ diuinitatis eius pdicatio in mūdo diffuſa eſt: quāti iam paruuli: quāti grauiores: quāti fortes iuuenes: quāti imbeciles: quāte cōuerſe peccatrices: quāte an⁹ virgines per fidē: per ſpem: per amorē ad celeſtia euolāt. Quis dicere: quis eſtimare ſufficiat? Ecce alarū ſonus qui prius in paucis aialibus fuit: iam nūc in populis reſonat: iam nūc in multitudie als mūdi multitudinē ad celeſte deſideriū pēne virtutū leuāt. Bene ꝗ dr: ⁊ audiebā ſonū ala⁊ quaſi ſonū aquarū multa⁊. Ut ſicut predati ſumus: ille virtutū ſonus: qui in aure dei prius ex paucis ſanctis fact⁹ eſt: poſtmodū ex aquis multis: id eſt ex innumerabilib⁹ eſt populis multiplicat⁹. De quo adhuc ſono bene addit. Quaſi ſonū ſublimis dei. Quid eſt qd alarū ſonus in ſanctis aialibus quaſi ſonus ſublimis dei dicit: niſi qd oīpotens deus ⁊ ipe implet mentes ſancto⁊ celeſti deſiderio: ⁊ ipe exaudit impletas. Ipe etenī creat in ſanctorū cordibus amorē: ⁊ ipe ex amantib⁹ cordibus ſuſcipit precē. Negationē ſuā petrus fleuit amare: ſed tamē illi premittit: quia ieſus reſpexit petrū. Luce. 22. Uenit maria magdalene poſt multas maculas culpe: ad pedes redēptoris noſtri cū lachrymis. Luce. 7. Sed quis illā infudit intus: niſi qui benigne ſuſcepit foris. Quis illā ad lachrymas vrgebat per cōpunctiōis ſpiritū: niſi qui hāc exterius corā ſimulrecūbentibus recipiebat ad veniam? Redemptor igit noſter peccatricis mulieris mentē extergebat: cuꝫ de culpa compūgeret: ſuſcipiebat vt a culpa liberaret. Bene ergo iſte alarū ſonus: quaſi ſonus ſublimis dei dicit. Quia quicqd in ſancto⁊ virtutibus agit: eius eſt gratie ꝙ merita largit: qui recte per prophetā ſublimis deus eſſe memorat. Yſaie. 57. In ſcriptura etenī ſacra aliquādo deus nūcupatiue: aliquādo vero eſſentialiter dicit: Nuncupatiue enī dicit: ſicut ſcriptū eſt. Ecce cōſtitui te deū pharaonis. Exo. 12. Et ſicut moiſes ait: Siquis hoc vel illud fecerit: applicabit ad deos videlꝫ ad ſacerdotes. Exod. 22. Qui rurſū dicit: Dijs nō detrahes: id eſt ſacerdotibus. Ibidē. Et ſicut pſalmiſta ait: Deus ſtetit in ſynagoga deo⁊: in medio autē deos diſcernit. ps. 31. Eſſentialiter aūt deus dicit: ſicut ad moiſen dicit: Ego ſum deus pris tui: deus abraā: deus yſaac: deus iacob. Exodi. 3. Unde paulus aplus volens nūcupatiuū dei nomē ab eſſentiali diſcernere: de redemptore noſtro locutus eſt dicēs: Quo⁊ patres ex quibus xpus ſcdm carnē qui eſt ſuper oīa deus benedict⁹ in ſecula. Rom. 9. Qui enī nūcupatiue dicit deus inter oīa. Qui vero eſſentialiter deus ſuper oīa eſt. Ut ergo oſtenderet xpm naturaliter deū: nō hunc deū tantūmodo: ſed deū ſuper oīa eſſe memorauit. Quia ⁊ electus quiſqꝫ ſicut premiſimus: vel in exēplo iuſticie prerogādo poſitus dici deus poteſt: ſed inter oīa quoniā nūcupatiue deus. Xps autē deus eſt ſuper oīa: quia naturaliter deus. Quē ergo paulus deū ſup omnia: hūc ezechiel ꝓpheta deū ſublimē noīat. Poſtꝙ vero dictum eſt:

[Audiebā ſonum alarū quaſi ſonū aquarū multarum.]

Quia adhuc additur.

[Quaſi ſonū ſublimis dei.]

Etiā hoc intelligere poſſumus: qd futu⁊ electis oībus ſcimus. Alarum enī ſonitus ſicut diximus⁹: fuit in pdicatoribus ſanctis. Aquarū ſonitus in cōuerſis ⁊ ſequētibus populis. Sed iſdē ipſe ſonitus erit quādoqꝫ ſonus ſublimis dei. Quia multitudo que nūc ad fidē per ſanctos doctores trahit: quādoqꝫ in celeſtē patriā congregat: vt ibi oēs electi ſine fine laudēt cū viderint ſine fine quē laudent. Et quia

tūc perfecte corpus redemptoris efficitur omīs multitudo ſanctorꝫ: iuxta pauli vocem dicentis. Et ipſa creatura liberabitᷓ a ſeruitute corruptiōis in libertatē glorie filiorꝫ dei. Rom. 8. Que ita tūc inherent vt eis de corruptiōe que per reſurrectionē vincitᷓ: iā nihil in ſuo ſancto amore cōtradicat: ſed vnita glorie ſui redēptoris fiat. Recte dicitᷓ: Quaſi ſonus ſublimis dei. Notādus eſt ordo deſcribētis: quia prius ſonus ex alis animaliū: qui poſtmodū quaſi ſonus aquarū multarū: ad extremū vero: quaſi ſonus ſublimis dei dicitᷓ. Quod em̄ prius p̄dicauerūt ſancti: hoc poſtmodū crediderūt atq̧ tenuerūt cōuerſi ad fidē populi: qui ad extremū quoq̧ liberatori omniū reddent laudē in celeſtibus al's in celeſtia iā ſubleuati. Son⁹ itaq̧ aīaliū fit ſonus aquarū: ⁊ ſonus aquarū fit quaſi ſonus ſublimis dei. Quia laudē oīpotētis dn̄i quā prius in mūdo pauci: hanc poſtmodū multi clamauerūt. Et quā nūc mlti clamāt cū adhuc eis ī ſemetipis ſua corruptio repugnat: hāc in celeſti patria electi om̄es ſuo iam capiti vniti reſonabūt. Adhuc aūt ſanctorꝫ animaliū opera virtuteſq̧ deſcribunᷓ: cū ſubditᷓ.

¶ Cum ambularent quaſi ſonus erat multitudinis vt ſonus caſtrorum.]

¶ Si per ſonitū ſublimis dei: laus noſtri creatoris in celeſti patria deſignatᷓ: mirādū non eſt qđ rurſus ad ſanctorꝫ opera in hac adhuc vita viuentiū ꝓpheticus ſermo refunditᷓ. Quia ſanctuſſp̄us in corde ꝓphetarū quod ſimul oſtendit intus: nō ſimul eijcit per linguā foras. Aqua quippe ſciētie qua ꝓphetantis anim⁹ replekᷓ: in contemplationē vehemēter exuberat. Sed quia anguſtū eſt ſpiritui om̄e os hominis: ideſt foramē carnis: ad explendaꝫ illā immenſitatē que conſpicitᷓ: proferendo lingua variaᷓ. Poſt̄q̧ ergo ſonū alarꝫ quaſi ſonū ſublimis dei eſſe cōſpexit in celis: rurſus ad terras redit: ⁊ p̄nata aīalia quid hic agant loquitᷓ: vt illic ſumma mereantur dicens:

B ¶ Cum ambularent quaſi ſonus erat multitudinis vt ſonit⁹ caſtrorum.]

¶ Cum p̄dicatores ſancti mūdo predicādo ⁊ trahēdo circūeunt: aīalia ambulāt. Et q2 hi etiā q̄s colligūt ſtatī vt crediderint in laudē noſtri creatoris exſurgūt: fit ſon⁹ quaſi ſonus multitudīs. Et q2 in predicatiōe eadem bellū ꝯtra aereas poteſtates ſumūt. Recte ſubiungitᷓ. Ut ſonitus caſtrorꝫ. Cum ſanctis p̄dicatoribus fideles populi cōiunguntᷓ: ꝯtra malignos ſpiritus in ꝓcinctu fidei multitudinis caſtrorū fiunt. Et dū quottidie fideles quiq̧ celeſtibus deſiderijs replenᷓ: terrena deſpiciūt: dura ſibi ꝓ amore ſuperne patrie ꝓponūt: cōtra poteſtates aereas caſtra fiūt quia armati fide ⁊ bonis operib⁹ muniti gradiunᷓ. Quaſi em̄ quibuſdā caſtris ſpiritalis exercitus per paulū dicitᷓ: Induite vos armatura dei: vt poſſitis ſtare aduerſus īſidias dyaboli: quia nō eſt nobis colluctatio aduerſus carnē ⁊ ſanguinē: ſed aduerſus principes ⁊ poteſtates: aduerſus mūdi rectores tenebrarū: cōtra ſpiritalia nequicie in celeſtib⁹. Ephe. 6. Sanctorꝫ ergo multitudīs caſtra ſunt: que bellū cōtra poteſtates aerias ſuſceperūt. Unde ſācta ⁊ vniuerſalis eccleſia ita ſub ſpecie dilecte deſcribiᷓ vt dicaᷓ. Pulchra es amica mea ſuauis ⁊ decora ſicut hieruſalem: terribilis vt caſtrorꝫ acies ordinata. Canti. 6. Quia em̄ hieruſalē pacis viſio interpretaᷓ: cuius noīe patria celeſtis exprimitᷓ: ſancta eccleſia ſuauis ⁊ decora vt hieruſalē dicitᷓ: quia eius vita ⁊ deſideriū viſioni iam pacis intime cōparaᷓ: vt in eo qđ auctorē ſuū diligit qđ eius ſpeciē videre cōcupiſcit. De quo ſcriptū eſt. In quē deſiderāt angeli ꝓſpicere. 1. Petri. 1. p ipſa iam amoris ſui deſideria angelis ſimilis dicaᷓ. Que quantū deo amabilis efficitᷓ: tanto agitᷓ vt malignis ſpiritib⁹ terribilis fiat. Qualiter autē ſit terribilis ſub iūcta cōparatiōe oſtenditᷓ: ideſt vt caſtrorꝫ

rū acies ordinata. Canti. 6. Quid eſt qḋ ſancta eccleſia hoſtibus ſuis vt caſtrorū acies ſit timenda. Non enim a magno intellectu vacat iſta cōparatio: ⁊ iccirco eſt ſubtiliter intuēda. Scimus ⁊ cōſtat: quia caſtrox acies tūc hoſtibus terribilis oſtēdit: quādo ita fuerit cōſtipata atqꝫ denſata: vt in nullo loco interrupta videatur. Nam ſi ita diſponit: vt locus vacuus per quē hoſtis poſſit ingredi dimittat: profecto iam ſuis hoſtibus terribilis nō eſt. Et nos ergo cū contra malignos ſpiritus ſpiritalis certaminis aciē ponimus: ſummopere neceſſe eſt: vt per charitatē ſemꝑ vniti atqꝫ cōſtricti: ⁊ nunꝙ interrupti per diſcordiā inueniamur. Nā ſi quelibet bona in nobis opera fuerint: ſi charitas deſit: per malū diſcordie locus aperit in acie: vnde ad feriēdos nos valeat hoſtis intrare. Antiquus vero inimicus caſtitatē in nobis ſi ſine charitate fuerit: nō timet: qꝛ ipē nec carne premitur: vt in eius luxuria diſſoluat. Abſtinentiā nō timet: quia ipē cibo non vtit: qui neceſſitate corporis nō vrget. Diſtributionē terrenarū rerum nō timet: ſi eidē operi charitas deſit: quia diuitiarū ſubſidijs nec ipē eget. Valde autem in nobis charitatē verā: id eſt amorem humilē quē nobis viciſſim impendimus timet: ⁊ nimis cōcordie noſtre inuidet: quia hāc nos tenemus in terra: quā ipē tenere nolēs amiſit in celo. Bene enī dicit: Terribilis vt caſtrox acies ordinata: quia electox multitudinē eo maligni ſpiritus pertimeſcūt: quo eos per charitatis concordiā vnitos contra ſe ⁊ cōglobatos aſpiciūt. Quanta autē ſit concordie virtus oſtendit: cum ſine illa virtutes relique virtutes nō eſſe demonſtrant. Magna enī eſt virtus abſtinentie: ſed ſi quis ita ab alimētis abſtineat: vt ceteros in cibo dijudicet: ⁊ alimēta eadem que deus creauit ad percipiendū cum gratiarūactione fidelibus etiam dampnet al's donet: Romañ. 8. quid huic virtus abſtinentie facta eſt: niſi laqueus culpe? Unde per pſalmiſtā quoqꝫ nullam eſſe abſtinentiā ſine cōcordia deſignans ait: Laudate eū in tympano et choro. ps. 150. In tympano enim corium ſiccum reſonat. In choro autem voces cōcorditer cantant. Quid ergo per tympanum: niſi abſtinentia? Et quid per chorū: niſi charitatis concordia deſignat? Qui itaqꝫ ſic abſtinentiam tenet: vt concordiā deſerat: laudat quidem in tympano: ſed non laudat in choro. Et ſunt nonnulli qui dum pluſꝙ neceſſe eſt ſtudent: a proximorū pace reſiliunt: dum eos velut hebetes ſtultoſqꝫ contempnūt. Unde per ſe veritas admonet dicēs: Habete in vobis ſal: ⁊ pacē habete inter vos Marci. 9. Ut quiſquis habere ſal ſapientie ſtudet: curet neceſſe eſt quatenus a pace concordie nunquā recedat. Quod vero de his duabus virtutibus diximus: hoc de ceteris omnibus ſentiendum eſt. Unde terribiliter paulus admonet dicēs Pacem ſequimini al's ſectamini cum omnibus ⁊ ſanctimoniā: ſine qua nemo videbit deum. Hebreo. 12. Ut autem nil ſine concordia deo placeat: ipā per ſe veritas demonſtrat dicens: Si offers munus tuum ad altare: ⁊ ibi recordat⁹ fueris: quia frater tuus deliquit al's habet aliquid aduerſum te: relinque ibi munus tuū ante altare: ⁊ vade prius recōciliari fratri tuo ⁊ tunc veniens offeres munus tuū. Mathei. 5. Ecce a diſcordantibus accipere non vult ſacrificiū: holocauſtum ſuſcipere recuſat. Hinc ergo perpendite quantū ſit malum diſcordie: ꝓpter quod et illud abijcitur: per quod culpa laxatur. Quia vero electi ſemper in charitate coniuncti ſunt: ⁊ hec eadem eorum charitas ſonum laudis reddit auctori: malignis vero ſpiritibus: id eſt antiquis ſuis hoſtibus penam incutit timoris. Recte nunc de pennatis animalibus dicitur.

¶ Cum ambularent quaſi ſonus erat multitudinis: vt ſonꝰ caſtrorum.]

Libet autem ab exortu ſancte eccleſie ſi dei oculos vſq ad finem mundi tendere: ⁊ hec eadem caſtra quomodo ambulent: videre. Caſtra enim multitudinis appellantur exercitus cum in procinctum pergunt: aut in certo quolibet loco in itinere demorantur. Caſtris ergo via eſt preſentis ſeculi omnibus concorditer viuentibus ſanctis. Alia autem ſunt caſtra predicantiū: qui huc illucq pro colligendis animabus in ſancti operis procinctu laborant. Alia caſtra continentiū: atq ab hoc mundo recedentiū: qui contra malignorum ſpirituū bella quottidie in corde ſe preparant. Alia caſtra bonorum coniugatorum: qui viuentes in amore omnipotentis dei concorditer: ſic viciſſim ſibi carnis debitum ſoluunt: vt tamen quid deo de bonis operibus debeant: nullatenus obliuiſcantur. Sed ⁊ ſi qua (vt homines delinquūt) hec inceſſanter pijs actibus redimunt. Quia ergo diſtincti fidelium ordines: ab exortu ſancte eccleſie vſq ad finem mundi concorditer viuentes: contra poteſtates aerias dimicant: caſtra ambulant. Et fit quaſi quidam caſtrorum ſonitus: quia in eis ad laudem omnipotentis dei ⁊ virtutū gladij: ⁊ arma miraculorum ſonant. De ſanctis vero animalibus adhuc ſubditur.

¶ Cumq ſtarent dimittebantur penne eorum.

¶ Stant ſancta animalia quando ad que dei ſunt: intenta contemplatione conſiderant. Sed eorum penne deponūtur: quia dum alta dei iudicia aſpiciunt: ſue in eis virtutes viluſcunt. Quod aperte exponitur cum ſtatim ſubdit.

¶ Nam cum fieret vox ſuper firmamentum quod erat ſuper caput eorum ſtabant et ſubmittebant alas ſuas.

¶ Firmamentum ſuperius ſubintellectu duplici iudicauimus exponendum. Poſſunt enim ſicut dictum eſt: firmamenti nomine celeſtes virtutes intelligi. Et poteſt firmamenti nomine incarnatus vnigenitus per hoc quod in eū natura noſtra ad eternitatem firmata eſt deſignari. Prius ergo quid ſentiam⁹ de angelis: ⁊ poſt modum de domino angelorū loquamur. Ecce enim dicitur: Cum fieret vox ſuper firmamentū: ſtabant ⁊ ſubmittebant alas ſuas. Quo in loco hoc primū ſciendum eſt: quia non ſubmitti al's ſubmittere ab inferiori ad ſuperiora tendere: ſed a ſuperioribus ad inferiora alas deponere: debet intelligi: propter hoc quod premiſſū eſt. Cum ſtarent demittebātur penne eorum. Querendum itaq nobis eſt: que ſit vox que ſuper firmamentū fit al's ſit. Sed eandem vocem melius intelligim⁹: ſi ab imis ad ſuperiora gradientes: quaſi quibuſdam paſſibus aſcendamus. Sicut auditus corporis excitatus voce: ita ſenſus mentis excitatur intellectu qui de interioribus agitur. Vox ergo eſt in mente quaſi quidam ſonus intelligentie. Sed ſciendum eſt: quia noſtris ſenſibus: aliquādo vox carnis loquitur: aliquando vox anime: aliquando vox firmamenti: aliquando vox que ſuper firmamentū eſt. Ponamus ergo ante oculos quod quiſpiam ſit leſus a proximo: qui ex humana ratione cogitat: vt vicem leſioni reddat: malum ꝓ malo retribuat. Huic vox carnis loquitur in mente: quia cum diuina mandata precipiant: bene nos facere his qui nos oderunt: quiſquis male facere ſe odientibus cogitat: in eius animo carnis vox ſonat. Multa terrena quottidie agimus: poſt hec ad orationem redimus: accenditur ad compunctionē animus: ſed earum rerum quas egimus ymagines verſantur in mente: ⁊ intentionem compunctionis prepediunt in oratione. Et quod volentes foris agimus al's egimus hoc interius patimur inuiti. Ut quedā cogitationū fantaſmata mentem per imagines corporeas diſpergant: ne ſtricte totā in oratiōe ſe colligat. Hec quoq vox carnis eſt

Cū vero ⁊ iſta ſubiūgimus: atq; ab oculis mentis cūctas corporeas imagines effugamus ipſam in nobiſmetipſis naturam anime querētes: qualis ſit que carnē viuificare poteſt: ſed ſemetipſam ſtringere in bonis cogitatōibus ſicut deſiderat nō poteſt: inuenim⁹ quendā intellectualē ſpiritū: per creatoris potentiā viuentē: corpuſ qđ ſuſtinet viuificantē: ſed tamen obliuioni ſubditū: mutabilitati ſubiectū: quē ſepe tīor afficit: leticia extollit. Ipſe itaq; intellectus anīe vox eius eſt: quia ſonat qđ eſt. que tamen adhuc vox ſub firmamēto eſt. Sed tranſcēdentis animal alīs animā vocē de firmamēto querimus: cū illa ſanctoꝝ angeloꝝ innumera multitudo in oī potētis dñi cōſpectu qualis ſit inueſtigamus: que ſit in eis ſine fine feſtiuitas viſionis dei: que leticia ſine defectu q̄ amoris ardor nō crucians: ſed delectās: quātū in eis ſit deſideriū viſionis dei cū ſacietate: ⁊ quāta ſacietas cū deſiderio: in quibus nec deſideriū penā generat: nec ſacietas faſtidiū parit: quomō inherendo beatitudini ſint beati: quomō contemplādo ſemꝑ eternitatē ſint eterni: quomō coniūcti vero lumini facti ſint lux: quomō aſpicētes ſemper incōmutabilē: mutati ſunt in incōmutabilitatē. Sʒ cū iſta de angel' cogitamus: adhuc vox de firmamēto eſt: nō ſuper firmamentū. Tranſeat ergo animus ⁊ ab ipſis tranſcēdat omne qđ creatū eſt: in ſolo creatoris ſui lumīe fidei oculos figat: qđ vnus viuificet oīa que alīs qui creauit deus: qđ vbiq; eſt: ⁊ vbiq; totus eſt: qđ in circūſcriptus ⁊ incōprehenſibilis ſentiri poteſt: ⁊ videri non poteſt: qđ nuſq̄ deeſt: ⁊ tamen ab iniquoꝝ cogitatiōibus longe eſt: qđ nec ibi deeſt: vbi longe eſt: quia vbi nō eſt per gratiā: adeſt per vindictā: qđ omnia tangit: nec tamē oīa equaliter tāgit. Quedā eīn tangit vt ſint: nec tamē vt viuant ⁊ ſentiāt: ſicut ſunt cūcta inſenſibilia. Quedā tangit vt ſint ⁊ viuāt ⁊ ſentiāt: nec tamen vt diſcernāt: ſicut ſunt bruta aīalia. Quedā tangit: vt ſint: viuāt: ⁊ ſentiāt: ⁊ diſcernāt: ſicut eſt humana ⁊ angelica natura. Et cū ipſe nunq̄ ſibimetipſi ſit diſſimilis: diſſimiliter tamen tangit diſſimilia. Qđ vbiq; pſens eſt: ⁊ inueniri vix poteſt: qđ ſtantē ſequimur ⁊ apprehēdere nō valem⁹. Ponamus ergo ante oculos mentis: que illa natura ſit que tenet oīa: implet omnia: circūplectit omnia: ſuperexcedit oīa: ſuſtinet oīa. Nec alia ex parte ſuſtinet: atq; alia ſuperexcedit: neq; alia ex parte implet: atq; alia circūplectit: ſed circūplectēdo implet: implendo circūplectit: ſuſtinēdo ſuperexcedit: ſuperexcedēdo ſuſtinet. Cui⁹ nature potentiā cū ſtrictus in ea cogitat animus: vox ſuper firmamentū fit. Quia eius intellectū cōſpicit alīs cōcipit qui ⁊ angeloꝝ ſenſum ſua incōprehenſibilitate trāſcendit. Cum ergo vox ſuper firmamentū fit: ſtant animalia ⁊ ſubmittūt alas ſuas: quia ſanctoꝝ mētes cū creatoris ſui potentiā intenta cōtemplatiōe conſiderāt: vileſcunt eoꝝ anīo virtutes quas habēt. Et tāto fiūt apud ſe humiles: quāto eis illud altū eſt: qđ ſuper angelos ſonat. Fortaſſe eīn doctores ſunt: ſed cū ceperint tacita mēte cogitare que ſit ineffabilis dei ſapiētia: que mentes hominū ſine ſtrepitu verboꝝ docet: ⁊ quomō hec eadē ſapiētia ſi audito ꝝ mētes nō doceat vox docentiū vacue laborat: ſua eis protinus doctrina vileſcit: quia neq; qui plantat eſt aliquid: neq; q̄ rigat: ſed qui incrementū dat deus. Fortaſſe ꝓphete ſunt: ſed cū tacita mente cōſiderant: quia propheciē ſue oculo ſimul oīa diuinitatis myſteria penetrare nō poſſunt. Quoniā ſicut ait apl'us. Ex parte cognoſcimus: ⁊ ex parte ꝓphetam⁹. i. Corinth. 13. In illa immēſitate ſecretoꝝ vident: quia parū eſt omne qđ vident: atq; ex ipſa altitudine luminis cōſiderant: q̄ minus ſit illud qđ intēto oculo quaſi per rimas viderūt. Deponāt ergo alas ſuas cū vox ſuper firmamentū fit: ideſt humilient in eo qđ apprehendūt: cum ſupna conſpiciūt: que ab eis cōprehendi nō poſſunt. Sepe etiā ſanctorū cogitatiōibus ipſa que habēt bona blā

diunt: vt eoꝝ mētes in aliqua ſui fiducia
eleuent: ſed protinus ad occulta dei iudi
cia recurrūt: quomodo alij ex virtutibus
ad infernū per elationē corruūt: alij ex vi
cijs correcti: ad celū per humilitatē leuā
tur. Unde nos ad humilitatē reuocās ꝓ
pheta terribiliter al's terret ⁊ admonet di
cens: Uenite ⁊ videte opera dñi: ꝙ terri
bilis in cōſilijs ſuper filios hominū. ps.
65. Quis em̄ digne conſiderare valeat:
quātus ſuper nos terror ſit cōſilioꝝ dei:
quādo alter ex virtutibus in fine tēdit ad
vicia: alter ex vicijs in virtutibus cōclu
dit finē. Quia iuxta Salomōis vocem.
Sunt iuſti atq; ſapientes ⁊ opera eoꝝ in
manu dei: nec tamen ſcit homo vtrū amo
re: an odio dignus ſit: Eccl's. 9. ſed om
nia in futuro ſeruant incerta. Ibidē. Et
eſt vita que videt hominibus recta: ⁊ no
uiſſimū eius ducit ad mortē. Prouerb.
14. Hec itaq; occulta iudicia ⁊ profunda
cogitare: quid aliud eſt ꝙ alas deponere
id eſt de nulla iā virtute cōfidere: ſed ſub
magno timore trepidare: Siue em̄ omni
potētis dei naturā cōſiderēt: ſiue eius iu
dicia perpendāt: trepidant: pertimeſcūt.
Eis ergo quaſi alas deponere: eſt virtu
tes quas habēt humiliare. Sic abraham
alas depoſuit: qui quādo loqui cū deo ce
pit: puluerē ⁊ cinerē ſe eſſe cognouit di
cens: Loquar ad dominū meū cū ſim pul
uis ⁊ cinis. Genes. 18. Sic moyſes alas
depoſuit: qui eruditus om̄i ſcientia egy
ptioꝝ: mox vt verba dñi audiuit: verba ſe
nō habere deprehēdit dicens: Obſecro
dñe nō ſum eloquēs ab heri ⁊ nudiuſter
tius: ex quo locutus es ad ſeruū tuū impe
ditioris ⁊ tardioris lingue ſum. Exod. 4
Ac ſi aperte diceret: Poſtꝙ a te verba vi
te audio: cōfuſum me in verbis prioribus
agnoſco. Sic eſayas cui⁹ vita domio ad
predicandū placuerat: cū eundē dominū
cōtemplatus carbone de altari in ore ta
ctus eſt: ait: Ue mihi quia tacui: quia vir
pollutus labijs ego ſum. Eſaie. 6. Ecce
ad ſuperiora ſubleuatus: ſibimetipſi de la
bioꝝ pollutiōe diſplicuit: niſi em̄ celeſtis
mūdicie alta cōſpiceret: ſeſe iudicabilem
nō inueniſſet. Sic loquēte domino hiere
mias clamat: A a a dñe deus: ecce neſcio
loqui: quia puer ego ſum. Hierem. 1. Iu
xta ea enim verba que audiebat: verba ſe
nō habere cognouerat. Sic daniel ſubli
mem viſionē videns: per plurimos dies
elanguit ⁊ egrotauit. Daniel. 8. Quia ⁊
hi qui in virtutibus fortes ſunt: cū altio
ra dei conſpiciūt: in ſua ſibimet eſtimatio
ne infirmi atq; imbecilles fiūt. Sic beat⁹
Iob de quo domin⁹ amicis illius dixit:
Non eſtis locuti corā me rectū: ſicut ſer
uus meus iob. Iob. 42. Cum verba dei
colloquētis audiret: reſpōdit dicens: In
ſipienter locutus ſum: ⁊ que vltra modū
excederēt ſcientiā meam. Ibidē. Et pau
lopoſt. Idcirco ipſe me reprehendo: ⁊ ago
penitentiā in fauilla et cinere. Ibidem.
Qui em̄ quantū ad homines ſapiēter lo
cutus fuerat: loquentē ſibi deū audiens:
inſipienter ſe locutum fuiſſe reprehēdit.
Quia in cōtemplatiōe vere ſapiētie: ſua
ei ſapientia viluit. Ad vocē ergo deſuper
venientē anialia alas depoſuīt: quia vir
tutē dei ſiue in natura ſua cōtemplari re
quiramus: ſiue in occultis iudicijs inue
ſtigare cogitemus: pro eo qđ eius alta no
bis impenetrabilia ſunt: noſtra nobis ſi
qua ineſſe bona credebant vileſcunt. Et
qui inquātilacūq; ſcientia volare credeba
mus inuiſibilē ſuper nos naturā: ⁊ impe
netrabilia eius iudicia perpēdentes: ſub
miſſis alis humiliter ſtamus. Sequit.

D Et ſuper firmamentū quod erat imminēs capiti eoruz: quaſi aſpectus lapidis ſaphyri: ſimilitudo throni. Et ſuper ſimilitudinē throni: ſimilitudo quaſi aſpectus hominis deſuper.]

Quid per thronū: niſi ille virtutes an
gelice deſignant: que ipſos quoq; ange
los dignitate loci ſuperioris excedūt. Nā
cum angeli nūcij dicant: ⁊ ſepe angeli ad
annūcianda quedā hominibus veniant:

throni miſſi ad miniſteriũ nuncij nũſquã legunt̃: quia eis longe ſublimius creator omniũ preſidet. Unde paulus apoſtolus ordines celeſtiũ agminũ quos ad tertium celũ raptus viderat deſcribens ait: Siue throni: ſiue dominatiões: ſiue principatus: ſiue poteſtates: oĩa per ipſum ⁊ in ipõ creata ſunt. Coloſ. i. Thronus igit̃ ante eos angelorũ ordines dixit: quibus illos prelatos eſſe cognouit. Bene autem thronus lapidi ſaphyro comparat̃: quoniã lapis ſaphyrus aeriũ habet colorem. Uirtutes ergo celeſtiũ lapidi ſaphyro deſignant̃: quia hi ſpiritꝰ quibus deus omnipotens altius preſidet: ſuperioris loci in celeſtibus dignitatem tenent. Super thronũ vero ſimilitudo hominis: quia et ſuper illas virtutes que et ipõs angelos antecedũt: noſtri eſt gloria redemptoris. Notandũ ergo qui ordo ſeruat̃. Super animalia enĩ firmamentũ: ſuper firmamẽtum thronus: ſuper thronũ homo eſſe deſcribit̃. Quia ⁊ ſuper ſanctos homĩes adhuc in hac corruptiõe corporis viuentes angeli: ⁊ ſuper angelos ſuperiores ⁊ deo proxime angelice poteſtates. Super poteſtates vero deo proximas eleuatus eſt mediator dei ⁊ hominũ: homo xp̃s ieſus i. Tymoth. 4. Si vero vt prediximꝰ firmamẽti nomine mediator dei ⁊ hominũ pro aſſumpta humanitate debet intelligi quia ſub vnius nominis appellatiõe ſolent per prophecie ſpiritũ multa ſignari. Uox ſuper firmamentũ facta eſt: que ſuper baptiſatũ dominũ de celo ſonuit: dicens: Tu es filius meꝰ dilectus: in te cõplacui. Luce. 4. Uel ſicut per euangeliſtam aliũ dicit̃: Hic eſt filius meus dilectus: in quo mihi cõplacui. Math. 3. et 17. Queramus igit̃: quomodo hanc vocem anĩalia audiũt: ⁊ alas deponũt? Abacuc ꝓpheta requiſitus dicat: Domĩe audiui auditũ tuũ ⁊ timui: cõſideraui opera tua ⁊ expaui. Abac. 3. Quid eſt autẽ qđ pater de filio loquit̃ dicens: in quo mihi complacui. Omĩs enim qui penitẽdo corrigit aliqua que fecit: eoipõ quo penitet ſe ſibi diſplicuiſſe indicat: quia emendat quod fecit. At quia oĩpotẽs pater ſicut intelligi ab hominibꝰ poterat: hũano modo locutus eſt de peccatoribꝰ dicens Penitet me feciſſe hominẽ ſuper terrã. Gen. 6. quaſi ſibimetipſi diſplicuit in peccatoribus quos creauit. In ſolo autẽ ſibi vnigenito domĩo noſtro ieſu xp̃o complacuit: quia hũc inter homines hominẽ creaſſe eum nõ penituit: in quo peccatũ nullomodo ĩuenit. Sicut de illo per pſalmiſtã dicit̃: Jurauit dñs ⁊ non penitebit eũ: tu es ſacerdos ineternũ: ſcdm̃ ordinem melchiſedech. pſ. 109. In ſolo ergo ſibi redemptore noſtro cõplacet pater. 2 Par. i. quia in ſolo non inuenit culpã: in qua ſe reprehẽdit quaſi per penitentiã. Sancta itaqꝫ anĩalia vocẽ ſuper firmamentũ audiant ⁊ pertimeſcãt. Quia ſi ſolꝰ ſine peccato eſt in eius innocẽtia inſpiciũt: in quãtis ipſa quottidie delinquãt: que neceſſe eſt vt inceſſanter defleãt. Conſiderãt quoqꝫ quia ⁊ ipẽ auctor vite: ſine paſſiõis dolore ex hac vita nõ exijt: ⁊ ergo hec vox ſuper firmamentũ facta eſt: quia oĩpotentis patris ſententia etiã de morte ac reſurrectione vnigeniti proceſſit. Sed cũ vox ſup firmamentũ fit: ſtant animalia ⁊ ſubmittũt alas ſuas: quia ſancti quiqꝫ cũ ipm̃ quoqꝫ vnigenitũ flagellatũ in hoc mũdo conſpiciũt: deponũt ſi quid de ſuis meritis preſumũt. Nam ſi ipẽ hinc ſine flagello non exijt: qui venit ſine peccato: quomodo flagellis digni nõ erũt: qui huc cũ peccato venerũt? Ipm̃ ergo firmamentũ qđ eſt ſuper caput animaliũ: id eſt qđ tranſcendit mẽtes ſanctorũ: habet ſuper ſe vocẽ: quia redemptor noſter eã quã cum patre diſpoſuit ex diuinitate ſentẽtiã: pertulit in carne quã audientes iuſti terrent̃ ⁊ omnẽ de ſuis viribus p̃ſumptionẽ deponũt. Quibuſlibet enĩ virtutibus polleat: quid digna vita peccatorũ: ſi ⁊ eius vita ꝓ nobis flagello ſubiacuit: que ſubdita nulli peccato fuit? Sed ecce grauis queſtio nobis orit̃ cum dicit̃: Quia ſuper firmamentũ qđ erat imminẽs capiti eorũ: quaſi aſpe-

ctus lapidis ſaphyri ſimilitudo throni.]
Si eñ per firmamentū dñs: ⁊ per lapidē
ſaphyrū ⁊ ſimilitudinē throni ſumme ille
poteſtates angelice figurant: quomō ſu-
per firmamentū: ideſt ſuper dño alˢ do-
minū eſſe credēde ſunt. Cum ⁊ mox ſub-
dit. Et ſuper ſimilitudinē throni ſimilitu
do quaſi aſpectus hoīs deſuper. Nam
ſi ita vt dictū eſt firmamentū exprimit do
minus: ⁊ rurſus homo accipit dominus
qua ratiōe poteſt intelligi: ⁊ ipē ſup thro-
nū: ⁊ ipē ſub throno. Sed aſtrictos hui⁹
queſtionis nodos ipē ſoluit de quo loqui
mur: qui afflatu ſpiritusſancti ea que clau
ſa ſunt aperit. Incarnatus eñ vnigenit⁹
patris per hoc qḋ homo factus eſt: infra
angelos fuit: ſicut de eo ſcriptū eſt. Mi-
nuiſti eū paulominus ab angelis. pˢ. 8.
Reſurgēs autem ⁊ aſcendēs in celos om
nibus angelicis poteſtatib⁹ preſidet: ſicut
de illo rurſum ſcriptū eſt. Omnia ſubieci
ſti ſub pedibus eius. Ibidē. Et ſicut ipē
ait: Data eſt mihi oīs poteſtas in celo
⁊ in terra. Math. 28. Firmamentū ergo
ſub throno: ⁊ homo ſuper thronū eſt. Qz
per humane aſſumptionē nature: ⁊ ipē eſt
ſub angelis nat⁹: ⁊ ipē ſuper angelos ex-
altatus: qui ⁊ priuſq̄ per reſurrectiōis ex
altaret gloriā: diuinitate ſuper angelos
fuit: ſed tamē angelis vt dictū eſt huma-
nitate minoratus: ex qua ⁊ morti ſubia-
cuit: ⁊ alˢ at poſtq̄ mortē reſurgēdo cal-
cauit: ⁊ humanitatē ſuam etiā maieſtati-
bus archangelorū ſuperpoſuit. Prius ita
q̄ thronus ſuper firmamentū: ⁊ poſt ho-
mo ſuper thronū viſus eſſe deſcribit. Qz
humani generis redemptor humanitatē
quā deſcendendo ſub angelis aſſumpſit:
aſcendendo ſuper angelos exaltauit. Si
vero factū eū ſub angelis dicimus ſicut
factū ſub lege predicāte apoſtolo audim⁹
Gala. 3. Aſſumptā ergo humanitatē ſub
angelis accipimus pro ea minoratiōe: in
qua dignatus eſt apparere. Nam mox vt
verbū caro factū eſt: mox deus homo po-
teſtate ſuper angelos fuit. De ipo quip-
pe ante paſſionē ſcriptū eſt. Ecce angeli
acceſſerūt ⁊ miniſtrabāt ei. Mat. 4. Sed
tamē vt infirmitas eius hūanitatis mon-
ſtraret. Rurſum de eo ſcriptū eſt. Appa-
ruit illi angel⁹ de celo cōfortans eū. Lu-
ce. 22. In documēto alˢ indumēto ergo
vtriuſq̄ nature: huic ⁊ angeli miniſtrare
hūc ⁊ angelus cōfortare deſcribit. Unus
quippe in vtraq̄ natura: qm̄ qui de⁹ an-
te ſecula extitit: hō factus eſt in fine ſecu-
lorū. Cui tñ ante paſſionē ſuā ⁊ angeli mi
niſtrāt: ⁊ hūc angelus cōfortat. Poſt paſ
ſionē vero atq̄ reſurrectionē ei⁹: huic an-
geli miſtrare poſſunt: ſed iā hūc ꝯfortare
nō poſſunt: qz vt predictū eſt: ⁊ ſi prius fir
mamentū ſub throno apparuit: tñ ho-
mo ſuper thronū eſt. In cui⁹ perſona vt
ꝓpheta ſanctus adiunctionē vtriuſq̄ na
ture ſe vidiſſe oſtēderet ꝓtinus adiūxit.

Et vidi quaſi ſpeciē electri.]

Quid eſt qḋ aſpectus hoīs videt in thro
no quaſi ſpēs electri: niſi qḋ in electro ſicut
longe ſupius diximus aurū argentūq̄ mi-
ſcet: vt res vna ex metallis duob⁹ fiat. In
qua ⁊ per argētū auri claritas tpat: ⁊ per
auri claritatē ſpēs clareſcit argēti. In re-
dēptore aūt nr̄o natura diuinitatis ⁊ hūani
tatis incōfuſe vnita ſibimet atq̄ ꝯiuncta
eſt: vt ⁊ per hūanitatē diuinitatis eius clari
tas nr̄is potuiſſet oculis tpari: ⁊ ꝑ diuinita
tē hūana in eo natura clareſceret: atq̄ ex
altata fulgorē vltra hoc qḋ creata fuerat
hrēt. Ipſe vero aſpect⁹ hoīs ſup thronū
⁊ ſpēs electri quā vidit qualis ei apparue
rit: adhuc ſubſcribēdo ſubiūgit.

**Uelut aſpectus ignis intrin
ſecus eius per circuitū a lūbis
eius ⁊ deſup. Et a lumbis eius
vſq̄ deorſum: vidi quaſi ſpeciē
ignis ſplendentis in circuitu.]**

Quid eſt qḋ mediator dei ⁊ hominū hō
xp̄us ieſus a lūbis ⁊ deſup aſpectū ignis
intrinſecus per circuitū habere deſcribit
⁊ a lūbis ⁊ deorſū ſpeciē ignis ſplēdētis
in circuitu. Inueſtigandū namq̄ eſt: qua
re a lumbis et deſuper ignē intrinſecus:

Quomō intr̄ deꝰ hō ē ſup tro-
nū ⁊ ipē ē ſub trono

nec tamen ſplendentē ignem habere nar rat: a lumbis vero ⁊ deorſū habere ignis ſpeciē dicitur: nō tamen hunc habere intrinſecus memorat: quia ⁊ ſplendentē et in circuitu hunc habere deſcribit. Quid eñ lumbor nomine: niſi propago mortalitatis exprimit? Propterea etiā ⁊ leui dicitur: Quia adhuc in lumbis patris erat cum melchiſedech occurreret abrae. De lumbis vero abrae virgo Maria exijt in cuius vtero vnigenitus patris per ſanctū ſpiritū incarnari dignatus eſt: ex qua incarnatiōe vniuerſo innotuit mūdo deus. Sicut ⁊ per pſalmiſtā dicitur: Accingere gladio tuo circa femur potentiſſime. ps. 44. Gladiū etenim circa femur potētiſſimus ſumpſit: quia ſermo predicatiōis illius ex incarnatiōe conualuit. Quid vero iſte ignis deſignat: niſi ardorem ſancti ſpiritus: qui corda que repleuerit incendit. De quo ipā veritas dicit: Ignē veni mittere in terrā. Luce. 12. Quid eſt ergo quod in hoc aſpectu hominis: qui pphete apparuit: a lumbis ſuperius intrinſecus per circuitū ignis ardet. A lumbis vero inferius nō ignis intrinſecus: ſed in circuitu reſplēdet: niſi qd ante incarnationē vnigeniti redemptoris noſtri ſola intra ſe iudea ardorē amoris eius habuit: poſt incarnationē vero illius in circuitu eius ignis reſplēduit. Quia in vniuerſo mundo gentibus claritatē ſancti ſpiritus effudit. Prius ergo intrinſec⁹ ignis erat ſed ſplendor nō erat. Quia ſanctus ſpiritus in multis quidē partibus iudeā replebat: ſed ad noticiā gentiū: nec dum eius lumen emicuerat. A lumbis vero eius et deorſum ignis in circuitu reſplēdet. Nā poſtq̄ de virgine carnē ſumpſit: in humano genere longe lateq; ſancti ſpiritus dona dilatauit. Et notandū qd ignis iſte a lumbis ſuperius per circuitū eſſe deſcribit: non extrinſecus ſed intrinſecus: quia amoris flamma ſicut dictū eſt in electis atq; ſpiritalibus viris vbiq; in ſuis finibus iudeā repleuit: nec tamen exiebat extrinſecus: quia ſeſe in multitudinē gentiū nō dilatabat. Que ardoris flamma viſa eſt poſtmodū in circuitu ſplendere: quia per mūdi cardines in vniuerſis gentibus omnipotētis dei cepit amor excreſcere. Erat ergo prius ignis intrinſecus cū iacob diceret: Salutare tuū expectabo domīe. Gene. 49. Quod eñ ſalutare dicimus latine hoc verbo hebraico ihesus dicit. In quo verbo beati Jacob mens oſtenditur: quomodo ihesu deſiderio ardebat quē ſe moriens expectare perhibebat. Ardebat ignis cū Moyſes diceret: Si inueni gratiam in cōſpectu tuo: oſtende mihi temet ipm vt videam te. Exod. 33. Ardebat ignis in mēte cū dauid diceret: Sitiuit anima mea ad deum viuū: quando veniā et apparebo ante faciem dei mei. ps. 42. Qui incarnationē verbi deſiderans ait: Oſtende nobis domīe miſericordiā tuā: ⁊ ſalutare tuū da nobis. ps. 84. Ardebat ignis cum ſymeon de corruptiōe vite preſentis exire deſiderans audiuit. Non prius ſe viſurū mortem: niſi videret xpm domini. Luc. 2. Sed ecce iam ignis iſte quaſi ſub lumbis exterius reſplēdet: quia vniuerſa gētilitas incarnati dei eſt amore ſuccenſa. Quod tamē intelligi ⁊ aliter poteſt. Quia redemptor noſter de⁹ dominus ieſus xpus per humanitatē ſuā hominibus innotuit: qui per diuinitatē notus angelis ⁊ ante incarnationē fuit. Nobis ergo a lūbis inferius reſplendet in circuitu: cui⁹ ignis intrinſecus a lumbis ſuperius ardet in celo. Quia illi ads illic celeſtes ſpiritus eū in diuinitate ſua cōſpiciunt: ⁊ amoris eius ignibus accendunt. Nos vero qui hūc ex aſſumpta humanitate diligimus: adhuc in hac corruptibili vita poſiti: ſplendorē ignis illius foris habemus. Unus itaq; ſuper thronū eſt: qui ⁊ ſuper lumbos ignē intrinſecus habet in angelis: ⁊ ſub lumbis ignē in circuitu habet in hominib⁹. Quia in omne quod ab āgelis amat: ⁊ per omē quod ab hominibus deſiderat vnus eſt: qui in cordibus ardet amantiū. Hinc eſt eñ quod magne ille poteſtates angelice ſeraphin:

id eſt incendiũ nominant. Heb.12. Hinc de ipſo omniũ creatore ſcriptũ eſt. Deus noſter ignis cõſumens eſt. Deutero.4. Ignis eñ dicit: quia flammis amoris ſui incendit mẽtes quas replet. Et iccirco ſeraphin incendiũ dicunt: quia poteſtates ei ꝓxime in celis ineſtimabili amoris ei⁹ igne ſuccenſi ſunt. Ex hoc igne ſuccenſa: ardẽt in terra corda iuſtoꝝ. Hoc igne calefacta redeũt ad penitentiã corda peccãtiũ: que inflammata vehemẽter timorem in amorẽ vertũt. Nam qui prius tabeſcere metu ceperũt: poſtmodũ igne amoris flagrãt. Et quia eius membra ſunt electi angeli in celo: eius mẽbra ſunt cõuerſi homines in terra. Unus homo eſt qui ⁊ ſuper lumbos ardet intrinſecus: ⁊ ſub lumbis inferius ignis ſui ſplendorẽ in circuitu emittit: quia ⁊ angelos ad amorẽ ſuuz per diuinitatẽ tenuit: ⁊ homines ad ſancti ardoris ſui deſideriũ ex humanitate reuocauit. Sequitur.

Velut aſpectus arcus cũ fuerit in nube in die pluuie.]

Arcũ omnipotẽs deus inter ſe atq; homines in ſigno poſuit: vt vltra mundũ diluuio nõ deleret dicens: Arcũ meũ ponã in nubibus: ⁊ ſit al's erit ſignũ federis inter me ⁊ inter terrã. Cumq; obduxero nubibus celũ: apparebit arcus meus in nubibus: ⁊ recordabor federis mei vobiſcũ. Gen.9. Unde etiã ⁊ in arcu eodem color aque ⁊ ignis ſimul oſtendit: qui ⁊ ex pte eſt cerule⁹: ⁊ ex parte rubicũdus: vt vtriuſq; iudicij teſtis ſit: vnius al's vnus videlicet faciẽdi: ⁊ alterius facti: ſed iaz nõ vlterius faciẽdi: quia mũdus quidẽ iudicij igne cremabit: ſed aqua iaz diluuij nõ delet. Quid eſt autẽ qđ ſplendentẽ ignẽ a lumbis homis throno preſidentis ſicut aſpect⁹ arcus cũ fuerit in nube in die pluuie propheta cõſpexit. Quia eñ per ignem ſicut dictũ eſt: ardor ſancti ſpirit⁹ deſignat: que ſimilitudo eſt arcus: ⁊ ſpirit⁹ vt ignis: qui apparuit quaſi aſpectus arcus apparuiſſe diceret. Sed ſi ipſi quam ꝓdiximus viſioni arcus intendim⁹: quomodo arcus ſignificet ſpiritũ videm⁹. In arcu quippe ſicut prefatus ſum aqua ⁊ ignis apparet: et poſt mediatoris aduentũ eo virtus ſancti ſpiritus in humano genere claruit: q̃ electos dei ⁊ aqua baptiſmatis lauit: ⁊ igne diuini amoris incendit: quaſi eñ admixto colore aque ſimul ⁊ ignis: quidã arcus in nube ad propiciationẽ ponit cũ veritas dicit: niſi quis renat⁹ fuerit ex aqua ⁊ ſpirituſancto nõ poteſt introire in regnũ dei. Iohis.3. Qui arcus in nube eſt in die pluuie: quia in dominica incarnatiõe in effuſiõe predicationis oſtendit: vt ad veniã corda credentiũ dño parcente reuocent. Nubem eñ redẽptoris carnẽ non incõuenienter accipim⁹ de qua per pſalmiſtã dicit: Qui ponit nubẽ aſcenſum ſuũ. ps.103. Nubẽ quippe aſcenſum ſuũ poſuit: quia is qui diuĩtate vbiq; eſt: carne ad celeſtia aſcẽdit. Expleta vero oñi myſtica viſione ſubiũgit.

Hic erit aſpectus ſplendoris per gyrũ: ⁊ hec viſio ſimilitudinis glorie domini.]

Quid eñ in vniuerſo mũdo ſanctiſpiritus gratia agat aſpiciẽs ait: Hic erat aſpectus ſplendoris per gyrũ. Que vero intrinſecus eiuſdẽ ſanctiſpiritus gloria maneat cõſiderare volens: ſed ſicut erat nõ valens ſubiũgit. Et hec viſio ſimilitudinis glorie dñi. Non eñ ait: viſio glorie: ſed ſimilitudinis glorie. Ut videlicet oſtendat: qz quãtalibet ſe intentiõe mens humana tetenderit: etiã ſi iam fantaſias imaginũ corporaliũ a cogitatiõe compeſcat: ſi iam oẽs circũſcriptos ſpirit⁹ ab oculis cordis amoueat: adhuc tamen in carne mortali poſita videre gloriã dei nõ valet ſicut eſt. Sed quicq̃d de illa eſt qđ in mente reſplẽdet: ſimilitudo ⁊ non ipſa eſt. Unde ⁊ ille ꝓdicator qui raptus vſq; ad tertiũ celũ fuerat: dicebat: Uidemus nũc per ſpeculũ ⁊ in enigmate.1.Corint.13. Qua in re nõ deſpiciẽda nobis queſtio orit: quomodo iohãnes euãgeliſta cũ

erga miracula redemptoris noſtri iudeorum perfidiã: etiã ex verbis propheticis deſcripſiſſet: adiungit dicens: Hec dixit eſaias quãdo vidit gloriã eius: et locutus eſt de eo. Et ſi ezechiel vidit quid eſt qd iſte ſimilitudinẽ glorie: et ille eius gloriã vidiſſe deſcribit. Sed cũ iohannes euangeliſta pri⁹ miracula redemptoris noſtri narrauit: atqꝫ infidelitatẽ iudeorum poſtmodum ſubdidit: hãc eiuſdem redemptoris noſtri gloriã que in mũdo apparuit eſaiã vidiſſe manifeſtat. Omne enim qd in terra mirũ diuinitus agit: gloria omipotentis dei eſt: et eius gloria in omnibus factis videt. Eſaias ergo eius gloriã in terra vidit: ezechiel vero eius gloriã in celo ſicuti eſt: videre non potuit. Quia aliter eſt gloria eius in rebus factis: atqꝫ aliter in ſemetipſo. Hec ergo eius gloria que in rebus eſt videri poteſt: illa vero que in ipſo eſt modo: niſi per ſimilitudinẽ nõ poteſt. Sed et ſi eandem ſimilitudinẽ glorie: vel ſubleuatus portare ꝓpheta potuerit: agnoſcamus. Sequit.

Et vidi et cecidi in faciẽ meã.

Quid ergo de hoc viro fieret: ſi ita vt eſt eius gloriã vidiſſet: ſi ferre nõ valens cecidit. Qua in re cũ magno merore penſare et cõſiderare cũ lachrymis debemus: in quantã miſeriã et infirmitatẽ cecidim⁹. qui et ipſum bonũ ferre non poſſumus: ad quod videndũ creati ſumus. Eſt tamen et aliud de ꝓphete facto: quod cõſiderem⁹ in nobis. Propheta eñ mox vt glorie domini ſimilitudinẽ vidit: in faciẽ ſuam cecidit: cuius ſimilitudinẽ glorie quia nos per ſpiritũ ꝓphecie videre nõ poſſumus: hãc aſſidue cognoſcere: et ſollicite cõtemplari in ſacro eloqo: in celeſtibus monitis: in ꝑceptis ſpiritalibus debemus. Qui cũ aliquid de deo ꝯſpicimus: in faciẽ noſtrã cadim⁹: qꝛ ex malis erubeſcim⁹: que nos meminim⁹ perpetraſſe. Ibi eñ cadit homo vbi confundit. Unde et paulus quaſi quibuſdã in facie iacẽtib⁹ dicebat: Quẽ ergo fructũ habuiſtis tũc in illis in quibus nũc erubeſcitis. Rom. 6. Ecce celeſtis gratie dono largiẽte obuolutũ myſterijs libri initiũ in ezechiel ꝓphetã diſcuſſimus: et dicta myſtica moraliter diſſerẽtes: volantẽ prophete hyſtoriã a terra extraximus. Et que prius paruulorum anime mihiqꝫ ſimiliũ volabat: ſed nõ eleuabat: iam nũc ab eis legat et cognoſcat: euolet et leuet. Agamus ergo gratias redemptori nr̃o: qui ſpiritali ſꝑ alimẽto nos reficit: qui panis viuus deſcendit de celo: et dat vitã mundo. Qui viuit et regnat cum patre in vnitate ſpirituſſancti deus: per omnia ſecula ſeculorum Amen.

Explicit omelia. VIII.

Incipit Omelia. IX. que ſecundũ capitulũ interpretat: ab illa parte in principio capituli: Et audiui vocẽ loquentis: vſqꝫ ad illam partẽ in principio tertij capituli. Fili hominis quodcũqꝫ inueneris comede.]

Initiũ libri in ezechiel prophetã: magnis obſcuritatib⁹ clauſum: et quibus myſteriorum nodis: ligatũ in omelijs octo: deo dño nr̃o ieſu xp̃o largiẽte diſcuſſim⁹. Iaꝫ nũc planiora ſunt: et minus difficilia que ſequũtur. Charitati itaqꝫ veſtre cũ loquimur: eidẽ omnipotẽti deo gratias referẽtes: quia poſt tot opaca ſiluarũ: tandẽ leti ad campos exiuim⁹: in quibus liberis greſſibus locutiõis noſtre in trepidũ pedem ponam⁹. Ecce eñ poſtqꝫ propheta ſimilitudinẽ glorie dñi contẽplatus in faciem ſuã cecidit: adiũgit.

¶ Et audiui vocẽ loquentis et dixit ad me: Fili hominis ſta ſuper pedes tuos: et loquar tecũ.]

Ubi adhuc ſubditur.

Et ingreſſus eſt in me ſpiritus poſtqꝫ locut⁹ eſt mihi: et ſta-

tuit me ſupra pedes meos.]

Ecce diuina vox iacēti ꝓphete iuſſit vt ſurgeret: ſed ſurgere oīno nō poſſet: niſi in hūc oīpotentis dei ſpiritus intraſſet. Quia ex oīpotentis dei gratia ad bona opera conari quidē poſſimus: ſed hec implere nō poſſumus: ſi ipē non adiuuat qui iubet. Sic paulus cū diſcipulos admoneret dicēs: Cum metu ꝛ tremore veſtram ſalutē operamini. Philip. 2. illico quis in eis decipa bona opera operaret: adiūxit dicens: Deus eſt em̄ qui operat in vobis: ꝛ velle ꝛ perficere pro bona voluntate. Hinc eſt em̄ quod ipa veritas diſcipulis dicit: Sine me nihil poteſtis facere. Johis. 15. Sed in his conſiderandū eſt: quia ſi bona noſtra ſic oīpotētis dona ſunt vt in eius aliquid noſtrū non ſit: cur nos quaſi ꝓ meritis eternā retributionem querim⁹? Si autē ita noſtra ſunt: vt dona dei oīpotentis nō ſint: cur ex eis oīpotenti deo gratias agim⁹? Sed ſciendū eſt: quia mala noſtra ſolūmodo noſtra ſunt. Bona autē noſtra omnipotētis dei ſunt ꝛ noſtra. Quia ipē aſpirādo nos preuenit vt velimus: qui adiuuando ſubſequit: ne inaniter velimus ſed poſſimus implere que volumus. Preueniēte ergo gratia ꝛ bona voluntate ſubſequēte: hoc quod omnipotētis dei donū eſt: fit meritū noſtrū. Quod bene paulus breui ſententia explicat dicens: Plus illis omnibus laboraui. 1. Corinth. 15. Qui ne videret ſue virtuti tribuiſſe quod fecerat adiūxit. Non aūt ego ſed gratia dei mecū. Quia em̄ celeſti dono preuētus eſt: quaſi alienū ſe a bono ſuo opere cognouit dicens: Non autē ego. Sed quia preueniēs gratia liberū in eo arbitriū fecerat in bono: quo libero arbitrio eandē gratiā eſt ſubſecut⁹ in opere adiūxit. Sed gratia dei mecū. Ac ſi diceret: In bono ope laboraui: nō ego: ſed ꝛ ego ꝛ gratia. In eo enim qđ ſolo dñi dono preuētus ſum: nō ego. In eo autē quod donū voluntatis ſum ſubſecutus: ego. His igit breuiter cōtra pelagium ꝛ celeſtinū dictis ad exponendū ordinem redeamus.

Fili homīs ſta ſuper pedes tuos ꝛ loquar tecum.]

Notandū nobis eſt ordo locutōis ꝛ operis: quia prius ſimilitudo glorie dñi apparet vt deijciat: poſtmodū alloquitur vt eleuet: deinde ſuperabūdantis gratie ſpiritū mittit ꝛ leuat: ac ſupra pedes ſtatuit Niſi em̄ aliquid de eternitate in mēte videremus: nunꝙ̄ in faciem noſtrā penitendo caderemus. Sed iam iacētes vox domini conſolat: vt in opere ſurgamus: qđ tamen nos facere noſtra virtute nō poſſumus. Ipius ergo nos ſpiritus implet eleuat: ꝛ ſuper pedes noſtros ſtatuit: vt qui proni in penitentia pro culpa iacuimus: recti poſtmodum in bono opere ſtemus. Sed ſtans propheta quid audierit adiūgit dicens:

Et audiui loquentem ad me ꝛ dicentē: Fili hominis: mitto ego te ad filios iſrahel: ad gentes apoſtatrices: que receſſerūt a me.]

Sic propheta deſcribit ſua: vt ſignificet noſtra. Nam quid eſt hoc quod ei iacenti dicitur: Sta ſuper pedes tuos ꝛ loquar tecū? Qui enim iacēti loquebatur: cur non ſe: niſi ſtāti promittit eſſe locuturum? Sed ſciendū quia alia ſunt que iacentes: alia que ſtātes audire debeamus Jacenti enim dicit vt ſurgat: ſtanti autē precipit vt ad predicationē proficiſci debeat. Adhuc enim nobis in infirmitatis confuſione iacentibus preberi non debet auctoritas predicatiōis. Sed cum iam in bono opere ſurgimus: cū iam recti ſtare ceperimus: dignum eſt vt ad lucrandos alios in predicatione mitti debeamus. Stans ergo propheta viſionē ſpiritalem vidit ꝛ cecidit. Cadens vero iam monitiōis verbum ſuſcepit vt ſurgeret. Surgens autem preceptum audiuit vt predicaret. Nam qui adhuc ex ſuperbie vera-

tice ſtamus: cũ iam de eternitatis timore aliquid ſentire ceperimus: dignũ eſt vt ad penitentiã cadamus. Et cum infirmitatẽ noſtrã ſubtiliter cognoſcẽtes humiliter iacemus: per diuini verbi cõſolationẽ ſurgere ad fortia opa iubemur. Et cũ iam in bonoꝝ operũ ſoliditate perſiſtimus: neceſſe eſt vnde noſmetipos correximus: inde iam predicãtes ⁊ alios leuemus. Iacẽti ergo non precipit vt ad predicationẽ pergat: ne infirmus quiſqꝫ hoc quod verbo edificare poteſt: opere deſtruat. Unde recte quoqꝫ per pſalmiſtã dicit: Eduxit me de lacu miſerie ⁊ de luto fecis ⁊ ſtatuit ſupra petrã pedeꝫ meos: ⁊ direxit greſſus meos: ⁊ immiſit in os meũ canticũ nouũ hymnũ deo noſtro. ps. 39. Prius em̃ de luto prauitatis educit: vt eius pedes per fidẽ in petra ſolidentur. Sed quia rectã fideꝫ recta ſubſequi debet operatio: greſſus eius directi ſunt: vt poſt directionem greſſuũ: ideſt poſt perfectionẽ boni opis: in ore acciperet etiã nouũ canticũ predicatiõis. Sic ſaulus dũ ſuperbꝰ damaſcũ pergeret redemptoris voce proſtratus iacuit. Actuũ. 9. Et qui predicator futurus erat: nõ tñ mox vt predicaret qđ viderat audiuit. Sed iacẽti dicit: Ingredere in ciuitatẽ: ⁊ dicetur tibi quid te oporteat facere. Iacens ergo hoc ſolũ audire potuit: vt ſurgẽs diſceret quod audiret als audierat. Surgens vero hoc didicit: vt que cognouerat predicaret. Sed querendũ nobis eſt: cur ezechiel ⁊ paulꝰ in faciẽ cadunt: ⁊ de aſcenſore equi: ideſt de eo qui in huius mũdi gloriã eleuatus eſt dicit: vt cadat aſcenſor eius retro. Geneſ. 49. Rurſumqꝫ de perſecutoribꝰ domini ſcriptũ eſt. Abierũt retrorſum ⁊ ceciderũt in terrã. Iobis. 18. Quid eſt hoc quod electi in faciẽ: ⁊ reprobi retrorſũ cadunt? Niſi quod om̃is qui poſt ſe cadit: ibi proculdubio cadit vbi non videt: qui vero ante ſe ceciderit: ibi cadit vbi videt. Iniqui ergo quia in inuiſibilibus cadũt: poſt ſe cadere dicũt: quia ibi corruũt: vbi quid eos tũc ſequat: modo videre nõ poſſunt. Iuſti vero: quia in iſtis viſibilibꝰ ſemetipos ſponte deijciũt: vt in inuiſibilibus erigant: quaſi in faciem cadũt: quia timore compũcti videntes humiliantur. Notandũ vero quod dicit:

Mitto ego te ad filios iſrael ad gentes apoſtatrices que receſſerunt a me.]

Sicut em̃ duobus modis a deo recedit: ita duobus modis a deo apoſtate hoĩes fiũt. Nam vnuſquiſqꝫ a cõditore ſuo: aut fide recedit: aut opere. Sicut ergo qui fide recedit apoſtata eſt: ita qui ad peruerſum opus qđ deſeruerat redit: ab oĩpotẽti deo apoſtata abſqꝫ vlla dubietate deputabit: etiã ſi fidẽ tenere videat. Unũ em̃ ſine altero ꝓdeſſe nil valet: qꝛ nec fides ſine opibus: nec opa adiuuãt ſine fide: niſi fortaſſe ꝓ fide percipiẽda fiãt. Sicut cornelius ante ꝓ bonis opibus meruit audiri ꝙ fidelis exiſteret. Act. 10. Qua ex re colligit: qꝛ bona opera pro fide percipienda faciebat. Nam cui ab angelo dicitur: Oratiões tue et elemoſyne tue aſcenderũt: in memoriã in conſpectu dei. Ibidẽ. ⁊ mox pro eadẽ aſcenſione precipit: vt ad ſymonem mittat: qui ei veniẽs predicare debeat: conſtat: quia hoc petijt: vnde meruit exaudiri. Sequit.

Patres eoꝝ preuaricati ſunt pactum meũ vſqꝫ ad diem hanc ⁊ filij dura facie ⁊ ĩdomabili corde ſunt ad quos ego mitto te.]

Ecce eſt vna culpa ſuperbie: quia preuaricati ſunt pactũ. Ecce altera obſtinatõis quia vſqꝫ ad diẽ hanc. Ecce in iniquitate filioꝝ culpa grauis impudẽtie: quia dura facie: quoniã mala que faciũt iam: nec erubeſcũt: ⁊ nunꝙ vel poſt culpas ad penitentiam redeũt: quia indomabili corde ſunt. Cum vero tante prauitatis: tanteqꝫ obſtinationis ſint hi: ad quos propheta mittit: quis iam nõ videat quod perſona prophete a tam peruerſis hominibus

deſpici valeat? Sed ecce auctoritas perſone tribuit: cum ſubdit.

¶ Et dices ad eos: Hec dicit dominus deus.]

¶ Ac ſi aperte diceret. Quia ſi ex te deſpiceris: a mea voce neceſſe eſt vt loquaris ne cõtempnaris: ipſe qui mittit vires tribuit verba mea proferẽs oſtende qui miſit. Sequitur.

¶ Si forte vel ipſi audiant: ⁊ ſi forte quieſcant: quia domus exaſperans eſt.]

¶ Dum cõſtat quod om̃ipotens deus omnia ſciat: mirandū valde eſt cur dicit: Si forte audiāt: ⁊ ſi forte quieſcāt. Quapropter ſciendū nobis eſt: quia iſta dubitatio locutiõis dei non ex ignorãtia: ſed ex aliqua ſignificatiõe deſcẽdit. Nam quis neſciat qḋ qui fecit ⁊ videt om̃ia: oĩa ſciat? Et per ſemetipſam veritas in euãgelio de antixp̄i predicatorib⁹ dicit. Habūt ſigna magna ⁊ ꝓdigia: ita vt in errorē inducātur: ſi fieri poteſt etiā electi. Math. 24. Cur hoc ſub dubitatiõe dicit: cū quid futurū ſit a dño preſciat. Unū vero e duob⁹ eſt. Quia ſi electi ſunt: fieri nõ poteſt. Si autē fieri poteſt: electi nõ ſunt. Et tamen dicit vt in errorē inducant: ſi fieri poteſt etiā electi. Iſta ergo dñici ſermonis dubitatio: ex electoꝝ cordibus deſignatio tēptatiõis fuit: quia qui electi ſunt ad perſiſtendū per ſigna predicatoꝝ antixp̄i temptabunt ad cadendū. Per hoc ergo qḋ dicit ſi fieri poteſt: hoc exprimit: qḋ electi in corde temptabunt. Nutāt em̄ ſed non cadunt. Dicit ergo ſi videri poteſt: quia trepidabūt: ⁊ tamen dicunt electi: quia non cadunt. Dubitatio itaq̧ ſermonis a dño in electis exprimit dubitationē mentis: quos ⁊ electos nomĩat: quia cernit quod in fide ⁊ bono opere perſiſtunt. Unde hic quoq̧ dicitur.

¶ Si forte audiant: et ſi forte quieſcant.]

Per hoc em̄ quod dicit: Si forte: quia ex magna multitudine pauci audituri ſūt demõſtrat. Per dubitationē ergo ſermonū dei quid ſignificat aliud: niſi paucitas auditoꝝ? Notandū vero ꝙ poſtꝙ mala parentū defunctoꝝ dixerat: mittẽs ꝓphetā ad filios dicat: Si forte vel ipſi audiāt: ⁊ ſi forte quieſcant. Quid eſt dicere: vel ipſi: niſi quia eoꝝ patres qui in culpa defuncti ſunt: audire noluerūt. Penſemus rogo que virtus ſit in hoc dñici ſermonis defectu: vt dicat: Si forte vel ipſi audiāt. Nobis hoc aperte dicit: qui afflicti: obſeſſi al's oppreſſi: concluſi: om̃ia que in hoc mūdo habuimus bona perdidim⁹: vrbes dirutas: euerſa caſtra: depoplatos agros ſuffoſſas eccleſias videmus: ⁊ tamen adhuc parẽtes noſtros ad iniquitates ſequimur: ab eoꝝ elatiõe quā videmus nõ mutamur. Et illi quidē inter gaudia nos vero quod eſt grauius inter flagella peccamus. Sed ecce om̃ipotens deus iniquitates iudicās: iam priores noſtros abſtulit: iam ad iudiciū vocauit: nos adhuc ad penitentiā expectat: nos ad reuertendū ſuſtinet. Et qui in illis iam iudiciū exercuit: nobis ſue patiẽtie lõganimitatē ꝓrogat: ne cū noſtris pr̄ibus perdat dicens:

¶ Si forte vel ipſi audiant: ⁊ ſi forte quieſcant: quia domus exaſperans eſt.]

¶ Omnis anĩa etiā poſt acceptā fidem in peruerſitate ſua: aut permanẽs: aut reuertẽs domus exaſperās vocat: quia eū quē per fidem ſuſceperat: repellit a ſe prauis moribus habitatorē deū. Nam dom⁹ inhabitat a dño: ſi ergo domus quare exaſperans? Si ergo exaſperās quare dom⁹ que vtiq̧ iam nõ inhabitat? Sed domus quia in ea deus per fidē habitare ceperat. Exaſperās vero eſt: quia ab ea prauis moribus repulſus exijt vt vacua remaneat: quā prius celeſtis inhabitator replebat. Unde etiā ſicut veritatis voce cognouimus: nequiſſimus ſpūs cū ſeptē alijs rediẽs domū ſcopis mundatā inuenit: quia mentē a virtutib⁹ alienā replet. Sequit

¶ Et ſcient: quia propheta fuerit in medio eoꝝ.]

Qualis ſcire bonos aut ad adiutoriū ſalutis pficere: aut ad teſtimoniū damnatōis ſolet. Sciāt ergo quia in medio eoꝝ propheta fuerit: vt audita p̄dicatiōe aut ad iuuenť vt ſurgant ⁊ conuertenť: aut ſic in iniquitatibus eoꝝ dampnenť: vt excuſatione careāt. Sequitur.

¶ Tu ergo fili hominis ne timeas eos: neqꝫ ſermones eoꝝ metuas: quoniā increduli ⁊ ſubuerſores ſunt tecum: ⁊ cum ſcorpionibus habitas.]

¶ Patet ad quā peruerſos in p̄dicatiōe mittiť: qui ne timeat āmoneť. Et qꝛ praui atqꝫ peruerſi quiqꝫ bona ſibi loquentibus alia iniqua faciūt: ⁊ adhuc alijs al's alia minanť propter illa que faciūt dicit: Ne timeas eos. Et pp̄ť hoc ꝗ mināť adiungiť. Neqꝫ ſermones eoꝝ metuas. Vel certe: quia reprobi atqꝫ iniqui ⁊ mala bonis ingerūt: ⁊ eoꝝ ſemꝑ actib⁹ derogāt. Propheta miſſus ammoneť: ne eoꝝ vel crudelitatē aut furorē metuat: vel verba pertimeſcat. In hoc itaqꝫ qđ dicit: ne timeas pphete dať auctoritas p̄dicationis. Et quia om̄es qui in deo viuim⁹: organa ſumus veritatis: vt ſepe per aliū mihi: ſepe vero alius loquať per me: ſic nobis boni verbi ineſſe auctoritas debet: vt ⁊ is qui p̄eeſt dicat recte libere: ⁊ is qui ſubeſt inferre bona humiliter nō recuſet. Bonū enim qđ maiori a minori diciť: tūc vere bonū eſt: ſi humiliter dicať. Nam ſi rectitudo ſētiēdi humilitatē loquēdi ꝑdiderit: radicē ſenſus in ramo lingue viciauit. Quod videlicet viciū iam non ex ramo: ſed ex radice eſt: quia niſi cor intumeſceret: lingua minime ſuperbiret. In eſſe ergo ad loquendū priori humilis auctoritas: ineſſe autē minori libera humilitas debet. Sed ſepe in homibus ipe loquendi ordo confundiť: ſicut ⁊ longe ſuperius diximus. Naꝫ aliqn̄ quis per tumorē elatiōis loquiť: ⁊ loqui ſe per auctoritatē libertatis exiſtimat: ⁊ aliquādo alius per ſtultū timorē tacet: ⁊ tacere ſe per humilitatē putat. Ille locū ſui regiminis attendens nō metiť ſenſum tumoris: iſte locū ſue ſubiectiōis cōſiderās: timet dicere bona que ſentit: ⁊ ignorat quantū charitati reus efficiť tacendo. Sic vero ſub auctoritate ſuperbia: ⁊ humanus timor ſub humilitate ſe palliat: vt ſepe nec ille valeat cōſiderare quid deo: nec iſte quid debeat p̄ximo. Nam ille eos qui ſibi ſubiecti ſūt cōſpicit: ⁊ ei cui om̄es al's om̄ia ſubiacēt non intēdit in elatiōe attolliť: ⁊ de elatione attolliť: ⁊ de elatōe ſua velut de auctoritate gloriať. Iſte vero nōnunqꝫ dum timet ne maioris gratiā amittat: atqꝫ per hoc aliquid temꝑalis dampni ſuſtineat: recta que intelligit occultat: atqꝫ apud ſe tacitus ip̄m timorē quo conſtringiť: humilitatē nominat. Sed ei al's eum cui nil vult dicere: tacēdo in cogitatiōe dijudicat: fitqꝫ vt vnde ſe humilē exiſtimat: inde grauius ſit ſuperb⁹. Diſcernēda ergo ſemper ſunt: libertas ⁊ ſuperbia: humilitas ⁊ timor: ne aut timor humilitatē: aut ſuperbia libertatē fingat. Ezechiel itaqꝫ quia nō ſolū populo: ſed etiā ſenioribus loqui mittebať: ne incautū timorem humilitatē crederet: vt timere non debeat ammoneť dum diciť: Ne timeas eos. Ac ne forte derogatiōis eoꝝ v̾ba pertimeſcat adiungiť. Neqꝫ ſermones eorū metuas. Cur autē linguas derogantiū timere non debeat: etiam cauſa ſubiungiť cum protinus ſubinferť. Quoniā increduli ⁊ ſubuerſores ſunt tecū ⁊ cū ſcorpionibus habitas. Timēdi enim eſſent hi quibus loqui mittebať ſi in fide ⁊ opere deo omnipotēti placuiſſent: quia autē increduli et ſubuerſores ſunt: in ſuis ſermōibus derogantes: timēdi non ſunt: quia ſtultū valde eſt ſi illis placere querimus: quos non placere domino ſcimuꝭ. Debent autē haberi in metu ⁊ reuerētiā iudicia iuſtorum quia mēbra oīpotētis dei ſūt: ⁊ hoc ipi in

terra reprehendūt qđ domin⁹ redarguit e celo. Nam perverſoꝝ derogatio vite noſtre approbatio eſt: quia iam oſtendit nos aliquid iuſticie habere: ſi illis diſplicere incipimus: qui nō placent deo. Nemo etenī poteſt in vna eademq; re omnipotēti dño atq; eius hoſtib⁹ grat⁹ exiſtere. Nā deo ſe amicū denegat: qui eius placet inimico inimicis veritatꝫ aduerſabit: qui eidē veritati in mente ſubiugat. Unde ſancti viri in vocis libere increpatiōis ſuccēſi: eos ad ſua odia excitare non metuūt: quos deū diligere nō cognoſcūt. Quod ꝓpheta ardenter exhibens creatori omniū quaſi in munere obtulit dicēs: Nonne qui te oderūt deus oderā illos: ⁊ ſuper inimicos tuos tabeſcebam: perfecto odio oderam illos: inimici facti ſunt mihi. ps. 138. Ac ſi aperte dicat: Penſa quantū te diligo: qui tuoꝝ hoſtiū excitare cōtra me inimicitias nō pertimeſco. Hinc iterū dicit: Qui retribuebāt mala pro bonis detrahebant mihi: quoniā ſubſecutus ſum iuſticiā. ps. 37. Bonū valde eſt quod iuſtus tribuit: quādo male agentibus libera voce cōtradicit. Sed perverſi mala ꝓ bonis retribuūt cum iuſtis derogāt: quia contra eos iuſticie defenſionem ſeruant. Non enim iuſti humana iudicia: ſed eterni iudicis examen aſpiciūt: atq; ideo derogantium verba contempnūt. Hinc etenim derogantibus corinthijs paulus dicebat. Mihi autē pro minimo eſt vt a vobis iudicer aut humano die. 1. Corinth. 4. Qui nec in corde ſuo vnde ſe reprehēdere potuiſſet inueniens adiungit. Sed neq; meipm̄ iudico. Uidens autē: quia ei ad perfectionē ſanctitatis nec ſuū iudiciū ſufficeret: ſubdidit. Sed nō in hoc iuſtificatus ſum. Cur vero nec ſibimetipī de ſeipō credidit: cauſam reddidit cū ſubiunxit. Qui autem iudicat me dominus eſt. Ac ſi aperte dicat: Nec ego de meo iudicio credendum exiſtimo: quia ille me iudicat: cuius ego iudiciū non comprehēdo. Hinc beatus Job cum amicoꝝ derogantium linguas inter dolores vulnerum pateret iaculo vberū: cogitatiōe ꝑñnus ad conſcientiā recurrit: atq; vbi mētē ſolidam haberet: aſpexit dicens: Ecce enim in celo teſtis meus: ⁊ cōſcius meus in excelſis. Job. 15. Qui etiam ſubdit Uerboſi mei: amici mei: ad deum ſtillat oculus meus. Ibidē. In omne eñ quod de nobis dicitur: ſemper taciti recurrere ad mentem debemus: interiorem teſtem et iudicem querere. Quid eñ prodeſt ſi oēs laudent: cum conſcientia accuſat? Aut quid poterit obeſſe ſi oēs nobis derogent: ⁊ ſola nos conſcientia defendat? Beatus ergo Job inter linguas derogātium inflexa mente perſiſtens: quia in terra ſe impugnari falſis ſermonibus vidit: in celo teſtem queſiuit. Hinc Eſaias ait: Popule meus qui beatificant te: ipī decipiunt te: ⁊ viam greſſuū tuoꝝ diſſipant. Eſaie. 3. Qui videlicet populus ne verba ſue laudis attenderet: ⁊ in culpis alti⁹ periret: ſtatim ei dicit: quē aſpiciat: cui⁹ iudiciū pertimeſcat: cū ſubdit. Stat ad iudicandū dñs: ſtat ad iudicādos populos Ibidē. Ac ſi aperte diceret: Judicia humana cur ſequeris: qui ſtare ſuper te celeſtem iudicē ſcis? Hinc eſt quod Johannē baptiſtā veritas eſſe arundinē vento agitatam negat dicens: Quid exiſtis in deſerto videre arundinē vento agitatam? Mathei. 11. Quod quia negando dixerit non affirmando: ſubiuncta verba teſtātur. Ait enim: Sed quid exiſtis videre in deſertum hominē mollibus veſtitum: ecce qui mollibus veſtiuntur in domibus regum ſunt. Luce. 7. Arundo autem vēto agitata modo flatibus erigitur: modo flatibus inclinatur. Omnis autem infirmus animus: qui vel derogatione deijcitur: vel laudibus exaltatur: arundo vento agitata eſt: quod Johannes non erat: quia inflexibilem mentis verticem inter laudes hominum: ⁊ derogationes tenebat. Sed magna inquiſitiōis re indiget: cum recti operis viā tenemus: vtrū ſemper deſpicere derogantiū verba debeam⁹ an certe aliquando compeſcere. De qua

re ſciendū eſt quia linguas detrahētiū ſicut noſtro ſtudio nō debemus excitare ne ipſi pereant: ita per ſuā maliciā excitatas debemus equanimiter tolerare: vt nobis meritū creſcat. Aliqñ autē etiam cōpeſcere: ne dū de nobis mala diſſemināt: eorū qui audire nos ad bona poterāt corda innocentiū corrumpāt. Hinc eſt eñ qđ iohānes obtrectatoris ſui linguā redarguit dicens: His qui amat primatū gerere in eis diotrepes nō recipit nos: ꝓpter hoc ſi venero cōmoueā eius opera que facit: verbis malignis garriēs in nos. 3. Ioh. 2. Hinc paulus iterū detrahētibus corinthijs loquitꝰ dicens. Epiſtole inquiūt graues ſunt ⁊ fortes: ꝑſentia autē corporis infirma: ⁊ ſermo cōtemptibilis hoc cogitet qui hmōi eſt: quia quales ſumꝰ in verbo per epiſtolas abſentes: tales ⁊ ꝑſentes in opere. 2. Corinth. 10. Hi etem̄ quoꝝ vita in exemplo imitatiōis eſt poſita: debēt ſi poſſunt detrahentiū ſibi verba cōpeſcere: ne eoꝝ predicationē nō audiāt: qui audire poterāt: ⁊ in prauis moribꝰ remanentes bene viuere cōtempnant. Sed hac in re ſubtili inquiſitiōe neceſſe eſt: vt ſemetipm animus īueſtiget: ne fortaſſe ſue laudis gloriā querat: ⁊ animarū lucra ſe querere noſtra cogitatio ſimulet. Sepe enim ſui nōis laude animus paſcitꝰ: ⁊ quaſi ſub obtentu lucrorū ſpiritaliū: cū de ſe bona dici cognouerit letatꝰ. Et ſepe ſue glorie defenſioni cōtra detrahētes iraſcitꝰ: ⁊ fingit ſibimet qđ hoc ex eoꝝ zelo faciat: quorū corda a bono itinere detrahētis ſermo perturbat. Illi ergo debēt magnopere curare: ne cōtra eoꝝ opinionē detrahentiū verba preualeāt: qui ſuā conſcientiā ſubtiliter diſcutiētes ſe in ea īueniūt de amore ꝑuate glorie nihil habere. Hinc eſt eñ qđ iuſti itaqȝ perfecti aliqñ virtutes ſuas ꝑdicāt: bona que diuinitꝰ acceperūt narrant: nō vt ipſi apud homīes ſua oſtenſione ꝓficiant: ſed vt eos quibꝰ predicant: exemplo ſuo ad vitā trahant. Unde paulus apl'us quotiēs fuſtibus ceſus: quotiens lapidatus: quotiēs naufragiū pertulit: quāta pro veritate ſuſtinuit: ꝙ ad tertiū celū raptus: qđ in paradiſum ductus ſit corinthis narrat. 2. Corinth. 11. vt eorū ſenſum a falſis ꝑdicatoribꝰ auertat: vt dū ſe innoteſceret qualis eſſet: illi eis vileſcerēt: quos ab eis cognouerat inique venerari. Nos perfecti eū faciūt: id eſt cū virtutes ꝓprias locuntꝰ: in hoc quoqȝ oīpotentis dei imitatores ſunt: qui laudes ſuas homībus loquūtꝰ: vt ab homībus cognoſcatꝰ. Nam cū ſcriptura al's ſcriptura ſancta precipiat dicēs: Laudet te alienꝰ ⁊ nō os tuū. Prouerb. 37. Quomodo facit ipſe quod ꝓhibet? Sed ſi virtutes ſuas omīpotens dn̄s taceret: eū nullus agnoſceret: nullus amaret: ſi nullus amaret nullus ad vitā rediret. Unde ⁊ per pſalmiſtā de eo dicitꝰ: Uirtutē operū ſuoꝝ annūciabit populo ſuo: vt det illis hereditatem gentiū. ps. 128. Uirtutes ergo ſuas annūciat: nō vt laudibus ſuis ipſe ꝓficiat ſed vt hi qui hūc ex ſua laude cognouerit ad perpetuā hereditatē veniāt. Iuſti itaqȝ atqȝ perfecti nō ſolum cū vituperationis ſue verba reprehendūt: ſed etiā cū virtutes quas habēt infirmis locuntꝰ repbenſibiles nō ſunt: quia per ſuā vitam quā referunt: alioꝝ animas ad vitā querūt. De quibus tn̄ ſciendū eſt: qꝛ nunꝙ bona ſua detegūt: niſi eos vt dixi: aut proximoꝝ vtilitas: aut certe nimia neceſſitas cogat. Unde paulus apl'us cū virtutes corinthiis enumeraſſet: adiūxit. Factus ſum inſipiens: vos me coegiſtis. 2. Corinth. 12. Fit vero aliquādo vt neceſſitate cōpulſi: in bonis que de ſe referūt: non alioꝝ vtilitatē ſed ſuā requirant. Sicut beatus iob facta ſua enumerat dicēs: Oculus fui ceco ⁊ pes claudo: pater erā pauperū: ⁊ cauſam quā neſciebā: diligentiſſime inueſtigabā. Iob. 29. Et multa alia que ſe pie egiſſe cōmemorat. Sed quia in vulnere doloris poſitus: ab amicis increpātibus impie egiſſe: ⁊ violentus ꝓximis atqȝ oppreſſor pauperū fuiſſe dicebatꝰ: vir ſanctꝰ inter flagella dei ⁊ humane increpatiōis verba deꝑhenſus: mentē ſuam grauiter

cõcuti: atq ad deſperatiõis foueã conſpexit impelli: qui iam iãq cadere poterat: niſi ad memoriã ſua beneacta reuocaſſet: vt ad ſpem ania reduceret: ne oppreſſus verbis ⁊ vulneribus in deſperatiõe periret. Quod ergo bona ſua enumerat: non ĩnoteſcere alijs quaſi ex laude deſiderat: ſed ad ſpem animũ reformat. Juſti itaq ſicut ſine arrogãtia locunt aliquãdo bona que agũt: ita ſine zelo priuate glorie detrahentiũ ſibi linguaſ redarguũt: quia noxia locunt. Cum vero lingue derogantiũ corrigi nequeũt: equanimiter ſũt per omnia tolerande: nec obtrectatiõis ſermo timendus eſt: ne dũ vituperatio peruerſoꝝ metuit: recti operis via deſeratur. Unde nũc ezechieli prophete dicit: Sermones eoꝝ ne metuas: quia increduli ⁊ ſubuerſores ſunt tecũ. Minus autẽ mali eſſet: ſi hi qui ſũt increduli: ſubuerſores minime fuiſſent: quia eñ ipi vel celeſtis regni pmia: vel gehẽne eſſe ſupplicia nõ credũt: in ſuis prauitatibus dimiſſi: a fide ⁊ opere etiã alios ſubuertũt: vt regnũ quod ipi capere als appetere non volũt: ne alter aſſequat. Ipi nãq cũ teneriores quoſdã bona incipere: mala iam deuitare cognouerũt: modo irridẽdo quod in celis pmittitur: modo deſpiciẽtes quod deus omnipotẽs de inferni ſupplicijs minat: mõ laudando bona tempalia ⁊ delectatiões preſentis ſeculi callida perſuaſione pollicendo: deflectunt mentes innocentiũ: eorũq itinera peruertũt. Gaudẽt ſi quos potuerint a vita reuocare: ad mortẽ trahere: letant in prauitatibus ſuis: exultãt in alienis. His nimirũ pena ſua non ſufficit: qui agũt ne ſoli moriant. At ſi fortaſſe iuſtum quẽpiam tãte iam virtutis inuenerint: vt ei loqui cõtraria non preſumãt: quia ſubuerſores eſſe nõ poſſũt: ſtatim ſcorpiones fiunt. Scorpio eñ palpando incedit: ſed cauda ferit: nec mordet a facie: ſed a poſterioribus nocet. Scorpiones ergo ſũt omnes blãdi ⁊ malicioſi: qui bonis quidẽ in faciẽ nõ reſiſtũt: ſed mox vt receſſerint derogãt: alios quos valuerint inflammãt: queq poſſunt noxia immittũt: mortifera inferre occulte nõ deſinũt. Scorpiões ergo ſunt: qui blandi ⁊ innoxij in facie vident: ſed poſt dorſum portãt vnde venenum fundant. Qui eñ in occulto feriũt: quaſi mortẽ latenter trahũt. Unde ⁊ etiã per pſalmiſtã dicit: Circumdederũt me ſicut apes: ⁊ exarſerũt ſicut ignis in ſpinis ps. 117. Apes enim in ore mel habẽt: in aculeo caude vulnus. Et omes qui lingua blandiunt: ſed latenter ex malicia feriũt: apes ſunt. Quia loquẽdo dulcedinẽ mellis proponũt: ſed occulte feriendo vulnus inferũt. Iſta vero faciẽtes exardeſcũt ſicut ignis in ſpinis: quia per flãmas detrahentiũ non iuſtoꝝ vita cõburit: ſed ſi que eis ineſſe poterant: peccatoꝝ ſpine cõcremant. Dicat ergo: Increduli ⁊ ſubuerſores ſunt tecũ: ⁊ cũ ſcorpionibus habitas. Increduli ſcꝫ deo: ſubuerſores vero infirmãtibus pximis. Scorpiones autem etiã fortibus ac robuſtis. Quibus ⁊ ſi in faciẽ cõtradicere nõ preſumãt: ex occulto tamen vulnus derogatiõis inferũt. Increduli quippe ſimul ⁊ ſubuerſores et ſcorpiones ſunt: quia ⁊ audita ea que dei ſunt nõ credũt: ⁊ eos quos preualẽt a bonis moribus ſubuertũt: ⁊ quos inflectere nõ valent: occultis machinatiõibus feriunt. Qua in re hoc quoq notandũ eſt: quia cũ pphete dicit: increduli ⁊ ſubuerſores ſunt tecũ: ⁊ cũ ſcorpionibꝰ habitas: nobis cõſolatiõis medicamentũ profert: quos ſepe tedet viuere: dũ nolumus cum malis habitare. Querimur etenĩ cur nõ omes boni ſunt qui nobiſcũ viuũt. Mala proximoꝝ ferre nolumus: omes ſanctos iã debere eſſe decernimꝰ: dũ eſſe nolumꝰ qđ ex pximis portemus. Sed hac in re luce clarius patet: dũ malos portare renuimus: ꝙ multũ adhuc ipi de bonis minus habeamus. Neq eñ perfecte bonus eſt: niſi qui fuerit ⁊ cũ malis bonus. Hinc beatus iob de ſemetipo aſſerit dicẽs: Frater fui draconum: ⁊ ſocius ſtrutionũ. Job 30. Hinc paulus aplus dicit: In medio natiõis praue ⁊ peruerſe: inter quos luce

tis ſicut luminaria in mūdo. Philip.2. Hinc petr⁹ gregis dñici paſtor dicit: Juſtū loth oppreſſum a nephandoꝝ iniuria cōuerſatiōe eripuit: aſpectu eñ ⁊ auditu iuſtus erat habitās apud eos: qui de die in diē animā iuſti iniquis operibus cruciabāt.2.Petri.2. Sepe vero cū de vita proximoꝝ querimur: mutare locū conamur: ſecretū vite remotioris eligere: vide licet ignorātes: quia ſi deſit ſpirit⁹ nō ad iuuat locus. Iſdem eñ loth de quo loquimur in zodomis ſanctus extitit: in monte peccauit. Gen.19. Quia autē loca mentē non muniūt: ipſe humani generis primus teſtat parens: qui ⁊ in paradiſo cecidit. Sed minus ſunt oīa que loquimur ex terra. Nā ſi locuſ ſaluare potuiſſet: ſathā de celo nō caderet. Unde pſalmiſta vbiqꝫ in hoc mūdo temptatiōes eſſe conſpiciens: queſiuit locū quo fugeret: ſed ſine deo inuenire nō potuit munitū. Ex qua re ⁊ ipſ ſibi locū fieri petijt: propter quē locū que ſiuit dicens: Eſto mihi in deū protectorē ⁊ in locuꝫ munitū al's in domū refugij vt ſaluū me facias. ps.30. Tolerandi ergo vbiqꝫ ſunt ꝓximi: quia abel fieri nō valet quē cayn malicia non exercet. Nnū vero eſt pro quo vitari ſocietas debeat maloꝝ ne ſi fortaſſe corrigi nō valeant: ad imitatiōnē trahāt: ⁊ cum ipſi a ſua malicia non mutant: eos qui ſibi coniūcti fuerint: peruertāt. Unde paulus ait: Corrumpūt mores bonos colloquia mala.1.Corinth.15 ⁊ ſicut per ſalomonē dicit: Noli eſſe amicus homini iracūdo: nec ambules cū viro furioſo: ne forte diſcas ſemitas eius: ⁊ ſumas ſcandalū anime tue. Prouerb.22. Sicut ergo perfecti viri peruerſos proximos nō debent fugere: quia ⁊ eos ſepe ad rectitudinē trahūt: ⁊ ipſi ad peruerſitatē nunqꝫ trahunt: ita infirmi quiqꝫ ſocietatē declinare debēt prauoꝝ: ne mala que frequēter aſpiciūt: ⁊ corrigere nō valent: delectent imitari. Sic eñ verba proximorū audiēdo quottidie ſumimus in mente: ſicut flando atqꝫ reſpirādo: aerē trahimus corpe: ⁊ ſicut mal⁹ aer aſſiduo flatu trahē do al's tractus inficit corpus: ita peruerſa locutio aſſidue audita: infirmantiū inficit animū vt tabeſcat delectatione praui operis: aſſidui iniquitate ſermonis. ſeqꝫ.

Uerba eorū ne timeas: ⁊ vultus eorū ne formides: quia domus exaſperans eſt.]

Ideo boni timēdi ſunt: ne offendant ne fortaſſe pro eis al's ne forte per eos ille ꝓuocet ad irā qui eoꝝ corda ſemper inhabitat. Nam ſicut ſuperius dictū eſt: ſi malos offendimus: timere minime debem⁹: quia illis noſtra actio diſplicet: quib⁹ nec iuſticia creatoris placet. Quid ergo timēdū eſt ſi nobis ingrati ſunt: qui deo amabiles nō ſunt. Unde recte nūc dicit.

Uerba eoꝝ ne timeas: ⁊ vultus eoruꝫ ne formides: quia domus exaſperans eſt.]

Ac ſi aperte diceret: Timendi eſſent niſi me in ſuis actibus exaſperēt. De quib⁹ adhuc ſubdit.

Loqueris ergo verba mea ad eos ſi forte audiāt ⁊ quieſcāt quia irritatores ſunt.]

Omnis qui peccat: quid aliud qꝫ conditoris ſui in ſe iracundiā irritat? ⁊ ſcimus quia quotiēs actu: quotiēs verbo: quotiens cogitatiōe delinquimus: deū contra nos totiēs irritamus: ſed tamē ſuſtinet ⁊ clemēter expectat per patientiā: per predicatores autē ſuos verbū nobis exhortatiōis prerogat. Omis autē q̄ recta p̄dicat ſi audit: iram irritati creatoris ſuper p̄uaricatorē populū placat. Unde neceſſe eſt vt ipſe non debeat agere malū: quod ſolet in populo furorē cōditoris ſui irritare: ꝓpter qđ iam ſubdit.

Tu autem fili hominis audi quecūqꝫ loquor ad te: ⁊ noli eſſe exaſperans ſicut domus exaſperatrix eſt.]

Ideſt mala que fieri cōſpicis: ipſe non fa

cias ne hoc qđ prohibere mitteris: ipſe cõ mittas. Omnis etenĩ predicator intenta ſemper debet mẽte penſare: ne qui miſſuſ eſt lapſos ſtringere als erigere: ipſe in pra uitate operis cũ lapſis cadat: ꝛ paulli hũc apoſtoli ſentẽtia feriat dicẽtis: In quo al terũ iudicas teipm cõdempnas. Ro. 12. Unde Balaã dei ſpiritu repletus ad lo quendũ: ſed tamen in carnalẽ vitã ſuo ſpi ritu detẽtus: de ſemetipſo loquit dicens: Dixit auditor ſermonũ dei: qui nouit do ctrinã altiſſimi: ꝛ viſiones omipotẽtis vi det: qui cadens apertos habet oculos. Num 22. Cadẽs apertos oculos habuit: qui rectũ quod diceret vidit: ſed recte vi uere als videre cõtempſit. Cadens vide licet in peruerſo opere: ꝛ apertos habẽs oculos in ſancta predicatiõe. Eſt tamen aliud qđ poſſit intelligi cur beatus Eze chiel qui ad predicationẽ mittit eſſe exa ſperãs prohibet: niſi enĩ ad loquẽda ver ba cũ mittebat obediret: omipotentẽ do minũ ſicut populus de peruerſo opere: ſic ꝓpheta de ſuo ſilentio exaſperaſſet. Nã ſicut mali ideo deũ exaſperãt: quia locun tur vel faciũt mala: ita nõnunq̃ boni exa ſperãt: quia reticent bona. Illis itaq3 cul pa eſt peruerſa agere: iſtis recta reticere. In hoc ergo cũ malis etiã boni ſimul deũ exaſperãt. Quia cũ peruerſa nõ increpãt eis per ſuũ ſilentiũ proficiendi licentiam preſtant. Sequit.

Aperi os tuũ ꝛ comede que cunq3 do tibi.]

Aperimus os noſtrũ cũ recta loquimur ꝛ comedimꝰ que a deo accipimus: quia ꝛ tribuit ꝛ auget in noſtris ſenſibus cibꝰ vi te: cũ predicare cepimus. Unde ꝓphe ta alius dicit: Os meũ aperui: ꝛ attraxi ſpiritũ. ps. 118. Non enĩ ſpiritũ attrahe ret: niſi os aperiret: quia niſi ad predican dũ proximis ſe impenderet: ſpiritalis do ctrine in eo gratia nõ creuiſſet. Sequit.

Et vidi ꝛ ecce manus miſſa ad me: in qua erat inuolutus li ber: ꝛ expandit illũ corã me qui erat ſcriptus intus ꝛ foris.]

Sicut per ꝓphetã predicatorꝫ ordo: ſic per librũ quẽ accepit: ſcripture ſacre pagi ne deſignant. Liber autẽ inuolutus eſt: ſcripture ſacre eloquiũ obſcurũ: qđ profũ ditate ſententiarũ inuoluit: vt non facile ſenſu omniũ penetret. Sed corã prophe ta liber expandit: quia corã predicatori bus ſacri eloquij obſcuritas aperit. In uolutũ librũ manꝰ dei porrexerat: cũ euã geliſta dicebat: Simile factũ eſt regnũ ce lorꝫ homini qui ſeminauit bonũ ſemen in agro ſuo: cũ autẽ dormirẽt homines: ve nit inimicus eius ꝛ ſupſeminauit zizania in medio tritici ꝛ abijt. Cum autẽ creuiſ ſet herba ꝛ fructũ feciſſet: tũc apparuerũt ꝛ zizania. Math. 13. ꝛ reliqua que chari tas veſtra etiã me reticẽte reminiſcit. Sz librũ quẽ inuolutũ oſtenderat expãdit: cũ hoc qđ per enigmata loquebat: expoſuit dicens: Qui ſeminauit bonũ ſemen eſt fi lius homis: ager autem eſt mũdus: bonũ vero ſemẽ hi ſunt filij regni: zizania autẽ filij ſunt neq̃: inimicus autẽ qui ſemina uit ea eſt dyabolus: meſſis vero cõſũma tio ſeculi eſt: meſſores autez angeli ſunt. Sicut ergo colligunt zizania ꝛ igne com burunt: ſic erit in cõſummatiõe ſeculi. In uolutus itaq3 liber expandit: quãdo hoc qđ obſcrure prolatũ fuerat: per latitudinẽ intellectus aperit. Hunc inuolutũ librũ veritas expãdit: quãdo in diſcipulis egit qđ ſcriptũ eſt. Tũc aperuit illis ſenſum vt intelligerẽt ſcripturas. Luce. 24. De quo hic libro ſubdit.

Qui erat ſcriptꝰ intus ꝛ foris.]

Liber enĩ ſacri eloquij intus ſcriptꝰ eſt per allegoriã: foris per hyſtoriã: intus ꝑ ſpiritalẽ intellectũ: foris autẽ per ſenſum littere ſimplicẽ: adhuc infirmitatibus cõ gruentẽ. Intus qꝛ inuiſibilia ꝓmittit: fo ris qꝛ viſibilia ꝑceptorꝫ ſuorꝫ rectitudine diſpõit. Intꝰ qꝛ celeſtia pollicet: foris ãt qꝛ trena ꝯtẽptibilia qualr ſint: vel in vſu hñda: vel deſiderio fugiẽda ꝑcipit. Alia nãq3 de ſecretis celeſtibꝰ loqt: alia ꝟo in exterioribꝰ actiõibus iubet. Et ea quidẽ

que foris precipit patēt: ſed illa que de in
ternis narrat plene apprehēdi nequeūt.
Unde ſcriptū eſt. Extendēs celū ſicut pel
lem qui tegis aq̄s ſuperiora eius. p̄s. 103
Quid enī celi nomine: niſi ſacra ſcriptu
ra ſignat? De qua nobis ⁊ ſol ſapientie ⁊
luna ſciētie: ⁊ ex antiquis patribus ſtelle
exemplorum atq; virtutū lucent. Quod ſicut
pellis extendit: quia per ſcriptores ſuos
carnis lingua formatū ante oculos nr̄os
per verba doctorū exponendo diſplicat.
Quid vero aquarū nomīe: niſi ſanctiſſi
mi angelorum ſignant chori. De quibus ſcri
ptū eſt. Et aque que ſuper celos ſunt: lau
dēt nomen dn̄i. p̄s. 142. Huius ergo ce
li ſuperiora dn̄s aquis tegit: quia alta ſa
cri eloquij: ideſt ea que de natura diuini
tatis: vel de eternis gaudijs narrat nobiſ
adhuc neſciētibus ſolis angelis in ſecre
to ſunt cognita. Celū ergo hoc ⁊ corā no
bis extendit: ⁊ tamen in aquis ſuperiora
eius contegunt: q2 ⁊ quedā ſacri eloquij
iam nobis per apertionē ſpiritus patēt: ⁊
quedā que ſolis angelis poſſunt eſſe ma
nifeſta: nobis adhuc ſeruant occulta. De
quibus tamē occultis iam partē per ſpiri
talem intelligentiā ſentimus: iam ſancti
ſpiritus pignus accepimus: quia al's qui
hec ⁊ plene necdū cognouimus: ⁊ tamen
medullitus amamus: ⁊ in multis ſpirita
libus ſenſibus quos iam cognouimus: veri
tatis pabulo paſcimur. Dicat ergo. Qui
erat ſcriptus intus ⁊ foris: quia in ſacro
eloquio ⁊ dictis occultioribus atq; ſubli
mioribus ſatiant fortes: ⁊ p̄ceptis apertio
ribus nos paruuli nutrimur. Unde ſcri
ptū eſt. Montes excelſi ceruis: petra refu
giū herinacijs. p̄s. 103. Habeāt enī mon
tes intelligētie: qui iam contemplatiōis
ſaltus ſicut cerui dare nouerūt: ſed petra
ſit refugiū herinacijs: quia nos paruuli ⁊
peccatorum noſtrorum ſpinis cooperti: ⁊ ſi in
telligere alta nō poſſumus: in petre no
ſtre refugio: ideſt i xp̄i fide ſaluamur. Un
de ⁊ quibuſdā dicit. Nihil iudicaui me
ſcire inter vos: niſi xp̄m ieſum ⁊ hūc cru
cifixū. 1. Corinth. 2. Ac ſi diceret. Quia
vos capere diuinitatis eius myſteria nō
poſſe penſaui: ſola vobis hūanitatis eius
infirma locutus ſum. Sequit.

Et ſcripta erant in eo lamentationes ⁊ carmen ⁊ ve.

Carmen aliquādo in bono: aliquādo ve
ro in malo dici al's accipi dubiū nō eſt: q2
⁊ letū carmen ⁊ lugubre carmē dicere poſ
ſumus. Sed nos ſcripture ſacre vſum ſe
quētes: que pene ſemꝑ carmen ponere in
ꝓſperis ſolet: hoc in loco pro bona parte
dictū carmen accipimus. Nam cū omni
potēs deus populū ſuū de mari rubro li
beraſſet. Scriptū eſt. Tūc moyſes ⁊ filij
iſrahel cecinerūt carmen dn̄o. Exod. 15.
Et cū dauid victoriā de hoſtibus feciſſet:
ſcriptū eſt. Locutus eſt dauid dn̄o v̄ba car
minis huius. 2. Regū. 22. Salomō quoq;
ait: Acetū in nitro: ⁊ qui cantat carmina
corde peſſimo. Prouer. 25. Acetū quip
pe ſi mittat in nitro: ferueſcit nitrū proti
nus ⁊ ebullit. Et peruerſa mēs quando
per increpationē corripit: aut per predica
tiōis dulcedinē bona ſuadentiū: de corre
ptiōe fit deterior: ⁊ inde in murmuratōis
iniq̄tate ſuccendit: vnde debuit ab iniq̄
tate cōpeſci. Per helyu quoq; de ingrato
ac ſeſe deſperāte dicit. Et nō dixit: vbi eſt
deus qui fecit me qui dedit carmīa in no
cte. Job. 35. Carmen quippe in nocte eſt
leticia in tribulatiōe. Carmen autē in no
cte accipimus: quādo in preſſuris preſen
tibus de futuris gaudijs cōſolamur. Car
mē nobis in nocte oſtendebat apl's cum
dicebat: Spe gaudētes in tribulatiōe pa
tientes. Rom. 12. Carmen in nocte ſe da
uid habere indicat dicēs: Tu mihi es re
fugiū a preſſura que circūdedit me exulta
tio mea: redime me a circūdantibus me.
p̄s. 31. Qui enī circūdare ſe preſſuris nar
rat: ⁊ tamen deū ſibi eſſe exultationē no
minat: ꝓculdubio carmen in nocte can
tat. Quia igit pene ſemper in bono car
men ponere ſcriptura ſacra cōſueuit: ita a
nobis etiā in hoc loco debet intelligi. Ve
aūt in ſcriptura ſacra ſepius de eterno lu

ctu q̃ preſenti ſolet intelligi. Unde ſcri-
ptũ eſt. Ue impio in malo: retributio em̃
manuũ eius fiet ei. Eſaie. 3. Et beat⁹ iob
loquit̃ dicens: Si impius fuero ve mihi
eſt. Si autẽ iuſtus nõ leuabo caput ſatu-
ratus afflictiõe ⁊ miſeria. Job. 1. Juſtoꝝ
em̃ afflictio tempalis eſt. Ue ergo quod
dixit: a tempale afflictiõe diſtinxit: qui ⁊
iuſtũ afflictionẽ ⁊ impiũ ve habere perhi
buit. Per ſemetipſam quoq; veritas dicit
Ue mũdo ab ſcandalis. Math. 18. Et ve
vobis qui ridetis: quoniã flebitis. Luce
6. Et ve pregnãtibus ⁊ nutriẽtibus in il-
lis dieb⁹. Mar. 23. Penſandũ nobis er-
go eſt quomodo hec tria in ſacro volumi
ne ſcripta ſint: lamentatiões carmẽ ⁊ ve.
Lamẽtatio videlicz: quia in eo cõſcripta
eſt penitentia peccatoꝝ. Carmen vero:
quia ibi pnũciant̃ gaudia iuſtoꝝ. Ue au-
tẽ: quia illic expreſſa eſt dampnatio repro
boꝝ. Ut ergo peccata punias: lege que ĩ
hoc volumine ſcripta ſunt lamẽta. Scin
dite corda veſtra ⁊ nõ veſtimẽta veſtra.
Johel. 2. Et rurſus. Miſeri eſtote ⁊ lu-
gete: riſus veſter in luctũ cõuertet̃: ⁊ gau
diũ in merorẽ. Jacob. 4. Ut autẽ in pro-
miſſione gaudij ſequẽtis hylareſcas: co-
gnoſce que in hoc volumĩe ſcripta ſun
carmĩa laudis eterne. Beati qui habitãt
in domo tua dñe: in ſeculũ ſeculi lauda-
bũt te. ps. 83. Et ſicut per quendã ſapien
tẽ de celeſti hieruſalẽ dicit̃: Ex lapide pre
cioſo ⁊ mũdo oẽs platee ei⁹ ſternẽt̃: ⁊ per
omnes vicos eius alleluia cantabit̃. To
bie. 13. Hoc nobis carmẽ celeſtis patrie
nũciare ciues eius venerãt: qui cõcordi-
ter clamabãt: Gloria in excelſis deo: ⁊ in
terra pax hominibus bone volũtatis. Lu-
ce. 2. Sed ſi adhuc pſenti ſeculo mẽte he
res: ſi adhuc terrenis voluptatibus dele-
ctaris: amare nõ potes gaudia et̃na que
audis. Cognoſce ergo in hoc volumine
ve qđ in eo ſcriptũ eſt: atq; ab animo per
timorẽ expelle qđ diligis: vt poſſis ex iu-
dicio carmen amare qđ legis. Ibi quippe
ſub vni⁹ dampnati ſpecie multitudo om-
nis exprimit̃ reproboꝝ: cũ voce veritatis
dicit̃: Ligatis pedibus eius ac manibus
mittite eũ in tenebras exteriores: illic erit
fletus ⁊ ſtridor dentiũ. Mathei. 22. Tũc
em̃ reprobi in exteriores tenebras cadũt
quia nũc in interioribus ſua ſe ſponte de-
iecerũt: vt veritatis lumẽ: nec credendo:
nec bene operãdo ſequerent̃. In quibus
ligatis pedib⁹ ac manibus mitti precipiũ
tur: quia nũc dũ tempus operãdi atq; cur
rendi eſt: habere manus ⁊ pedes liberos
in bona actiõe noluerũt. Ibi ve reprobo-
rũ ſcriptũ eſt. Uermis eoꝝ non moriet̃: et
ignis eoꝝ non extinguet̃. Eſaie. 66. Ibi
dampnatis ac repulſis dicit̃: Diſcedite a
me maledicti in ignẽ eternũ: qui prepara
tus eſt dyabolo ⁊ angelis eius. Mat. 25
In hoc itaq; volumĩe cũcta que edificant
oĩa q̃ erudiãt: ſcripta cõtinent̃. Peccaſti
em̃ ⁊ iã te penitet illicita ppetraſſe: vt ad
agendã penitentiã docearis: ibi inuenis
lamẽta. Spe celeſtiũ gaudioꝝ mentẽ re-
leuare deſideras: ibi ad cõſolationẽ tuam
inuenis carmẽ. Sin vero mala perpetra-
ſti: ⁊ hec te perpetraſſe nõ penitet: ſed cer
uicẽ mentis erigis: ad nulla penitẽtie la
mentatões inclinares: nulla celeſtiũ gau
dioꝝ expectatiõe corrigeris: velis nolis
ibi ſcriptũ auditurus es ve: vt quẽ nec ti
mor ad penitentiã humiliat: nec ſpes ad
ſuperna premia exaltat: dampnatiõis ſue
iam nũc penã proſpiciat: ⁊ ſine excuſatio-
ne in eternũ ſuppliciũ cadat. Quid igit̃
fratres: quid agendũ eſt miſeris nobis: ni
ſi vt euigilemus ad hui⁹ verba volumis:
⁊ mala que nos egiſſe meminim⁹: fletib⁹
puniamus: vt per lamẽta penitentie per
ueniamus ad carmẽ vite. Ne ſi affligi mo
do penitẽdo volumus: ve poſtmodũ ſine
fine ſentiamus. Nec nos noſtroꝝ vulne-
rũ multitudo in deſperationẽ deprimat:
quia maior eſt potẽtia medici q̃ magnitu
do languoris noſtri. Quid eſt em̃ qđ re-
parare ad ſalutẽ nõ poſſit: qui potuit om-
nia ex nihilo creare? Unigenitus quippe
eſt omipotenti patri coeternus: qui cũ eo
viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritusſancti: p
oĩa ſecula ſeculorum amen.

Explicit omelia.IX.

Incipit Omelia.X.in qua interpretatur tertium capitulū: a principio vſq₃ ad illā partē. Et veni ad tranſmigrationē.]

Solent quidā ſcripta alꝭ ſcripturā ſacri eloquij legētes: cū ſublimiores eius ſentētias penetrāt: minora mādata que infirmioribus data ſunt: tumēti ſenſu deſpicere: ⁊ ea velle in aliū intellectū permutare. Qui ſi recte in eo alta intelligerent: mādata quoq₃ minima deſpectui nō haberēt. Quia diuīa precepta ſic in quibuſdam loquūt magnis: vt tamē in quibuſdam cōgruant paruulis qui per incremēta intelligētie quaſi quibuſdam paſſibus mentis creſcāt: atq₃ ad maiora intelligenda perueniāt. Unde nūc ſancto prophete dicitur.

Fili hominis quodcūq₃ inueneris comede.]

Quicquid enī in ſacra ſcriptura inuenitur credendū eſt: quia ⁊ eius parua ſimplicē componūt vitā: ⁊ eius magna ſubtilē edificāt intelligentiā. Sequit.

Comede volumē iſtud ⁊ vadens loquere ad filios iſrahel. Et aperui os meū: ⁊ cibauit me volumine illo.]

Scriptura ſacra cibus ⁊ potus eſt. Unde etiā per prophetā alium dominus minat. Mittā famem in terrā non famē panis neq₃ ſitim aque: ſed audiēdi verbū domini. Amos.8. Qui ergo ſubtracto ſuo eloquio fame ac ſiti nos dicit atteri: quia eius verba ⁊ cibus noſter ⁊ potus ſint demonſtrat. Sed notandū qđ aliquādo cibus: aliquādo potus ſunt. In rebus enī obſcurioribus que intelligi nequeūt: niſi exponant: ſcriptura ſacra cibus eſt: quia quicquid exponit vt intelligat: quaſi mādit vt glutiat. In rebus vero apertiorib⁹ potus eſt. Potū enim nō mandendo glutimus. Apertiora ergo mādata bibimus quia etiā non expoſita intelligere valem⁹. Pro eo autē quod multa ezechiel ꝓpheta obſcura atq₃ perplexa auditurus erat: nequaq̄ ei de ſacro volumine dicit bibe: ſed comede: ac ſi diceret: Pertracta ⁊ intellige: id eſt prius māde ⁊ tunc degluti. Sed in verbis ſacri eloquij iſte debet ſtudij noſtri ordo ſeruari: vt hec ideo cognoſcam⁹ quatenus de iniquitate noſtra cōpuncti: cognoſcētes mala que fecim⁹: vitemus: ne alia faciamus. Et cū iam ex magno vſu lachrymarū de peccatoꝝ remiſſiōe ceperit eſſe fiducia: per verba dei que intelligimus: ad vitā quoq₃ ⁊ alios trahamus. Ad hoc enī intelligēda ſūt: vt ⁊ nobis ꝓſint: ⁊ intentiōe ſpiritali alijs cōferant. Unde bene nūc dicit: Comede volumē iſtud ⁊ vade loquere ad filios iſrael Ac ſi ei de ſacro cibo diceret: Comede ⁊ paſce: ſaturare ⁊ eructa: accipe ⁊ ſparge: cōfortare ⁊ labora. Et notandū qđ ꝓpheta ſubiūgit dicēs: Et aperui os meū: ⁊ cibauit me volumie illo. Os in corde eſſe alius ꝓpheta teſtat dicens: Labia doloſa in corde: ⁊ corde locuti ſūt mala. ps.11 Os ergo aperimus: quādo ſenſum ad intelligentiā ſacri verbi preparamus. Itaq₃ ad vocē dn̄i propheta os aperit: quia ad ſpiramentū domini pcepti cordis noſtri deſideria inhiant: vt de cibo vite aliquid ſumāt. Sed tamen hocipm ſumere noſtrarū viriū non eſt: niſi ipe cibauerit q̄ vt comedat iuſſit. Ille etenī cibat qui per ſe edere nō poteſt: ⁊ quia ad capiēda verba celeſtia ydonea noſtra infirmitas non eſt: ipe nos cibat qui nobis in tempe mēſurā tritici temperat: quaten⁹ in ſacro verbo dū hodie intelligim⁹: quod heſterno die neſciebam⁹: cras quoq₃ cōprehendimus: qđ hodie neſcimus: per diuine diſpenſatiōis gratiā: quottidiano alimento nutriamur. Omnipotēs enī deus quaſi totiens ad os cordis noſtri manū porrigit: quotiēs nobis intellectū aperit: ⁊ cibū ſacri eloquij in noſtris ſenſibus mittit. Ci=

bat ergo nos volumie: cū ſenſum nobis
ſcripture ſue diſpēſando aperit: ⁊ eiꝰ dul
cedine noſtras cogitationes replet. Un-
de ⁊ ſubditur.

**Et dixit ad me. Fili homīs
venter tuus comedet: ⁊ viſcera
tua replebunt volumie iſto qđ
ego do tibi.]**

In tranſlatiōe veteri nō habet: venter
tuus comedet: et viſcera tua replebunt.
Sed: os tuū comedet: ⁊ viſcera tua com-
plent. Os eñ noſtrū comedit dū verbum
dei legimus: viſcera vero noſtra cōplent
cum intelligimꝰ atq ſeruamus ea in qui
bus legēdo laboramus. In poſteriori au
tē tranſlatiōe quā ⁊ veraciorē credimus.
Scriptū eſt. Venter tuus comedet: ⁊ vi-
ſcera tua replebunt. In ſacro vero eloq̄o
nōnunꝙ venter ꝓ mente poni cōſueuit.
Unde ⁊ per hieremiā dicit: Uentrē meū
doleo: ventrē meū doleo. Hiere. 4. Qđ
quia de ſpiritali ⁊ nō corporeo vētre dixe
rat adiūxit. Senſus cordis mei cōturbati
ſunt. Neq eñ ad ſalutē populi pertine-
bat: ſi ꝓpheta ventrē corporeū ſe dolere
predicaret: ſed ventrē doluit: qui mentis
afflictionē ſenſit. Sed cur exemplū ꝓphe
te ꝓferimus: cū teſtimoniū dñi apertius
habeamus? Et neceſſe eſt vt cū per ſemet
ipam veritas loquit: propheta taceat: qꝛ
lucerna claritatē nō habet in ſole Ait eñ
qui credit in me ſicut dicit ſcriptura. Flu
mina de vētre eius fluēt aque viue. Ioh.
6. Quia eñ de mente fideliū ſancte pdi-
catiōes defluūt: quaſi de ventre creden-
tiū aque viue flumia decurrūt. Uentris
ſūt viſcera quid ſunt aliud: niſi mētis in
terna: ideſt recta intētio: ſanctū deſideriū
humilis ad deū: pia ad proximū volūtas
Unde recte nūc dicit.

**Uenter tuus comedet: ⁊ vi-
ſcera tua replebunt.]**

Quia cū mens noſtra pabulū veritatis
acceperit: in terna noſtra nō iam vacua re
manēt: ſed alimēto vite ſatiata. Penſe-
mus fratres chariſſimi ꝙ ſit pia iſta ꝓmiſ
ſio qua dicit: Venter tuus comedet: ⁊ vi-
ſcera tua replebunt volumie iſto qđ ego
do tibi. Multi etenī legūt: ⁊ ab ipa lectio
ne ieiuni ſunt. Multi vocē predicatiōis
audiunt: ſed poſt vocem vacui recedunt.
Quorū ⁊ ſi venter comedit: viſcera nō re
plent: quia ⁊ ſi mente intellectū ſacri ver
bi percipiūt: obliuiſcēdo ⁊ non ſeruādo q̄
audierint hec in cordis viſceribus nō re-
ponūt. Hinc eſt eñ quod per ꝓphetā ali
um quoſdā dñs increpat dicens: Ponite
corda veſtra ſup vias veſtras. Seminaſtis
multū ⁊ intuliſtis parū: comediſtis ⁊ non
eſtis ſatiati: bibiſtis ⁊ nō eſtis inebriati.
Aggei. 1. Multū cordi ſuo ſemiat: ſed pa
rū infert qui de mādatis celeſtibus vel le
gendo vel etiā audiēdo multa cognoſcit:
ſed negligēter operādo pauca fructificat.
Comedit ⁊ nō ſatiat qui verba dei audi-
ens: lucra vel gloriam ſeculi cōcupiſcit.
Bene autē nō ſatiari dicit: quia aliud mā
dit: ⁊ aliud eſurit. Bibit ⁊ non inebriat:
qui ad vocē predicatiōis aurē inclinat: ſꝫ
mentē non mutat. Solet eñ per ebrieta-
tē bibentiū ſenſus mutari. Qui ergo ad
cognoſcendū dei verbū deuotus eſt: ſed
ea que ſūt huius ſeculi adipiſci deſiderat
bibit ⁊ inebriatus nō eſt. Si eñ inebria-
tus eſſet: mentē ꝓculdubio mutaſſet: vt
iam terrena nō quereret: iam vana ⁊ trā-
ſitoria que amauerat nō amaret. De ele-
ctis nāq per pſalmiſtā dicit: Inebriabū-
tur ab vbertate domus tue. ps. 35. Quia
tanto omipotentis dei amore repleti ſūt:
vt mutata mēte ſibimetipis extranei eſſe
videant implētes quod ſcriptū eſt. Qui
vult poſt me venire: abneget ſemetipm.
Math. 16. Semetipm abnegat: qui mu-
tat ad meliora: ⁊ incipit eſſe qđ non erat.
Sepe autē quibuſdā vidimus ad vocem
predicatiōis: quaſi ex conuerſione com-
punctos: habitū non animū mutaſſe: ita
vt religioſam veſtem ſumerent: ſed ante
acta vicia non calcarent: ire ſtimulis im-
maniter agitari: malicie dolore in proxi-
mi leſione ferueſcere: de oſtenſis quibuſ-

dam bonis ante humanis oculis ſuperbi
re: preſentis mūdi lucra inhiãter querere
⁊ de ſolo exterius habitu quē ſumpſerūt
ſanctitatiſqʒ fiduciã habere: quibꝰ quid
aliud dicendū: niſi hoc qđ magiſter alͤs
doctor egregius quibuſdã legis exterio-
ra ſeruãtibus loquiť dicēs: Quia in xp̄o
ieſu neqʒ circūciſio aliquid valet: neqʒ p̄-
puciū: ſed noua creatura. Gal. 5. Nō eīm
magni eſt meriti ſi qđ foris erga nos aga-
tur in corpore: ſed magnopere penſandū
eſt quid agať in mente. Nam p̄ſentē mū-
dū deſpicere: trãſitoria nō amare: mētem
medullitus in humilitate deo ⁊ proximo
ſternere: cōtra illatas cōtumelias patien
tiã ſeruare: ⁊ cuſtodita patiētia dolorem
malicie a corde repellere: egenis propria
tribuere: aliena minime ambire: amicū in
deo diligere: ꝓpter deū ⁊ eos qui inimici
ſunt amare: de afflictiōe proximi lugere:
de morte eius qui inimicus eſt nō exulta
re: hec eſt noua creatura: quã idem magi
ſter gentiū apud alios diſcipulos vigilã-
ti oculo requirit dicēs. Siqua igiť in xp̄o
noua creatura vetera tranſierūt: ecce fa-
cta ſunt noua. Ad veterē quippe hominē
pertinet preſentē mundū querere: trãſito
ria ex cōcupiſcentia amare: mentē in ſup
bia erigere: patientiã nō hr̄e: ex dolore
malicie de ꝓximi leſione cogitare: ſua in
digentibus nō dare: atqʒ ad multiplican
dū aliena querere: nullū pure ꝓpter deū
diligere: inimicitias inimicis reddere: de
afflictiōe ꝓximi gaudere. Cūcta hec vetu
ſti ſunt homīs que videlicet de radice tra
himus corruptiōis. Sed qui iam iſta exu
perat: ⁊ ad precepta dn̄ica mentē in beni
gnitate cōmutat: de hoc recte diciť: Que
vetera tranſierunt: ecce facta ſunt noua.
Tūc ergo in noſtris mētibus noua fiunt
cū a nobis vetuſti homīs vicia tranſeūt:
quãdo ſacri verbi preceptū venter come-
dit: ⁊ viſcera medullitus repleń. Sepe
eīm quoſdã vidimus tota ſe mēte ad ſan-
cte lectiōis ſtudiū cōtuliſſe: atqʒ inter ver
ba dominica recognoſcētes in quãtis deli-
querūt: ſemetipſos in lachrymis mactare
merore cōtinuo affici: in nullis huiꝰ mū-
di ꝓſperitatibus delectari: ita vt eis vita
preſens oneri ⁊ lux ipa faſtidio fieret: vix
ad colloquendū cōmunia admittere: atqʒ
a rigore diſcipline animū difficile relaxa-
re ꝓ amore cōditoris luctu ſolūmodo ⁊ ſi
lentio gaudere. Horꝝ venter ſacrū volu-
men comedit: ⁊ viſcera repleta ſunt: quia
precepta vite que ſenſus cape potuit: me
moria nō amiſit. Sed hec collectꝰ in deo
animus lugēdo ſemper ⁊ recolēdo ſerua
uit. Et fit plerūqʒ vt tales quiqʒ ex dono
celeſtis gratie: etiã verbū doctrine perci-
piãt: atqʒ de veritatis pabulo qđ ipi intrī
ſecus dulciter ruminãt: ⁊ ꝓximos ſuaui-
ter paſcãt. De quoꝝ ꝑfecto ore predica-
tio tanto audiētibus dulcis eſt: quãto eo
rū actio cōtraria ſuis predicatiōibus non
eſt. Quia de ꝓpria vita ſumūt: quod per
linguã proximis cōferūt. Unde hic recte
quoqʒ ꝓpheta ſubiūgit.

B Et comedi illud ⁊ factū eſt in ore meo ſicut mel dulce.]

Liber qui viſcera repleat dulcis in ore
ſicut mel factus eſt: qꝛ ipi de omnipotēte
dn̄o ſciunt ſuauiter loqui: qui hūc didice-
rīt in cordis ſui viſceribus veraciter ama
re. In eiꝰ quippe ore ſcriptura ſacra dul-
cis eſt: cuius vite viſcera mãdatis illius
repleń. Quia ei ſuauis eſt ad loquendū
cum interius impreſſa ad viuendū fuerit.
Nam ſermo dulcedinē nō habet: quē vi-
ta reproba intra cōſcientiã remordet. Un
de neceſſe eſt vt qui verbū dei loquiť: pri
us ſtudeat qualiter viuat: et poſt ex vita
colligat: que ⁊ qualiter dicat. Ad predi-
candū namqʒ plus cōſcientia ſancti amo-
ris edificat: q̃ exercitatio ſermōis. Quia
amando celeſtia intra ſemetipm̄ p̄dicator
legit quomō perſuadeat: vt deſpici debe
ant terrena. Qui eīm vitam ſuã interius
penſat: ⁊ exēplo ſuo foris ammonēdo ali-
os edificat: quaſi in corde lingue calamū
tingit: in eo qđ manu verbi alͤs verbū ꝓ-
ximis exterius ſcribit. Inde admirabilis
p̄dicator cū multa diſcipulis exhortãdo di

xit: quia nullā intra ſemetipſm de cōſcientia contrarietatē pertulit: ſecurus adiūxit Si qua virtus: ſi qua laus diſcipline: hec cogitate: que & didiciſtis: & accepiſtis: et audiſtis: & vidiſtis in me hec agite: & de⁹ pacis erit vobiſcū. Phil. 4. Sequit.

Et dixit ad me. Fili homis: vade ad domū iſrael & loqueris verba mea ad eos.]

In eo ꝙ dñs pphete dicit: loqueris verba mea ad eos. Quid aliud ꝙ ei⁹ ori frenū moderamis imponit? ne que prius intus nō audierit: foris dicere pſumat. Nā pphete falſi ſua & nō dñi verba loquebātur. De quibus ſcriptū eſt. Nolite audire verba pphetarū qui pphetāt vobis & decipiūt vos: viſionē cordis ſui loquūtur nō de ore dñi. Hiere. 22. Et rurſum. Nō loquebar ad eos & ipi pphetabant. Ibidē. Qua ex re quoqꝫ colligendū eſt: quia et quiſquis expoſitor explanatiōe ſacri eloquij vt fortaſſe auditoribus placeat aliqd mentiēdo componit: ſua & nō dñi verba loquit: ſi tamen placēdi vel ſeducēdi ſtudio mentiat. Nam ſi in verbis dñicis virtutē requirens: ipe aliter ꝙ is per quem plata ſunt ſenſerit: etiā ſi ſub intellectu alio edificationē charitatis requirat: dñi ſunt verba que narrat: quia ad hoc ſolum deus per totā nobis ſacrā ſcripturā loquitur: vt nos ad ſuū & proximi amorem trahat. Sequitur.

Non enim ad populū pfundi ſermonis & ignote lingue: tu mitteris ad domū iſrahel: neqꝫ ad populos multos pfundi ſermonis & ignote lingue: quorum nō poſſis audire ſermones: & ſi ad illos mittereris ipi audirēt te Domus autē iſrael: nolūt audire te: quia nolūt audire me.]

In ipo iuſſionis exordio quo ppheta ad predicandū mittit: aperte & vocatio gentiū & iſraelitarū repulſio deſignat. Nam cū dicit: Non ad populos multos pfundi ſermōis & ignote lingue mitteris: quorum nō poſſis audire ſermones: atqꝫ ſtatī ſubdit. Et ſi ad illos mittereris ipi audirēt te: aperte declarat obedientia gentiū: que quādoqꝫ predicatoꝝ voces eſſent ſine tarditate ſecuture. Et cū ſubdit. Domus autē iſrael: nolūt audire te: quia nolūt audire me: iudee duricia deſignat que verba predicantiū & cognouit: & ſequi noluit. Ignota autē lingua gentiū ad obediendū morā nō fecit: ꝙuis extranea ab eloꝗo leg fuit. Bene autē dicit: Nolūt audire te: quia nolūt audire me: ſcꝫ hoc qꝺ ſcriptū eſt. Qui vos ſpernit: me ſpernit. Luce. 10. Cauſa quoqꝫ cur nō audiant ſubinfert cum dicit:

Omnis quippe domus iſrael attrita fronte eſt & duro corde.]

Cum domus iſrael attrita fronte eſſe phibet: quid aliud ſentiendū: quidue cogitandū eſt: niſi quod frontē cordis in impudentiā atterit culpa frequēs: vt qꝺ crebrius cōmittit: eo de illo cōmittentis anim⁹ minus verecūdet: atqꝫ ideo ad tantā cordis duriciā quādoqꝫ peccatoꝝ peruenit: vt iam in correptiōe ſenſibilis nō ſit: quia qui vſu peccādi induruit: nullomō corripientis: ideſt manū palpātis ſentit: ſicut iudee quoqꝫ crebrius delinquēti dicitur: Frons mulieris meretricis facta eſt tibi: noluiſti erubeſcere. Jerem. 3. Uel certe attrita frons eſt in hui⁹ mūdi actibus aſſueta: quia ſicut ſunt nōnulli qui quietē cūctis mūdi premijs atqꝫ honoribus ꝑponūt: ita nōnulli vt in hoc mūdo aliquid eſſe videant: terrenis laboribus inſudāt: inſiſtūt cauſis: permiſcent iurgijs: & quāuis ſe corpore deficere inter labores ſentiāt: amore tamē terrenarū rerū deuicti delectabiliter fatigant. Quibus per pphetā dicit: Effraim vitala docta diligere triturā. Oſee. 10. Uitala etenī in tritura aree aſſueta: etiā ſi relaxat a labore ſponte redit. Sic quibuſdā prauis mētibus nihil

eſt laborioſius q̄ ſi eis precipit: vt in huius mūdi actibus nō laborent. Nam ſepe quidā repulſi ab actiōe: terrena deprecātur vt redeāt: rogant vt premant: graue ſe incurriſſe periculū quietē putāt. Attrita ergo fronte ſunt: qui nō ſolum labores nō fugiūt: ſed neq̧ īportūi videri in laboribus q̄ ſibi negant erubeſcūt. Sequit.

¶Ecce dedi faciē tuam valentiorē faciebus eoꝝ: ⁊ frontē tuā duriorem frontibus eoꝝ.]

¶Sicut verecūdia laudabilis eſt in malo ita reprehēſibilis eſt in bono. Erubeſcere eñ malū ſapientie eſt. Bonū vero erubeſcere fatuitatis. Unde ſcriptū eſt. Eſt cōfuſio adducēs peccatū: ⁊ eſt cōfuſio adducens gloriam. Ecci. 4. Qui enim erubeſcit penitēdo mala que fecit: ad vite libertatē peruenit: qui vero erubeſcit bona facere: a ſtatu rectitudinis cadit: atq̧ ad dampnationē tendit. Sicut per redēptorem dicit: Qui me erubuerit ⁊ meos ſermones: hūc filius homīs erubeſcit cū venerit in maieſtate ſua. Luce. 9. Et ſunt q̄ bona iam in mēte cōcipiūt: ſed necdū malis aperte cōtradicūt. Ipi nimirū quia boni ſunt in mēte: ſed auctoritatē nō habēt in locutiōe: apti ad veritatis defenſionē non ſunt. Ille eñ eſſe veritatis defenſor debet: qui qđ recte ſentit: loqui nec metuit: nec erubeſcit. Unde nūc in magno munere ꝓphete promittit. Ecce dedi faciem tuā valentiorē faciebus eoꝝ: ⁊ frontē tuā duriorē frōtibus eoꝝ. Quid eſt autē peccator: niſi vulneratus? Et q̄d p̄dicator: niſi medicus? Si ergo nō erubeſcit peccator qui iacet in vulnere: cur erubeſcat medicus: qui per medicamēta ꝓuidet ſalutem. Sepe vero cōtingit vt predicator reuerēter audiat: nonnūquā vero a peruerſis ita deſpicit: ac ſi eis nihil vtilitatis loquar. Unde recte nūc ſubdit.

¶Ut adamantem ⁊ vt ſilicē dedi faciem tuam.]

Adamas ⁊ ſilex vtraq̧ dura: ſed vnū borum p̄cioſum eſt: alterū vile. Adamas ad ornamentū ſumitur: ſilex ab itinerātibus calcat. Et ſepe cōtingit: vt hos quos correptionē ſuam cōſpicimus nimis humiliter audire: verecūdemur eis aliqua dicere. Nonnūquā vero euenit: vt eos quos increpationē ſuā videmus poſtponere: ⁊ deſpectui habere: trepidemus eis verbū predicatiōis inferre. Sed ſi recte ſapim⁹ ⁊ ad eos a quibus honorari cōſpicimus: ⁊ ad eos a quib⁹ nos deſpici videm⁹: auctoritatē exhortatiōis vel increpatiōs ſumimus: vt nec illoꝝ humilitatē debeam⁹ erubeſcere: nec hoꝝ ſuperbiā formidare. Dicat ẽ. Dedi faciē tuam vt adamantē: ideſt ſi ab auditoribus honoraris. Dedi faciē tuam vt ſilicē: ſi ab auditorib⁹ conculcaris atq̧ deſpiceris: vt nec per illatū honorē refrenet lingua ex verecūdia: nec per deſpectū taceat ex infirmitate. ſequit

¶Ne timeas eos: neq̧ metuas a facie eorum: quia domus exaſperans eſt.]

¶Hoc iam ſuperius dictū eſt. Sed notandum quā aſpera domus habet: cui⁹ aſperitas tam crebro replicat. Increpandus itaq̧ peccator eſt: ⁊ nūquā timēdus: quia domus exaſperās eſt. Timeri eñ homo debuerat: ſi ip̄e auctorem omniū vt homo timuiſſet. Nam qui ratiōis ſenſuȝ ad timorē dei nō habuit: tanto in nullo timēdus eſt: quāto hoc quod eſſe debuit: non eſt. Sequitur.

¶Et dixit ad me. Fili hominis omnes ſermones meos quos loquor ad te aſſūme in corde tuo: ⁊ auribus tuis audi: ⁊ vade ingredere ad tranſmigrationē filioꝝ populi tui.]

¶Uigilanter intuendū eſt qđ voce domini ad prophetā dicit: vt prius ſermones audiat: ⁊ poſtmodū loquat. Audim⁹ eñ verba dei ſi facimus. Et tūc ea proximis recte loquimur: cū prius ip̄i fecerimus.

Quod bene marcus euāgeliſta cōfirmat cū factum dñi miraculū narrat dicēs: Adducūt ei ſurdū ꝛ mutū ꝛ deprecabant eū vt imponat illi manū. Mar. 7. Cuius ordinē curatōis iſinuat ſubdēs. Miſit digitos ſuos in auriculas: expuēſqꝫ tetigit linguā eius: ꝛ ſuſpiciēs in celū ingemuit: et ait illi: Effeta qđ eſt ad aperire: ꝛ ſtatim aperte ſunt aures eius: ꝛ ſolutū eſt vinculū lingue eius: ꝛ loquebaꝫ recte. Ibidez. Quid eſt em̄ quod creator omniū deus: cum ſurdū ꝛ mutū ſanare voluiſſet: in aures illius ſuos digitos miſit: ꝛ expuēs linguā eius tetigit? Quid per digitos redēptoris: niſi dona ſanctiſpiritus deſignātur? Unde cū in loco alio eieciſſet demoniū dixit: Si in digito dei eijcio demonia ꝑfecto peruenit in vos regnū dei. Luce xi. Qua de re per euangeliſtā aliū dixiſſe deſcribiꝫ. Si ego in ſpiritu dei eijcio demones: igitur peruenit in vos regnū dei. Ex quo vtroqꝫ loco colligiꝫ: quia digitus ſpiritus vocaꝫ. Digitos ergo in auriculas mittere: eſt per dona ſpirituſſancti mentē ſurdi ad obediendū aperire. Quid eſt vero quod expuēs linguā eius tetigit Saliua nobis eſt ex ore redēptoris: accepta ſapientia in eloquio diuino. Saliua quippe ex capite defluit in ore. Ea ergo ſapiētia que ip̄e eſt: dum lingua noſtra tāgiꝫ: mox ad predicatiōis verba formaꝫ. Qui ſuſpiciens in celum ingemuit: non quod ip̄e neceſſariū gemitū haberet: qui dabat qđ poſtulabat: ſed nos ad deū gemere qui in celo p̄ſidet docuit: vt ꝛ aures noſtre per dona ſpirit⁹ aperiri: ꝛ lingua per ſaliuā oris: ideſt per ſcientiam diuine locutiōis ſolui debeat ad verba p̄dicationis. Cui mox effeta id eſt ad aperire dicitur: ꝛ ſtatim aperte ſunt aures eius: ꝛ ſolutū eſt vinculū lingue eius. Marci. 7. Qua in re notandū eſt: quia ꝓpter clauſas aures dictū eſt: ad aperire. Sed cui aures cordis ad obediendum aperte fuerint ex ſubſequēdi proculdubio etiā lingue eius vinculū ſoluiꝫ: vt bona que ip̄e fecerit: etiā faciēda alijs loquaꝫ. Ubi bene addiꝫ. Et loquebaꝫ recte. Ille em̄ recte loquiꝫ: qui prius obediendo fecerit: q̄ loquēdo ammonet eſſe facienda. Quod vero ad trāſmigrationē populi ammonēdam ꝓpheta mittiꝫ: non ſolū ea tranſmigratio debet intelligi que ei⁹ populi erat in corpore: ſed etiā que facta fuerat in mēte. Ab hieruſalē quippe ad babyloniā venerat. Et quid hieruſalē: niſi viſio pacis? Quid babylonia: niſi cōfuſio vocatur? Quiſquis vero a rectis opibus in puerſis actib⁹ cadit: quādo a bono ſtudio ad vicia defluit: quaſi ab hieruſalē ad babylonē ciuitatē venit. Culmen em̄ bone cōtemplatiōis deſeruit: atqꝫ in tranſmigratione cōfuſionis iacet. Quod illis ſepe ſolet euenire: qui cum bona agūt in his de ſua virtute gloriaꝫ. Unde pſalmiſta ne a viſione pacis: ideſt a bonis actibus captiu⁹ ad babyloniā emigraret: dño ſupplicās dicit: Adiutor meus non emigrabo. p̄s. 61. Si em̄ in ſe cōfideret: a iuſticie operibus cadēdo migraſſet. Sed neqꝫ hi qui a ſtatu rectitudīs in prauā actionē ceciderūt: deſperādi ſunt. Quia ecce propheta ad tranſmigrationē babylonie mittiꝫ. Et per ꝓphetā aliū domin⁹ dicit: Et venies vſqꝫ babylonē ibi liberaberis Michee. 4. Sepe em̄ quis poſtq̄ in ꝯfuſionē vicioꝝ ceciderit: erubeſcēs mala q̄ perpetrauit ad penitētiā redit: ſeqꝫ a ſuis lapſib⁹ bene viuēdo erigit. Quid ḡ iſte: niſi vſqꝫ ad babylonē venit: ꝛ ibi liberatus eſt? Qui poſtq̄ ꝯfuſus mente ꝑuerſa perpetrauit: hec ip̄a erubeſcens mala que fecit: ſe cōtra ſe erigit: ꝛ bene oꝑando ad ſtatū rectitudīs redit. In babylone itaqꝫ liberatus eſt: q̄ per diuinā gratiā oſtendiꝫ etiā de cōfuſione ſaluatus. Propheta ergo ad trāſmigrationē loquiꝫ: cū illos increpat qui a ſtatu rectitudīs ad erroris vicia tranſmigrādo ceciderūt. Sequiꝫ.

¶ Et loqueris ad eos: ꝛ dices: Hec dicit dominus deus ſi forte audiant ꝛ quieſcant.

¶ Quod totiens diuīs vocib⁹ difficultas

audiendi repetit̃ vt dicat̃: ſi forte audiãt: quid aliud q̃ trãſmigrati populi duricia deſignat̃? In quib⁹ verbis magna eſt noſtra cõſolatio: quia ſi omĩpotens deus ꝓphetam mittẽs a peruerſo populo verba ſua denũciat difficile audiri: cur nos miſeri cõtriſtamur cũ ſepe a fratrib⁹ in noſtra ammonitiõe cõtempnimur? Naz crebro delinquẽtes alloquimur: frequẽter increpamus: ſepe cũ eis blandis ſermonibus agimus: at aꝗs ꝛ tamen alter audit: alter audire cõtempnit: alter ex parte verba exhortatiõis ſuſcipit: ꝛ ex parte recipere recuſat: ita vt quottidie impleri videamus hoc qđ per prophetã aliũ dñs narrat que fecerit iratus cũ dicit: Pluui ſuꝑ ciuitatẽ vnã: ꝛ ſuper alterã non pluui. Pars vna cõpluta eſt: ꝛ pars que cõpluta nõ eſt exaruit. Amos. 5. Cuz em̃ ſancte exhortationis verba alia mẽs ſuſcipit: alia ſuſcipere recuſat: ſuꝑ vnã ciuitatẽ dñs pluit: ꝛ ſuꝑ alterã nõ pluit. Cum vero ꝛ ipſe q̃ ꝓrios audit ab alijs ſe vicijs corrigit: atq; ab alijs emẽdare ꝯtẽpnit: vna eadẽq; ciuitas ꝛ ex ꝑte cõpluit̃ ꝛ ex parte arida remãet in qua a ſe predicatõis pluuiã repellit. Sũt etem̃ quidã qui exhortatiõis verba omĩno nõ audiũt: hi penitus ſuſcipere pluuiã nolunt. Et ſunt quidã qui audiũt: ſed tamen hãc medullitus nõ ſequũtur: q2 alia in ſe vicia reſecãt: ſed in alijs grauiter ꝑdurant. Sepe em̃ quoſdã videmus q̃ per predicatiõis verbũ a ſemetipſis auaricie eſtũ repellũt: ꝛ non ſolũ iam aliena nõ rapiũt: ſed ꝓpria indigentib⁹ largiunt̃: nec tamẽ ire ſtimulos edomãt: ꝛ patiẽtie moderamina per mẽtis tranquillitatẽ ſeruãt. At ſepe alij ad exhortatiõis verbũ in ſemetipſis tanto carnis immũdiciaz vincũt: corpus in caſtitate cuſtodiũt: nec tamen adhuc animũ ſicut debent ꝓximis inclinãt: ſed per rigorẽ ſuperbie in cogitatiõe ſe eleuant. In iſtis pars vna cõpluta eſt: quia fructũ fecit: ꝛ pars que cõpluta non eſt aruit: quia exhortatiõis verbũ nõ plene ſuſcipiens: a bono opere ſterilis remãſit. Sequitur.

Et aſſumpſit me ſpirit⁹ ꝛ audiui poſt me vocez cõmotionis magne benedicta gloria domini de loco ſuo.

Quid eſt hoc qđ ꝓpheta poſt q̃ ad trãſmigrationẽ filioꝝ populi mittit̃: vocẽ poſt ſe magne cõmotiõis audit dicentẽ: Benedicta gloria dñi de loco ſuo. Cõuerſus quippe ad peccatores babylonie fuerat: ꝛ vocẽ glorie dñi de loco ſuo poſt terguz audiebat. Locus eſt em̃ dei hieruſalẽ: id eſt viſio pacis. Quia nimirũ illa corda vidẽt ea que dei ſunt: que ad trãſmigrationẽ babylonie: hoc eſt ad cõfuſionis vicia nõ deſcẽdũt. Ibi em̃ inhabitat deus: vbi vera pax querit̃: interne contemplatiõis gloria amat̃. Nam qui ad peruerſitatẽ defluit: locus dei eſſe cõtempnit. Locus ergo glorie dei eſt vel ſancta queq; aĩa: vel vnuſquiſq; in celeſtib⁹ permanẽs angelicus ſpiritus ꝛ gloria dñi de loco ſuo benedicit̃: cũ vel ab electis homĩbus: vel a ſanctis angelis auctori oĩm laus eterna cantat̃. In eo ergo qđ iuſti de ꝯuertẽdis peccatoribus cogitãt: quia eoꝝ vicia cõſiderãdo ad carnales actus oculũ ducũt: quaſi ad babyloniã intendũt: qui tamen pro ſtatu ſue rectitudĩs: quia in laude dei bona ſanctoꝝ cõſiderare nunq̃ deſinũt: quãuis per cogitationẽ aliud intendũt: quaſi poſt ſe vocẽ glorie dñi ab hieruſalẽ: id eſt de loco ſuo audiũt. Sed cur in iſtis ĩmoramur: qui hec ꝓphete verba largiẽte domino per aſcẽſum alterũ ꝛ ſubtilius intelligere: ꝛ aptius dicere valeam⁹. Ait em̃: Et aſſumpſit me ſpũs. Predicatores ſpiritus aſſumit cũ eius mentẽ in amorẽ dei omĩpotentis eleuatã a terrenis iã deſiderijs alienã reddit: vt nihil ei agere libeat niſi ea que quibus lucra ſpiritalia cõgregat cõgreget: ꝛ ad regna celeſtia q̃ttidiani ſui opis fructũ portet. Unde ꝛ nobis p̃dicatoribus iubet̃. Operamini nõ cibuz qui perit: ſed q̃ permanet in vitã eternã. Iohis. 6. Bene autem ſubdit̃. Et audiui poſt me vocẽ commotiõis magne. Pro=

pheta ſancto ſpiritu repletus: quaſi tranſ
acta narrat: que facieda preuidit: quia et
in predeſtinatiōe iam facta ſunt: que ad-
huc in ope ſequūtur. Unde ⁊ in trāſlatio-
ne veteri per eſaiā dicit: Qui fecit que fu
tura ſunt. Quid eſt ergo qđ poſt ſe pphe
ta vocē audiuit commotiōis magne: niſi
qđ poſt ſermonē p̄dicatiōis qui fit ad cor
da peccantiū: lamenta penitentiū ſequūt.
Peruerſi etem̄ quiqꝫ dū ſpraua agunt: ⁊ a
iuſtis recta audiūt: neſciūt ꝙ ſint grauia
que cōmittūt: atqꝫ ex ipa ſua ignorātia in
ſuo ſtupore ſecuri ſunt: ⁊ iacentes in cul-
pis: quaſi molliter quieſcūt. Sicut de q̄-
dā peccatore ⁊ ſecuro populo dicit: Neqe
uit in fecibus ſuis. Hiere. 48. quia ſecu
rus iacuit in peccatis. Cū vero audire p-
uerſi verbū predicatōis ceperint: que ſint
ſupplicia eterna cognoſcere: qui terror iu
dicij ꝙ ſubtilis examinatio de ſingulis q̄
buſqꝫ peccatis ilico cōtremiſcūt: implent
gemitib⁹: ⁊ nō ſe capiētibus ſuſpirijs an-
xiant: atqꝫ magno pauore ꝯcuſſi: in luctu
⁊ fletibus erumpūt. Prophetā ergo vox
magne cōmotiōis ſequit. Quia poſt ver
bū predicatiōis cōuerſoꝝ atqꝫ penitentiū
luctus audiunt: qui em̄ prius quieti iace
bāt in vulnere: tacti poſtmodū manu me-
dicine: cū dolore redeūt ad ſalutem. De
hac cōmotiōe penitentiū per pphetā ali
um dicit: Pedes eius ſteterūt ⁊ mota eſt
terra. Zach. 14. Quia cū veritatis veſti
gia in mēte audientiū figunt: ipa mens in
ſui cōſideratiōe turbata cōmouet. Hinc
pſalmiſta p peccatoribus exorat dicens:
Qui ſedes ſup cherubin moueat terra.
ps. 79. Hinc p afflictis ⁊ p penitētibus
deprecās ait: Cōmouiſti terrā ⁊ cōturba-
ſti eam ſana ꝯtritiōes eius: quia mota eſt
ps. 69. Terra quippe cōmota ⁊ turbata
eſt: peccator de cognitiōe reatus ſui anxi-
us ad penitētie lamēta perductus. Pec-
canti etem̄ homini dictū eſt: terra es ⁊ in
terrā ibis. Gen̄. 3. Exoret ergo vt ſanetur
cōtritio terre: quia mota eſt quaten⁹ pec-
cator qui de culpis ſuis affligit: de cele-
ſtis miſericordie gaudio cōſolet. Hec eſt
itaqꝫ vox cōmotiōis magne: quādo vnuſ
quiſqꝫ ſua acta dijudicās: in afflictiōe pe
nitentie perturbat. Sed quid vox ipa di-
cat: audiamus.

Benedicta gloria domini de loco ſuo.]

Locus em̄ maligni ſpūs fuerant corda
peccantiū: ſed cū ſibimetipis irati per pe-
nitentiā redeūt ad vitā glorie: dn̄i locus
fiūt. Jam em̄ ſe contra ſe erigūt: iam peni
tētie lachrymis inſequūt mala que cōmi
ſerūt. Unde ergo audit benedictio glorie
in laude dei: vnde prius ſonabat creato-
ris iniuria de amore p̄ſentis ſeculi. Et cor
da penitentiū fiūt iā dn̄o locus ſuus: que
prius in peccatis ſuiſ poſita: fuerāt locus
alienus. Ipi autē quia peccatis ſuis a do
mino cōuertunt: non ſolū delent lachry-
mis peruerſa que fecerūt: ſed etiā miris
opibus ad alta pficiūt: vt ſancta anīalia
dei oīpotētis fiāt: vt ſignis ⁊ virtutib⁹ ad
alta euolēt: vt terrā fundit⁹ deſerant: ⁊ ac
cepto dono ſeſe ad celeſtia p deſideriū ſu-
ſpendāt. De quibus adhuc ſubdit.

Et vocem alarū animaliū per cutientiū alterū ad alterū.]

Audiuit poſt ſe ppha vocē cōmotōis ma
gne: qꝛ ſicut dictū eſt: verbū p̄dicantiū lu
ctus penitentiū ſequit. Audit poſt ſe vo-
cem alarū animaliū: quia ex ipo luctu pe-
nitentiū oriunt virtutes ſanctoꝝ: vt tāto
magis in ſancta actiōe pficiant: quāto ſe
ad cognitionē vite nequiter egiſſe memi-
rūt. Sed eſt in his verbis magna dubita
tio: quia nō aperte per pphetā dicit: vtrū
vnūquodqꝫ anīal alas ſuas in ſemetipis
percutiat: an certe hec eadē ſancta anīa-
lia alis ſuis ſe viciſſim feriāt: vt ala hui⁹
alterū: ⁊ ala alterius iſtud anīal tangat.
Sed quia plerūqꝫ in ſacro eloq̄o ideo ali-
quid obſcure dicit: vt diſpēſante mirabili
ter deo: multipliciter exponat. Nos cha-
ritati vr̄e vtraqꝫ exponere largiēte domi
no debemus. Sepe iam alas anīaliū vir-
tutes diximus eſſe ſanctoꝝ: quomō ergo
vnūquodqꝫ anīal alas ſuas excutiēs alte

ram percutit: niſi quod aperte dat intelligi: quia ſi ſancta animalia efficimur virtus in nobis virtutem excitat: dum vna alterā ad perfectionē pulſat. Ecce etem̄ quis habet iam verbi dei ſcientiā: diſcat vt viſcera etiā miſericordie habeat. Per ſcientiam quippe verbi dei diſcit. Date elemoſynā: ⁊ ecce omnia mūda ſunt vobis. Luce. xi. Nunc iam eſſe miſeri cors in elemoſynis ceperit: verba ſancte auctoritatis legit: ⁊ quicquid in eis de miſericordia dicit: vberius per experimentū intelligit. Ibi em̄ ſcriptū eſt. Pater eram pauperū. Job. 29. Quod fortaſſe antea legebat ⁊ pteribat. Sed cū in eius corde iam miſericordiā ceperit imitari natura: quod eſt patrē eſſe pauperū: legit ⁊ recognoſcit: quia introrſus rediens: in ſemetipo intelligit quod foris audit. Aliud nā eſt elemoſynā ex precepto facere: atq alind ex charitate. Ex pcepto enim facere bonū: inchoantiū eſt: ex charitate autē bonū perfectoꝝ: qui non ſolū que iubent faciūt: ſed etiam diligūt faciendo qd iubetur. Hinc eſt em̄ quod in magna virtute per pſalmiſtā dicitur. Vide quia mādata tua dilexi domīe: in tua miſericordia viuifica me. ps. 118. Mandata etem̄ dei pro iuſſione facere ſeruiētis ⁊ obedientis eſt: diligēdo hec facere obediētis ⁊ amantis. Quia ergo ⁊ per ſcientiā charitas miſericordie diſcit: ⁊ per charitatē miſericordie in corde cōpuncto ſcientia multiplicat. Ala in nobis alam percutit: quia virtus virtutē excitat. Sic qui caſtitatis bonū in ſuo corpe cuſtodit: contra luxuriātes zelo accendit: vt ab immūdicie maculis expient. Et ſepe dum quoſdā in lapſibus inuenit: edomat: affligit: atq ad caſtitatis mundiciā reſtringit: cui⁹ ſi forte mens de īmundicia luxurie fuerit temptata: ex ipo zelo quo alios correxit: ſemetipm conuenit ⁊ erubeſcit immunda cogitare: que ſe malis recolit correxiſſe. In hoc ergo ala alā percutit: dū virtus virtutē pulſat: et ab immūdicia cuſtodit. Si vero vt prefati ſumus viciſſim ſe alis ſuis animalia feriūt: ⁊ alter ad alterā ala percutit ſingulorū: huius quoq deſcriptiōis largiēte domino ſenſus patet. Quid eſt ergo qd hec pennata aialia viciſſim alas altera ad alteram feriūt: niſi quod om̄es ſancti ſeinuicem ſuis virtutibus tangūt: ⁊ ſeſe ad profectū excitant ex cōſideratiōe virtutis aliene? Non em̄ vni dant om̄ia: ne in ſuperbiā elatus cadat? Sed huic dat quod tibi non dat: ⁊ tibi dat quod illi denegat: vt dū iſte conſiderat bonū qd habes: ⁊ ipe non habet: te ſibi in cogitatiōe preferat. Et rurſum dū tu habere illū conſpicis qd ipe nō habes: te illi in tua cogitatiōe poſt ponas ⁊ fiat qd ſcriptū eſt. Superiores ſibijnuicē arbitrātes. Philip. 2. Ut enim pauca ex multis loquar: iſti mire abſtinētie virtus tribuit: ⁊ tamen verbū ſcientie nō habet. Illi autē datur verbū ſcientie: ⁊ tamen virtutē perfecte abſtinētie apprehendere conat ⁊ nō valet. Huic libertas vocis tribuit: vt oppreſſis quibuſq ptectiōis ſolatia impendens: ad defenſionē iuſticie libere loquatur: ſed tamē adhuc multa in hoc mūdo poſſidens relinquere om̄ia vult ⁊ nō valet. Illi vero iam datū eſt om̄ia terrena relīquere vt nihil in hoc mūdo cupiat habere: ſed tamē adhuc auctoritatē vocis cōtra peccātes quoſq nō preſumit exercere. Et qui ideo plus loqui libere debuit: quia iam nō habet vnde in hoc mūdo teneat: loqui cōtra alios libere recuſat: ne ipam vite ſue quietē perdat. Iſti virtus pphecie data eſt: multa iā que ventura ſūt preuidet: ſed tamē preſentis pximi egritudinē conſpiciēs: atq compatiens nō valet curare. Illi data eſt curatiōis gratia: atq a corpore pximi moleſtiam que in pſenti eſt oratiōibus repellit: ſed tamē quid ſeipm paulopoſt ſequatur ignorat. Mira itaq diſpenſatiōe om̄ipotens deus ſic in electis ſuis ſua dona diſpenſat: vt ⁊ iſti det quod illi denegat: et alteri maius qd alteri min⁹ tribuat: quatenus dū vel iſte habere illū conſpicit qd ipe nō hȝ: vel ille hūc maius accepiſſe cōſiderat quod ſibi minus adeſſe penſat: dū

na vel alter in altero: id eſt viciſſim om̃es
ammirentur: atqꝫ ex hac ipſa ammiratiõe hu
milietur alter alteri: ꝛ quẽ videt habere qđ
non habet: eũ diuino iudicio ſibi ꝑlatū
putet. Alis ergo ſuis viciſſim ſe aĩalia
feriūt: cum ſancte mẽtes alternis ſe virtu
tibus tangūt: ꝛ tangendo excitãt: atqꝫ ex
citata ad ꝓfectū volant. Videam⁹ pau-
lū quomodo apoſtoloꝝ alis tactus: atqꝫ
ad penitentiã excitatus fuerat: qui mala
ꝑterite perſecutiõis ſue ꝛ apoſtoloꝝ inno
centẽ vitã conſiderãs dicebat. Ego em̃ ſū
minimus apoſtoloꝝ: qui nõ ſum dignus
vocari apoſtol⁹: quia perſecut⁹ ſum eccle
ſiã dei. 1. Corinth. 15. Conſiderauit quip
pe apoſtoloꝝ innocentiã: ꝛ ꝓpter prece-
dentẽ maliciã vilis in ei⁹ oculis facta eſt
om̃is quã exhibebat in eccleſia ſollicitu-
do ſua. Et ꝙ multos ex accepto ĩtellectu
precederet nõ attendit: quia illoꝝ innocẽ
tiã pẽſans perſecutorẽ aliquãdo fuiſſe ſe
doluit. Sed videam⁹ ſi quis ex apoſtolis
eū qui paulo datus eſt intellectū miratur.
Ipſe nobis apoſtoloꝝ primus requirẽdus
eſt: qui diſcipulos ãmonens ait: Sicut ꝛ
chariſſim⁹ frater noſter paulus ſcđm da-
tã ſibi ſapientiã ſcripſit vobis. 2. Petri. 3
Sicut ꝛ in oĩbus epiſtolis loquẽs in eis
de his in quib⁹ ſunt quedã difficilia intel
lectu que indocti ꝛ inſtabiles deprauãt.
Miratur itaqꝫ in apoſtolis om̃ibus paul⁹
innocentiã: miratur apoſtoloꝝ primus in
paulo ſapientiã. Alis ergo ſe tangūt qui
inde ſe viciſſim ad profectū excitãt vnde
volant. Hoc itaqꝫ om̃ipotens deus agit
in cordib⁹ hominū: qđ facit in regionib⁹
terraꝝ. Poterat nãqꝫ vnicuilibet regio-
ni fructus om̃es tribuere: ſed ſi vnaqueli
bet regio alteri⁹ regionis fructibus nõ in
digeret: cõmunionẽ cū altera nõ habuiſ-
ſet. Unde fit vt huic vini: alij vero olei
abundantiã tribuat: hãc multitudine pe-
cudū: illam vero vbertate abūdare faciat
frugum: vt cū illa defert quod iſta nõ ha-
bet: ꝛ iſta reddit quod illa nõ detulit: per
cõmunionẽ gratie ſibi ſimul etiam diuiſe
terre coniūcte ſint. Sicut ergo terrarum:
ita ſunt mentes ſanctoꝝ. Que dū viciſ-
ſim ſibi cõferūt quod acceperūt: quaſi fru-
ctus ſuos regiones regionib⁹ impendūt:
vt in vna om̃es charitate iungantur. Sed
inter hec ſciendū eſt: quia ſicut electi quiſ-
qꝫ hoc ſemper in alijs attendūt: qđ a deo
melius acceperūt ꝙ ipſi vt eos ſibi in co-
gitatiõe preferãt: ſeqꝫ illis in humilitate
ſubſternãt: ita reproboꝝ mens nunꝙ con
ſiderat quid alter boni ampliuſquã alter
al's ipſe habeat. Neqꝫ em̃ penſant que bo
na ſpiritus alter acceperit et ipſis deſint:
ſed que bona ipſi ꝛ que mala adſint alteri.
Et cū omnipotens deus ad hoc virtutes
ſingulis diuidat: vt alterū alteri in cogni
tione al's cogitatiõe humiliet: ad hoc re-
probi pertrahūt bonū quod acceperūt: vt
ex eo in elatiõe perdantur: dum ſemper cõſi
derãt bona que ipſi habent: ꝛ alij non ha-
bent: ꝛ nunꝙ perpendere ſtudẽt quanta
bona alij habẽt: ꝛ ipſi non habeãt. Quod
ergo diuina pietas in augmentū diſponit
hūilitatis: hoc mẽtes reprobe in augmẽ-
tum vertūt elatõis: ꝛ ex diuerſitate mune
rum a bono deficiūt vnde creſcere in hu-
militatis bono debuerūt. Propter hoc er
go neceſſe eſt fratres chariſſimi: vt in vo-
bis hoc ſemꝑ debeatis aſpicere quod mi-
nus habetis: in ꝓximis vero hoc qđ vo-
bis amplius acceperūt: quatenus dū ſuꝑ
voſmetipſos eos ꝓ bono quod ipſi habent
ꝛ vos nõ habetis aſpicitis: ad hoc quoqꝫ
obtinendū etiã vos ex humilitate creſca-
tis. Si em̃ ꝛ vos in illis accepta bona ꝓ-
pẽditis: ꝛ illi in vobis ꝯſiderãt bona que
habetis: viciſſim vos alis tangitis: vt ex
citati ſemper ad celeſtia voletis. Sequitur

¶ Et vocem rotarū ſequentiū
aĩalia ꝛ vocẽ cõmotiõis magne.

¶ In rotis ſacri eloquij teſtamẽta ſignari
ſuperius diximus. Uox igitur rotarū: eſt ſer
mo teſtamentoꝝ. Poſt vocem itaqꝫ ala-
rum animaliū audit etiam vox rotarum:
quia predicantiū ſermone ſuſcepto: dum
virtutes ſanctorū ad altiora agenda euo-
lant: ſeqꝫ viciſſim ad profectum pulſant:
ſancte eccleſie ſtatus erigitur: vt per vni-

uerſum mundū ſacroꝝ teſtamentoꝝ pagine legant. Ubiq; etenī iam ſanctū euāgeliū: vbiq; apoſtoloꝝ dicta: vbiq; lex ꝛ ꝑphete reſonāt. Poſt alarū ergo vocē vox rotarū ſequit quia poſt ſanctoꝝ miracula verba ſacri eloquij intra ſanctā eccleſiā libere ꝛ licēter audiunt. Que rote aīalia ſequūtur: quia ſicut ſuperius dictū eſt: poſt ꝙ in honorē venit vita ſanctoꝝ: veneranda quoq; apparuerūt hoībus eloquia teſtamentoꝝ. Uel certe rote anīalia ſequūtur: quia in ſanctoꝝ patrū vita cognoſcimus: quid in ſacre ſcripture volumine intelligere debeam⁹. Illoꝝ quippe nobis actio aperit hoc qđ in ſuis ꝑdicatiōibus pagina teſtamentoꝝ dicit. Sed querendū nobis eſt cur poſtꝙ ſuperi⁹ dictū eſt. Audiui poſt me vocē cōmotiōis magne poſt vocē quoq; alarū atq; rotarū ſubdit. Et vocē commotiōis magne. Quod ſi diligenter aſpicit: inueniri poteſt: qꝛ nō ocio ſe repetit. Que quippe ſunt commotiōes magne: quib⁹ corda noſtra commouent. Una quippe cōmotio ex timore eſt: altera ex caritate. Una fit ex luctu penitentiū Alia ex feruore amantiū. Poſt predicatiōis ergo verbū prima cōmotio eſt: cum plangimus mala que fecimus. Poſt vocem vero alarū ꝛ rotarū ſecunda cōmotio eſt: dū magnis fletibus querim⁹ celeſtia bona que audimus. Ecce enī quia intra ſanctā eccleſiā de multis patrib⁹ virtutū exempla cognoſcim⁹: quaſi alarū ſonitū quottidie audimus: quia vbiq; ſacra eloquia perſonāt: quaſi rotarū vocibus excitamur. Et quia per eadē ſacra eloquia ad amorē noſtri conditoris accēdimur: magnis feruoris ignib⁹ ardentes eſſe nos lōge adhuc ab oīpotentis dei facie plangimus. Poſt primā ergo vocē cōmotionis magne: ꝛ ad extremū quoq; vox cōmotionis magne fit: quia qui cognoſcēdo deum cepimus peccata plāgere: iam diligēdo quē cognoſcimus nō ceſſamus eū cuꝫ fletibus deſiderare. Poſt rotarū itaq; vocē vox magne cōmotiōis ſequit: quia cuꝫ teſtamēta dei in aurē al's aure cordis ſonare ceperint: audientiū ſpiritus ex amore compūctus ad lamenta cōmouet. Hic eſt enī quod ſcripture ſacre verba fiūt in corde legentiū ſapida. Hinc eſt quod ab amātibus plerūq; in ſilētio quaſi furtiue ꝛ tacite legunt. Unde per ꝓphetā quoq; aliū dicit: Preſcidiſti in alienatiōe capita potentium: mouebunt in ea gentes ad aperiēt ora ſua ſicut pauꝑ edens in occulto. Oīpotens enī deus in alienatiōe capita potētiū preſcidit: qꝛ iudeoꝝ ſuꝑbia a ſemetipſo alienādo repulit: in qua alienatione gentes mote ſunt: quia dū iudei a fide caderēt: ad agnitionē fidei corda gentiliū cucurrerūt: que videlicꝫ gētes in ſacre lectionis pabulo os cordis aperiūt: ꝛ in occulto ſicut pauper comedūt: quia cū feſtinatiōe ꝛ ſilentio verba vite legētes ſumūt. Sed ſciendū eſt quia quāto auditores in charitate atq; intellectu ꝓficiūt: tāto ſanctis ꝑdicatoribus maior gratia ſpiritus dat. Unde cū prius ꝓpheta dixiſſet Aſſumpſit me ſpūs: ꝛ audiui poſt me vocē cōmotōis magne. Poſt vocē cōmotionis magne alarū atq; rotaꝝ: atq; iterū cōmotiōis magne. Illico ſubiungit.

¶ Spiritus quoq; eleuauit me ꝛ aſſumpſit me.

¶ Cur qui ſe aſſumptū iam a ſpiritu dixerat: iterū eleuatū ꝛ aſſumptū narrat. Sꝫ ad altiora mēs predicantiū ꝓficit: cū per eos ſenſus audientiū ad oīpotrntis dei deſideriū cōmouent. Qui videlicet ꝑdicatores ſancti icirco ꝓficiūt: vt per eoꝝ miniſteriū dona gratie in ſancta eccleſia multiplicent: ſicut de hac ſancta eccleſia ſcriptū eſt. Riuos eius inebriās multiplica generatiōes eius: in ſtillicidijs ſuis letabit cum exoriet. ps. 22. Riui quippe eccleſie ſancti: ꝑdicatores ſunt: qui terrā noſtri cordis infundūt. Sed cū inebrant riui: generatiōis eccleſie multiplicātur: quia cū vberiorē gratiā ſpiritus ꝑdicatores accipiūt: fideliū numerus auget: que ſancta eccleſia in ſuis ſtillicidijs letat. In ſtillicidio etenī aqua de tecto in terrā ca

dit que de celo ceciderat in tectū. Tectū vero eccleſie ſancti predicatores ſunt: qui nos intercedēdo ꝛ āmonitiōibus muniēdo ꝓtegūt. Sed quia illoꝝ coꝛ diuinitus in predicatiōe infundit: quaſi aqua de celo venit in tectū: quia vero nos eoꝝ verbis irrigamur: quaſi aqua de tecto defluit in terrā. Sancta itaqꝫ eccleſia dū exorit: in ſtillicidijs ſuis letat: qꝛ cū in fide ꝛ bonis operibus naſcit: ea que accepit dona cōſiderat: ꝛ in verbis predicantiū exultat Quia ergo auditoribus ad meliora ſurgentibꝰ: eoꝝ quoqꝫ p̄dicatoribus gratia multiplicat: ꝓpheta dicat.

Spiritus quoqꝫ eleuauit me ꝛ aſſumpſit me.

Inde em̄ predicatoꝛ magis ac magis eleuat ꝛ aſſumit: vnde auditoꝛ ad meliorem vitā mutat. Sed querendū nobis eſt: cū ſpiritus mentē nō eleuet niſi aſſumpſerit cur prius eleuauit: ꝛ poſtmodū dicit aſſūpſit? Sed hoc loco aſſumpſit dictū eſt cōſtāter tenuit. Nam ſunt nōnulli quos eleuat ſpiritus: ſed nō aſſumit: quoꝝ ꝛ intellectus ad ſpiritalia emicat: ꝛ tamen vita in factis carnalibus remanēs: intellectui nō cōcordat. Balaam nāqꝫ per ꝓphecie ſpiritū eleuatus erat: ſed aſſumptus non erat. Num. 22. qui ꝛ veraciter potuit lōge poſt futura ꝓſpicere: ꝛ tamē a terrenis deſiderijs mentē noluit ſeparare. Sed qꝛ ꝓpheta ſanctus ſciētia eleuatus eſt: ꝛ vita pariter aſſumptus: iam qualis in p̄dicatione pergat audiamus.

Et abij amarus in indignatione ſpiritus mei.

Penſate fratres chariſſimi is cui dona ſancti ſpiritus creuerāt cur amarus abibat? An omne coꝛ qđ idem ſp̄us aſſumit: amaꝝ in indignatiōe ſui ſpiritꝰ facit. Unde ſciendū eſt: quia cui adhuc p̄ſens vita dulcis eſt etiā ſi verbū dei loqui videat: eleuatus ꝛ aſſumptus predicatoꝛ nō eſt. Mentē enim quā ſanctuſſp̄us replet: in amaritudinē tempoꝛaliū delectatio eternoꝝ cōmouet. Dulce em̄ eſt eſſe in rebus humanis: ſed ei qui adhuc de celeſtibus gaudiā nulla guſtauit: quia quāto minus eterna intelligit al's diligit tāto delectabilius in tempalibus requieſcit. At ſiqs iam cordis oꝛe guſtauerit: que ſit illa dulcedo celeſtiū premioꝝ: qui illi hymnidici angeloꝝ choꝛi: que incōprehenſibilis viſio ſancte trinitatis: huic q̄to illud dulce fit qđ intus videt: tāto in amaritudinē vertit omne qđ foris ſuſtinet. Rixat ſecū de hiſ que male egiſſe ſe recolit: ꝛ ſibimet ipi diſplicet: cū ei ille iam placere ceperit qui om̄ia creauit. Rep̄hendit ſe de cogitatiōibus: inſequit de verbis: ꝛ punit flēdo de factis: ſupnis inhiat: terrena iam om̄ia per mentis deſpectū calcat. Et quā diu illud qđ deſiderat adhuc per ſpeciem nō habet: ſeſeqꝫ flere dulce habet: ſeſeqꝫ cōtinuis lamentis affligere. Et qꝛ nec dū ſe eſſe in patria ad quā creatus eſt videt: in huiꝰ vite exilio nil ei plus aliud q̄ ſua amaritudo placet. Dedignat etem̄ ſubiacere tp̄alibus: ꝛ ardēter ſuſpirat de terris al's eternis. Unde recte quoqꝫ per ſalomonē dicit: Eo qđ in multa ſapīa multa ſit indignatio: ꝛ qui apponit ſciētiā apponit doloꝛē. Eccl's. 1. Celeſtia etem̄ cognoſcētes terrenis animū ſubdere dedignamur. Et dū plus ſapere incipimꝰ: de his que male egimꝰ nobiſipis iraſcimur. Et fit in multa ſapīa multa īdignatio: qꝛ quantū plus ꝓficimus in cognitiōe: tanto nobis indignamur amplius de peruerſo opere. Atqꝫ cū ſcientia doloꝛ creſcit: quia quātomagis eterna cognoſcimꝰ: tātomagis eſſe nos in huius exilij miſeria dolemus. Uel ſicut tranſlatiōe alia dicit Et qui addit ſcientiā addit laboꝛē. Quo em̄ ſcire incipimꝰ que ſunt celeſtia gaudia: eo magis vt erroꝛū noſtroꝝ laqueos poſſimus euadere flendo laboꝛamus. In multa ergo ſapiētia multa eſt indignatio quia ſi eterna iam ſapimus: cōcupiſcere tempalia dedignamur. Si eterna iam ſapimꝰ: noſmetipos deſpicimus egiſſe hoc quod nos potuit ab eternitatis amoꝛe ſeparare. Rep̄hendit ſemetipām conſciē-

tia accuſat quod egit: dampnat per peni-
tentiā quod accuſat. Fit rixa in anio par
turiens pacē cum deo. Sic achab iniqu⁹
rex a ꝓpheta reprehēſus cum cōtra ſe di-
uinā ſententiā audiſſet pertimuit: ⁊ ma-
gno merore dep̄henſus eſt ita vt ꝓphete
ſuo domin⁹ diceret: Nōne vidiſti humi-
liatū achab corā me? Quia igit̄ humilia
tus eſt mei cauſa nō inducā malū in die-
bus eius. 3. Regū. 21. In quib⁹ dn̄i ver
bis penſandū eſt: quomō ei in electis ſu-
is meror amaritudinis placeat qui amit-
tere timent deū: ſi ſic ⁊ reprobi penitentia
placuit: qui timebat perdere p̄ſens ſecu-
lū. Aut quomō ei grata ſit ſpontanea af-
flictio ꝓ culpis in eis qui placēt: ſi hec ad
tempus placuit: ⁊ in eis diſplicebāt. Sʒ
ſciendū quia nullus hec ꝓ amore om̄ipo
tentis dei ex toto corde agere p̄ualet: niſi
is cuius aīm ſpūſſāctus aſſumpſerit. Nā
quādo homo ex ſua virtute ſufficiat terre
na deſpicere: celeſtia amare: pacē cuʒ deo
querere: ſecū rixā ſubire: in cogitatiōe ſe-
metip̄m reprehēdere: ⁊ gemitibus puni-
re? Nullus hec agere niſi quē diuina gr̄a
roborauerit valet. Unde ⁊ ſubdit̄.

Manus em̄ domini erat mecum confortans me.]

Ad bona quippe aſſurgere perfecte non
poſſumus: niſi nos ſpiritus ⁊ p̄ueniendo
eleuet: ⁊ ſubſequēdo cōfortet. Sed que-
rendū eſt cū ſuperius de volumine qđ ac
ceperat ſcriptū ſit.

Et factū eſt in os meuʒ ſicut mel dulce.]

Qua ratiōe poſtmodū dicit̄. Abij ama
rus in indignatiōe ſpiritus mei. Mirum
quippe valde eſt: ſi dulcedo ſimul ⁊ ama-
ritudo cōueniāt. Sed iuxta ſuperiorē ſen
ſum ſciendū eſt: quia cui ſermo dei in ore
cordis dulcis eſſe ceperit: huius ꝓculdu
bio contra ſemetip̄m animus amareſcit.
Qui em̄ in illo ſubtilit̄ diſcit qualiter ſe
rep̄hendere debeat: eo ſe durius per ama
ritudinē penitētie caſtigat: qui tanto ſibi
magis diſplicet quāto in ſacro volumine
amplius de om̄ipotenti deo videt quod
amet. Sed quia ad iſta ꝓficere ſua virtu-
te nō valet homo: recte nūc dicit̄. Man⁹
em̄ dn̄i erat mecū confortās me. Manus
enim dn̄i in ſacro eloquio aliquādo etiaʒ
vnigenit⁹ filius appellat̄: quia om̄ia per
ip̄m facta ſunt. Et de cuius aſcenſiōe per
moyſen pater om̄ipotens loquit̄ dicens:
Tollā in celū manū meam. Hec manus
que electoꝝ ſuoꝝ corda cōfortat diſcipu-
lis dicebat: Sine me nihil poteſtis facere
Johis. 15. In omni em̄ quod cogitam⁹
ſemper orandū eſt vt ⁊ ip̄o aſpirāte cogi-
tem⁹: ⁊ ip̄o adiuuāte faciamus. Qui vi-
uit ⁊ regnat cū patre in vnitate ſpirituſſā
cti deus: per om̄ia ſecula ſeculoꝝ amē.

Explicit omelia. X.

Incipit Omelia. XI. in qua interpretat̄ tertium capitulū: ab illa parte. Et veni ad tranſmigrationē: vſqꝫ ad illam partem Et facta eſt ſuper me man⁹ dn̄i

Inter cetera ꝓphecie miracu-
la hoc quoqꝫ mirandū habēt li
bri ꝓphetaꝝ: quod ſicut in eis
verbis res: ita nōnunqꝫ verba
rebus exponunt̄: vt eoꝝ nō ſolū dicta: ſed
etiā res geſte ꝓphecie ſint. Unde nūc dr̄.

Ueni ad tranſmigrationē ad aceruū nouaruʒ frugū ad eos q̄ habitabāt iuxta flumē chobar.

Cum cauſa exigeret ⁊ indicare debuiſſet:
quia ad trāſmigrationē veniret: que dice
di neceſſitas fuit: vt ꝑ fruges locū quoqꝫ
exprimeret dicēs: Ad aceruū nouarū fru-
gū: niſi quod ſepe per res ⁊ loca cauſe ſi-
gnant̄. Multi quippe ezechiele ꝓphetā
te iam captiuitatis anni defluerant: atqꝫ
ex his qui in captiuitatē ducti fuerāt: plu
res iam morte carnis obierāt: ad quoꝝ fi
lios loqui propheta veniebat. Unde ⁊ ei
ſuperius dicit̄:

A Fili homis mitto ego te ad

filios iſrael ad gentes apoſtatri
ces que receſſerunt a me patres
eoꝝ preuaricati ſunt pactū meū
vſqꝫ ad diem hanc. Et filij dura
ceruice ⁊ indomabili corde ſunt
ad quos ego mitto te.]

Ex quibus quia multi fuerāt credituri: atqꝫ per obediētiā ad fertilitatē boni operis peruēturi: aceruus frugū vocant. Nā eñ bone anime fruges appellant dei: ꝓpheta alius teſtat dicēs: Sanctus iſrael dño primitie frugū eius. Hierem. 2. Fruges etem dñi etiā conuerſe ad fidē gētes poſtmodū facte ſunt: ſed qꝛ prius iſrahel dño credidit: recte hūc ꝓpheta frugū eiꝰ primicias appellauit. Quia ergo ꝓpheta miſſus nō priori populo: ſed filijs eiuſdē populi verba intulit: ad aceruū frugū nouarū venit. Quid vero per chobar fluuiū deſignet ſupra iam diximus: que nequaq̄ modo repetimus: ne repetēdo faſtidiū generemus. Sequit.

Et ſedi ibi vbi illi ſedebāt ⁊ manſi ibi ſeptem diebus merēs in medio eorum.]

Notandū captiuo populo ꝓpheta ſanctus quāta cōpaſſione ſe copulat: eorūqꝫ ſe meroribus cōſedendo ⁊ merēdo coniūgit: quia radix verbi eſt virtus operis. Et ille ſermo ab audiēte libenter accipit qui a predicāte cum cōpaſſione animi ꝓfert. Sic ferrū cū ferro iungit: liquat prius vt poſtmodū viciſſim a ſeipō teneat. Si eñ prius minime molleſcit: poſtmodū tenere ſe fortiter nō ſufficit. Sic ꝓpheta captiuo populo cōſedit: ⁊ merēs in medio eoꝝ extitit: vt dū per charitatis gratiā ꝯdeſcēdēdo ſe ⁊ molliorē reddideret: ⁊ eū ſtatiꝫ ꝑ ſibi fortitudinē teneret. Sin vero iſraeliticus populꝰ q̄ domꝰ exaſperās vocat: qꝛ culpas nec inter flagella cognouit: nullo merore animū depreſſit: ꝓpheta inter gaudētes merēs ſedere ſtuduit: vt tacēdo oſtenderet: quid loquēdo venerat docere Et priuſq̄ verba faceret in hoc qꝺ merēs tacuit: formā verboꝝ ſumpſit. Sequit.

Cum autem pertrāſiſſent ſeptē dies factū eſt verbū domini ad me dicens.]

In eo qꝺ ſeptem diebus merēs ſedit: ⁊ poſt diē ſeptimū verba dñice iuſſionis accepit vt loqui debuiſſet: aperte indicat: quia eiſdē diebus merēs tacuerat: miſſus aūt ad p̄dicandū fuerat: ⁊ tamē ſeptē diebus ſedens tacebat. Quid eſt hoc qꝺ nobis ꝓpheta ſanctus in hoc ſuo ſilētio innuit: niſi qꝛ ille loqui veraciter nouit: qui priꝰ bene tacere didicerit. Quaſi eñ qꝺdā nutrimentū eſt verbi cēſura ſilētij. Et recte q̄ꝫ per excreſcentē gratiaꝫ ſermonē accepit: qui ordinate antea per humilitatem tacuit. Hinc eñ per ſalomonē dicit: Tempus tacēdi ⁊ tp̄us loquēdi. Eccl'ſ. 3. Non eñ ait tempus loquēdi ⁊ tp̄us tacendi: ſed prius tacēdi premittit tp̄ūs: et poſtmodū ſubdit loquēdi. Quia non loquēdo tacere: ſed tacēdo debemus loqui diſcere. Si ergo ꝓpheta ſanctus qui miſſus ad loquendū fuerat: diu prius tacuit: vt poſtmodū recte loqueret: penſandū nobis eſt q̄ta ei culpa ſit nō tacere: quē nulla cogit neceſſitas loqui. Sequit.

Fili hominis ſpeculatorē dedi te domui iſrael.]

Notandū quod eū quē dñs ad predicandū mittit: ſpeculatorē eſſe denūciat. Cui eñ cura aliena cōmittit: ſpeculator vocatur: vt in mētis altitudine ſedeat: atqꝫ vocabulū noīs ex virtute actiōis trahat. Nō eñ eſt ſpeculator qui in imo eſt. Speculator quippe ſemper in altitudine ſtat: vt quicq̄d venturū eſt longe ꝓſpiciat. Atq̄ſ quis populi ſpeculator ponit in alto: debet ſtare per vitā vt poſſit ꝓdeſſe per ꝓuidentiā. Hinc propheta alius ſpeculatorē ammonet dicēs: Super montē excelſum aſcēde tu qui euāgelizas ſyon. Eſaie 40. Ut videlicet q̄ predicatiōis locū ſuſcepit: ad altitudinē bone aſcēdat actiōis ad excelſa tranſeat: ⁊ eoꝝ qui ſibi cōmiſſi ſunt opera tranſcendat: quatenus ſubiec

ctoꝝ vitam tanto ſubtilius videat: quā-
to ⁊ terrenis rebus quas deſpicit animū
nō ſupponit. Sꝫ ꝙ dura mihi ſūt iſta que
loquor: qꝛ memetipm loquēdo ferio: cui⁹
neqꝫ lingua vt dignū eſt pdicationē tenet
neqꝫ inquantū tenere ſufficit: vita ſequit
linguā. Qui ocioſis verbis ſepe iplicor:
⁊ ab exhortatiōe atqꝫ edificatiōe ꝓximo-
rū torpens ⁊ negligēs ceſſo. Qui incōſpe
ctu dei factus ſuꝫ mutus ⁊ verboſus: mu
tus in neceſſarijs: vboſus in ocioſis. Sꝫ
ecce ſermo dei de ſpeculatoris vita cōpel
lit vt loquar: tacere nō poſſum: ⁊ tamē lo
quēdo me ferire pertimeſco. Dicā: dicā:
vt verbi dei gladius etiā per meipꝫ ad af
fligendū al's confingendū cor ꝓximi per-
trāſeat. Dicā: dicam: vt etiā cōtra me ſer
mo dei ſonet per me. Ego me reū eſſe nō
abnego: torporē meū atqꝫ negligentiā vi
deo. Erit fortaſſe apud piū iudicē impe-
tratio venie: ipa cognitio culpe. Et quī-
dē in mōaſterio poſitus valebā: ⁊ ab ocio
ſis linguā reſtringere: ⁊ in intentiōe ora-
tiōis pene cōtinue mentē tenere. At poſt
ꝙ cordis humerū ſarcine paſtorali ſuppo
ſui: colligere ſe ad ſemetipm aſſidue non
poteſt anim⁹: qꝛ ad multa partit. Cogor
nāqꝫ modo eccleſiarū: modo monaſterio-
ruꝫ cauſas diſcutere: ſepe ſinguloꝝ vitas
actuſqꝫ penſare. Modo quedā ciuiū ne-
gocia ſuſtinere: modo de irruētibus bar-
baroꝝ gladijs gemere: ⁊ cōmiſſo gregi in
ſidiantes lupos timere. Modo rerū curā
ſumere: ne deſint ſubſidia eis ipis qb⁹ di
ſcipline regula tenet. Modo raptores qſ
dam equanimiter perpeti: mō eis ſub ſtu
dio ſeruate charitatis obuiare. Cuꝫ itaqꝫ
ad tot ⁊ tanta cogitāda ſciſſa ac dilaniata
mens ducit: quādo ad ſemetipam redeat
vt totā ſe in predicationē colligat: ⁊ a ꝓ-
ferēdi verbi miniſterio nō recedat. Quia
autē neceſſitate loci ſepe viris ſecularib⁹
iungor: nōnunꝙ mihi linguā diſcipline
relaxo. Nam ſi in aſſiduo cenſure mee vi
gore me teneo: ſcio quia ab infirmiorib⁹
fugio: eoſqꝫ ad hoc qd appeto nunꝙ tra-
ho. Unde fit vt eoꝝ ſepe ⁊ ocioſa pacien-
ter audiā. Sed quia ipe quoqꝫ infirmus
ſum: in ocioſis ſermonibus pauliſper tra
ctus: libēter iam ea loqui incipio que au-
dire ceperā inuitus. Et vbi tedebat cade
re: libet iacere. Quis ergo ego vel qua-
lis ſpeculator ſum: qui nō in monte opis
ſto: ſꝫ adhuc ī valle īfirmitatꝭ iaceo. Po-
tēs vero eſt humani generis creator ⁊ re-
demptor indigno mihi ⁊ vite altitudinē
⁊ lingue efficatiā donare: ꝓ cuius amore
in eius eloquio: nec mihi parco. Eſſe er-
go ſpeculatoris vita ⁊ alta debet ſemꝑ et
circūſpecta. Ne em̄ terrenarū rerū amori
ſuccūbat: alta ſit ne occulti hoſtis iaculis
feriat ex om̄i latere circūſpecta. Neqꝫ hoc
ſpeculatori ſufficit vt altū viuat: niſi vt lo
quēdo aſſidue ad alta auditores ſuos per
trahat: eorūqꝫ mentes ad amorē celeſtis
patrie loquēdo ſuccēdat. Sed tūc hec re
cte agit: cū lingua eius ex vita arſerit. Nā
lucerna que in ſemetipa nō ardet: eam rē
cui ſupponit non accēdit. Hinc em̄ de io
hanne veritas dicit: Ille erat lucerna ar-
dens ⁊ lucēs. Iohis. 5. Ardens videlicꝫ
per celeſte deſideriū lucēs per verbū. Ut
ergo ſeruet veritas predicādi: teneat ne-
neceſſe eſt altitudo viuendi. Unde recte
quoqꝫ ſancte eccleſie ſponſi voce in cāti-
cis canticoꝝ dicit: Naſus tuus ſicut tur-
ris lybani. Canti. 7. Que ergo laus eſt
fratres mei vt ſpōſe naſus turri cōparet.
Quia per naſum ſemꝑ odores fetoreſqꝫ
diſcernim⁹. Quid per naſum niſi ſpecu-
latoꝝ diſcretio deſignat? Qui nimirū na
ſus ⁊ ſicut turris eſſe ⁊ lybani dicit. Nā
videlicet pꝑpoſitoꝝ diſcretio ⁊ munita ſꝑ
debet eſſe ex circumſpectiōe: ⁊ in altitudi
ne vite cōſiſtere: ideſt in valle infirmi ope
ris nō iacere. Sicut em̄ turris in monte
iccirco ad ſpeculādū ponit: vt hoſtes qui
veniūt: longius videant. Sic pdicatoris
vita ſemꝑ in alto debet fixa permanere:
vt more nariū diſcernat fetores viciorū:
odoreſqꝫ virtutū: incurſus malignoꝝ ſpi-
rituū longe ꝓſpiciat: ⁊ cōmiſſas ſibi ani-
mas per ſuā prouidentiā cautas reddat.
Sequitur.

[Et audies ex ore meo verbũ ⁊ annũciabis eis ex me.]

Ecce iterũ monet ꝓpheta ne preſumat loqui qđ nõ audierit: ſed prius aurẽ cordis aperiat voci creatoris: ⁊ poſtmodum os ſui corpis aperiat auribus plebis. Unde ꝓpheta alius dicit: Inclinabo ad ſimilitudinẽ aurẽ meã: aperiã in pſalterio ꝓpoſitionẽ meã. ps. 47. Qui enĩ recte predicat: prius ſicut dictũ eſt aurẽ cordis locutiõi intime inclinat: vt poſtmodũ os corporis in ꝓpoſitionẽ ammonitiõis aperiat. Sequitur.

[Si dicente me ad impiũ morte morieris: nõ annũciaberis neq̃ locutus fueris: vt auertat a via ſua impia ⁊ viuat ipſe ĩpius in iniquitate ſua morietur ſanguinem autẽ eius de manu tua requiram.]

In quibus verbis: quid nobis notandũ eſt: quid ſollicite cogitandũ: niſi quia nec ſubiectus ex culpa p̃poſiti moriť: nec p̃poſitus ſine culpa eſt: quãdo verba vite non audiẽs ex ſua culpa moriť ſubiectus. Impio etenĩ mors debeť. Sed ⁊ a ſpeculatore via vite nũcianda eſt: ⁊ eius impietas increpãda. Si vero ſpeculator taceat: ipſe impius in iniq̃tate ſua morieť. Quia impietatis eius meritũ fuit vt diguus nõ eſſet: ad quem ſpeculatoris ſermo fieret. Sed ſanguinẽ eius dñs de manu ſpeculatoris requirit: quia ipſe hũc occidit: qui eũ tacẽdo morti perdidit. In quib⁹ vtriſq̃ penſandũ eſt: quantũ ſibi cõnexa ſunt peccata ſubditoꝝ atq̃ prepoſitoꝝ: qꝛ vbi ſubiectus ex ſua culpa moriť: ibi is q̃ preeſt: quoniã tacuit reus mortis teneť. Pẽſate ergo fratres chariſſimi penſate: qꝛ ⁊ qđ nos digni paſtores nõ ſum⁹ etiã ex veſtra culpa eſt: quib⁹ tales prelati ſumus. Et ſi quãdo vos ad iniquitatẽ defluitis: etiã ex noſtro hoc reatu eſt: qđ obſiſtẽtes atq̃ reclamãtes ĩ prauiſ deſiderijs nõ habetis. Uobis ergo ⁊ nobis pcitis ſi a prauo opere ceſſatis. Uobis ⁊ nobis parcimus: quãdo hoc qđ diſplicet nõ tacem⁹. A quã liber a cõmiſſoꝝ ſibi ſanguine fuerat p̃dicator egregius qui dicebat: Mũdus ſum a ſanguine omniũ. Non enĩ ſubterfugi quo minus annũciarẽ omne conſiliũ dei vobis. Actuũ. 20. Si enĩ nõ annũciaſſet: mũdus a ſanguĩe nõ eſſet. Sed quibus om̃e cõſiliũ dei annũciare ſtuduit: ab eoꝝ ſanguine mũdus fuit. In qua voce nos cõuenimur: nos ꝯſtringimur: nos rei eſſe oſtẽdimur: q̃ ſacerdotes vocamur q̃ ſuꝑ ea mala que ꝓpria habem⁹ alienas q̃ꝫ mortes addim⁹: qꝛ tot occidim⁹: q̃t ad mortẽ ire quottidie tepidi ⁊ tacẽtes videmus. Cũ vero dicit. Sanguinẽ autẽ ei⁹ de manu tua requirã. Si hoc in loco ſanguinis nomĩe mors corpis deſignať: valde nobis de noſtro ſilentio augeť metus: quia ſi in ſubiectis ſuis is qui p̃latus ad ſpeculandũ eſt: etiã de morte corpis quã doq̃ morituri tã grauiter reus teneť: quo reatu de morte anĩe ſubiecti conſtringiť: que potuiſſet ſemꝑ viuere ſi verba correptiõis audiſſet. Sed melius poſſunt ſanguinis noĩe peccata ſignari. Unde quidã cũ peccata carnis defleret dixit: Libera me de ſanguibus deus deus ſalutis mee. ps. 50. Sanguis ergo moriẽtis de manu ſpeculatoris reqriť: quia peccatũ ſubditi culpa eſſe p̃poſiti ſi tacuerit reputať. Eſt ergo qđ faciat: vt etiã moriẽte ſubdito ſe liberũ reddat. Surgat: inuigilet malis actibus cõtradicat. Sicut ſcriptũ eſt. Diſcurre: feſtina: ſuſcita amicũ tuũ ne dederis ſompnũ oculis tuis: nec dormitent palpebre tue. Prouer. 6. Unde hic quoq̃ additur.

[Si autẽ tu annũciaueris ĩpio ⁊ ille nõ fuerit cõuerſus ab impietate ſua: ⁊ a via ſua impia ipſe quidem in iniquitate ſua morietur: tu autem animam tuam liberaſti.]

Tunc eñ ſubiectus moritur ſine te: quando in cauſa mortis ꝯtradictorē pertulerit te. Nam morti cui nō cōtradicis: adiungeris. Et notandū que ſunt que debeāt a ſpeculatore p̄dicari. Nimirū fides ⁊ operatio. Nam ait:

Si autem tu annunciaueris impio: ⁊ ille non fuerit conuerſus ab impietate ſua: ⁊ a via ſua impia.]

Impietas quippe ad infidelitatē pertinet: via vero impia ad prauā actionē. Et omis ſpeculator hoc habere debet ſtudij vt prius ad pietatē fidei: poſtmodū ad piam viā: ideſt ad bonā operationē al's actionem trahat. Sed quia de exhortatiōe ſermo ſe intulit: innoteſcere breuiter debemus in ore paſtoris quātus eſſe debeat ordo: atq; cōſideratio locutiōis. Penſare etem̄ doctor debet: quid loquatur: cui loquatur: quando loquatur: qualiter loquatur: et quantū loquatur. Si enim vnū horū defuerit: locutio apta nō erit. Scriptū quippe eſt. Si recte offeras: recte autē nō diuidicas peccaſti. Leuit. 2. Recte autē offerimus: cū bono ſtudio bonū opus agimus: ſed recte nō diuidim⁹ ſi habere diſcretionē in bono opere poſtponam⁹. Conſiderare etem̄ debemus quid loquimur: vt iuxta pauli vocē ſermo noſter ſemꝑ in gratia ſale ſit cōditus. Col. 5. Penſandū vero nobis eſt cui loquamur: q2 ſepe increpatiōis verbū quod hec admittit perſona: altera nō admittit: ⁊ ſepe ipſa eadem perſona ſcd̄m factum fit altera. Unde nathan ꝓpheta dauid poſt adulteriū furti increpatiōis ſententia percuſſit: qui cū de raptore ouis diceret: Fili⁹ mortis eſt vir qui fecit hoc. 2. Regū. 12. Et i primus reſpondit dicēs: Tu es ille vir. Cui tamen cū de ſalomonis regno loqueretur: quia culpa defuit: ei ſe humiliter in adoratiōe ꝓſtrauit. In vna ergo eadēq; perſona: quia cauſa diſpar extitit: etiā ſermo propheticus diſſimilis fuit. Penſandū quoq; eſt: quādo loqui debeamus: quia ſepe ⁊ ſi differtur increpatio: poſtmodū benigne recipitur: ⁊ nonnūquā langueſcit: ſi hoc qđ ante ꝓferri debuit: tempus amiſerit. Nam ⁊ ſapiēs mulier nabal ebriū videns increpare de culpa tenacie noluit: quē digeſto vino increpatiōis ſue verbis vtiliter percuſſit. 1. Regū. 25. Et propheta adulantiū linguas nō eſſe in ſubſequēti tempore deferēdas: annūciat dicens: Confundantur ſtatim erubeſcētes qui dicunt mihi euge euge. ps. 40. Adulatio etem̄ ſi vel ad tempus patiēter ſuſcipitur: augetur: et paulisꝑ demulcet animū: vt a rigore ſue rectitudinis molleſcat in delectatiōe ſermonis. Sed ne creſcere debeat ſtatī eſt ⁊ ſine mora feriēda. Penſandū quoq; nobis eſt qualiter loquamur. Naꝫ ſepe verba que hūc ad ſalutē reuocant: aliū vulnerant. Unde paulus quoq; apoſtolus: qui Tytū ammonet dicēs: Argue cum omni iperio. Tytū. 2. Timotheū exhortatur dicēs: Argue: obſecra: increpa: in oī patiētia ⁊ doctrina. 2. Timo. 4. Quid eſt qđ vni imperiū ⁊ alio patientiā precepit: niſi quod vnū lenioris: alterū vero feruentioris ſpiritus eſſe cōſpexit. Leni per auctoritatem imperij iniūgenda erat ſeueritas vel bi. Is auteꝫ qui per ſpiritū feruebat: per patientiam temperādus fuerat: ne ſi plus iuſto inferueſceret: nō ad ſalutē vulnerata reduceret: ſꝫ ſana vulneraret. Curandum quoq; quantū loquamur: ne ſi ei qui multa ferre: nō valet per verbū vel exhortatiōis: vel increpatiōis longius trahimus: auditorē noſtrum ad faſtidiū perducamus. Unde idem p̄dicator egregius hebreis loquitur dicens: Obſecro vos fratres vt ſufferatis verbuꝫ ſolatij etem̄ per paucis ſcripſi vobis. Heb. 13. Hoc tamen infirmis precipue cōgruit: vt pauca quidem ⁊ que capere preualent audiant: ſed que eorū mentē in penitentia dolore compungāt. Nam ſi eis vno in tempe exhortatiōis ſermo fuerit multipliciter dictus: quia multa retinere nō valēt: ſimul amittunt omia. Unde ⁊ medici corporū pannos quos infirmātibus ſtomachis ponūt

apto quidē medicamine: ſed ſubtiliter liniūt: ne ſi repleti multo medicamīe infirmitatē ſtomachi non roborātes adiuuēt: ſed opprimētes grauent. Sciendū tamē quia ⁊ ſi quando modū ſuū ſermo prolixior trāſeat: periculoſuꝫ hoc auditorib⁹ nō eſt. Si autem qualiter quid dicat: ⁊ quibus dicat non vigilanter conſpicit: valde periculoſum eſt. Verecūde etem̄ mentes ſi quas fortaſſe culpas admiſerint: leniter arguēde ſunt: quia ſi aſperius increpent: franguntur potius ꝙ erudiunt. At contra mētes aſpere atqꝫ impudentes ſi increpate leniter fuerint: ad maiores culpas ipſa lenitate prouocant. Quod bene in eodem egregio ꝑdicatore diſcim⁹: qui cū corinthios cognoſceret pro amore perſonarū in ſciſmate diuiſos: eorū verecūdie conſulēs: locutionē ſuam eis a gratiarumactiōe ⁊ laudibus cepit dicens: Gratias ago deo meo ſemper ꝓ vobis in gratia dei que data eſt vobis in xp̄o Jheſu: quia diuites facti eſtis in illo in om̄i verbo ⁊ in om̄i ſcientia: ſicut teſtimoniū xp̄i confirmatū eſt in vobis. I. Corinthio. I. Qui adhuc adiūgit ⁊ dicit: Ita vt nihil vobis deſit in vlla gratia expectātibus reuelationē domini noſtri ieſu xp̄i. Queſo te paule ſi iam nihil deeſt: cur eis ſcribendo fatigaris: cur in longinquo poſit⁹ loqueris? Penſemus ergo fratres chariſſimi quantū laudat. Ecce eis gratiam dei datā aſſerit: factos in om̄ibus diuites dicit: in om̄i verbo ⁊ in om̄i ſcientia xp̄i teſtimoniū: ideſt quod de ſemetipſo moriendo ⁊ reſurgēdo teſtatus eſt: in eoꝝ vita cō firmatū eſſe perhibet: ⁊ nihil eis deeſſe in vlla gratia teſtatur. Quis rogo credat: quia paulopoſt eos corripiat quos ita laudat. Poſt cetera ſubiūgit. Obſecro autē vos fratres: per nomē domini noſtri ieſu xp̄i: vt idip̄m dicatis om̄es ⁊ non ſint in vobis ſciſmata. I. Corinth. I. Quid em̄ potuit tam perfectis tamqꝫ laudabilibus ſciſma ſubripere? Significatū eſt em̄ mihi de vobis fratres mei ab his: qui ſunt cloes: quia contentiōes inter vos ſunt. Hoc autē dico quod vnuſquiſqꝫ veſtrū dicit: Ego quidē ſum pauli. Ego autē appollo. Ego vero cephe. Ego autem xp̄i. Ecce quos in om̄i verbo ⁊ in omni ſcientia laudauerat: quib⁹ nihil de eſſe in vlla gratia dixerat: pauliſper loquēs ad increpandū leniter veniēs: diuiſos erga ſeipſos reprehēdit: ⁊ quoꝝ prius ſalutē narrauerat: poſtmodū vulnera patefecit. Penitus em̄ medicus vulnus ſanandū al's ſecandū videns: ſed egrū timidū eſſe conſpiciēs: diu palpauit ⁊ ſubdito percuſſit: prius blandā manū laudis poſuit: ⁊ poſtmodū ferrum increpatiōis fixit. Niſi em̄ verecūde mētes fuerint palpādo rep̄hen ſe: ita vt ex alijs rebus audiāt quod in cōſolationē ſumant: per increpationē protinus ad deſperationē cadunt. Sed nunquid mētitus eſt paulus: vt prius eis nihil de eſſe in om̄i gratia diceret: quibus poſtmodū dicturus erat vnitatē deeſſe? Abſit hoc vt quis de illo talia vel deſipiens credat. Sed quia erāt inter corinthios quidā omni gratia repleti: ⁊ erāt quidam in perſonarū fauoribus exciſi: cepit a laudibus perfectorū: vt modeſta inuectiōe ad reprehenſionē pertingeret infirmoꝝ. Et in hoc quoqꝫ ad medicinā cordis a medicina corporis vſum trahens. Nam cū feriendū vulnus medicus aſpicit: prius ea mēbra que circa vulnus ſana ſunt palpat: vt poſt ad ea que vulnerata ſunt leniter palpādo perueniat. Cum ergo Paulus perfectos in corinthijs laudauit: ſana mēbra iuxta vulnus tetigit: cum vero infirmos de diuiſione rep̄hendit: vulnus in corpore percuſſit. Videamus tamen hunc ip̄m qui tanta modeſtia atqꝫ māſuetudine ad corripiēdos corinthios ducit: qualiter cōtra galathas qui a fide diſceſſerāt: exercetur al's erigitur. Nulla enim modeſtia patiētie premiſſa: nulla locutiōis dulcedine prerogata: eos q̄s a fide diſceſſiſſe cognouit ab ip̄o epiſtole ſue exordio inuehēdo redarguit. Nam p̄miſſa ſalutatōe ſicut cepit. Miror q̄d ſic tā cito transferimi ab eo q̄ vos vocauit in

gratia xpi. Gal. I. Quibus etiã in aperta increpatiõe poſt cetera ſubiũgit. O inſenſati galathe: quis vos faſcinauit? Mentes etem dure niſi aperta eſſent increpatiõe percuſſe nullomõ malũ cognoſcerẽt qđ egiſſent. Nam ſepe hi qui impudẽtes ſunt: tantũ ſe peccaſſe ſentiũt: quantũ de peccatis que fecerint increpant: vt minores culpas ſuas eſtiment: quas minor inuectio caſtigat: ꝛ quas vehemẽter obiurgari viderint: maiores eſſe deꝑhendant. Unde neceſſe eſt vt ſemꝑ ſermo predicãtis cũ auditoꝝ debeat qualitate formari: ne aut verecũdis aſpera: aut impudẽtibꝰ lenia loquat. Quid autẽ mirũ ſi hoc verbi dei erogator faciat: cũ ꝛ agricola qui ſemen in terrã mittit: prius terre qualitatẽ preuidet: quibꝰ ſemibus apta videat: et poſtquã qualitatẽ terre ꝓuiderit: tunc ſemina ſpargit. Sed quia de qualitate doctrine locutionẽ longius traximus: oportet vt ad eũ quẽ cepimus: exponẽdo ordinem redeamus.

B Sed et ſi cõuerſus iuſtus a iuſticia ſua fecerit iniquitatem ponã offendiculũ coram eo: ipe morieť: quia non annũciaſti ei. In peccato ſuo morietur: ꝛ non erũt in memoriam iuſticie eius quas fecit: ſanguinẽ vero eius de manu tua requirã.]

Quia iuſto qui in peccato cecidit ꝑdicator tacuit: eius ſanguĩe reus teneť: ꝛ qui ſollicitus eſſe nõ ſtuduit in ꝑdicatiõe: factus eſt particeps in cõdempnatiõe. Sed cũ diciť in peccato ſuo morieť: ꝛ nõ erunt in memoriã iuſticie eius quas fecit. Hoc nobis maxime cõſiderandũ eſt: quia cum mala cõmittimus: ſine cauſa ad memoriã bona noſtra trãſacta reuocamus: quoniã in perpetratiõe maloꝝ nulla debet eſſe fiducia bonoꝝ preteritoꝝ. Sed queri poteſt: vtrũ iuſto poſtꝗ ceciderit ꝑdicandũ ſit an ꝛ priuſꝗ cadat? Inuigilare predicator debet: ne ad caſum veniat: ꝓculdubio ꝛ priuſꝗ cadat. Nam ſequiť.

Si autẽ tu annũciaueris iuſto vt nõ peccet iuſtus ꝛ ille peccauerit viuens viuet: quia annũciaſti ei: tu autẽ animã tuam liberaſti.]

Si ergo ꝑdicator ideo ſuã animã liberauit: quia iuſto ne peccaret denũciauit: cũ iuſtus ad peccatũ predicatore tacẽte ceciderit: ꝑdicator quia tacuit reuſ teneť. Sꝫ quis noſtrũ rogo ad hec ſufficiat: vt non ſolũ peccatores ſtudioſe corripiat: ſed etiam iuſtis inuigilet ne cadãt. Nos eñ infirmitatis noſtre cõſcij cũ iuſtos viros cõſpicimus: ãmonere eos nõ preſumimus: vt iuſticie viã teneant: quã quia tenẽt videmus ꝛ tamẽ predicatoris eſt debitũ etiam iuſtos ãmonere. Unde ꝑdicator egregius dicebat: Sapiẽtibus ꝛ inſipiẽtibus debitor ſum. Rom. I. In his vero oĩbus que de iuſto ad iniquitatẽ cõuerſo dicta ſunt: hoc eſt laborioſũ ad loqndũ hoc valde pertimeſcendũ quod dñs ait: Ponã offendiculũ coram eo. Ait eñ.

Si cõuerſus iuſtus a iuſticia ſua fecerit iniqnitatẽ: ponam offendiculũ coram eo.]

Nos eñ dicimus: quia ſi iniquitatẽ fecerit offendit: ꝛ verũ eſt omnino qđ diximus: cur adhuc ei deus oĩpotens offendiculũ ponit quẽ iam impie egiſſet ꝛ cecidiſſe per iniquitatẽ quã perpetrauit cõſpicit? Sed diſtricta ſunt oĩpotẽtis dei iudicia: ꝛ qui peccatorẽ diu expectat vt redeat: nõ redeũti atqꝫ cõtempnẽti ponit adhuc vbi grauius impingat. Peccatũ quippe qđ per penitentiã citius nõ deleť aut peccatũ eſt: aut cauſa peccati: aut peccatũ ꝛ pena peccati. Omne eñ qđ prius cõmittiť peccatũ eſt: ſed ſi citius penitendo nõ tergiť: iuſto iudicio oĩpotẽs deus obligatã peccãtis mentẽ etiã in culpã alterã permittit cadere: vt qui flẽdo ꝛ corrigendo noluit mũdare qđ fecit: peccatũ ĩcipiat peccato cumulare. Peccatũ ergo

quod penitẽtie lamento nõ diluit: peccatũ ſimul eſt ⁊ cauſa peccati: qꝛ ex illo orit vnde adhuc peccatoris anim⁹ altius obliget. Peccatũ vero qđ ex peccato ſequit: peccatũ ſimul eſt ⁊ pena peccati: quia excreſcente cecitate: ex retributiõe prioris culpe generat: vt quaſi iam quedã ſint in peccatore ſupplicia ipa icremẽta vicioꝝ. Fit vero nõnunq̃ vt vnũ idemq; peccatũ ⁊ peccatũ ſit ⁊ pena peccati: ſimul ⁊ cauſa peccati. Ponamus eñi ante oculos quẽpiã rem ꝓximi cõcupiſſe: quã quia aperte nõ valuit furto diripuit: ſed in furti accuſatiõe poſitus ſe hãc diripuiſſe iureiurãdo denegauit. Huic ergo ↄcupiſcẽtia peccatũ fuit ⁊ cauſa peccati: quia per eã peruenit ad rapinã. Ipm vero furtũ quo rem concupitã diripuit: ⁊ peccatũ ei factũ eſt ⁊ pena peccati: quia ex retributiõe iam nõ repreſſe cõcupiſcẽtie: factũ eſt vt veniret ad furtũ ⁊ culpa cordis excreſceret in opere ⁊ ex vltiõe cecitatis. Sed quia furtũ ꝑiurio tegere curauit: ex peccato rurſũ peccatũ genuit. Furtũ ergo qđ ex cõcupiſcẽtia ꝓceſſit: ⁊ periuriũ pertulit: ⁊ peccatũ et pena peccati factũ eſt culpe precedẽti: peccatũ ⁊ cauſa peccati culpe ſubſequẽti quia de illa natũ hanc genuit. Uđ bene paulus de quibuſdã deũ intelligẽtibus: ſed nõ honorãtibus inſinuat dicẽs: Cum cognouiſſent deũ nõ ſicut deũ glorificauerunt aut gratias egerũt: ſed euanuerũt in cogitatõibus ſuis. Rom. 1. Ecce eñi peccatũ ⁊ cauſa peccati. Ex qua cauſa quid ſequat adiũgit. Et obſcuratũ eſt inſipiẽs cor eoꝝ: dicentes eñi ſe eſſe ſapiẽtes ſtulti facti ſunt. Et mutauerũt gloria incorruptibilis dei in ſimilitudinẽ imaginis corruptibilis homĩs ⁊ volucrũ ⁊ quadrupedũ et ſerpentiũ. Ecce peccatũ ſolũmodo. Et pena peccati eſſet: ſi nõ adhuc ex hoc peccato ⁊ aliud ſequeret. Nam poſt infidelitatẽ eoꝝ ſubdit. Propter qđ tradidit illos deus in deſideria cordis eoꝝ in immũdiciã: vt cõtumelijs afficiãt corpa ſua in ſemetipis. Quia igit cognoſcẽtes deũ nõ ſicut deũ glorificauerũt. Ex eo peccato ⁊ cauſa peccati ad hoc q̃ꝫ perducti ſũt: vt ad cultũ ſerpentiũ ⁊ volucrũ laberent. Sed quia per hãc etiam cecitatẽ vſq; ad immũdiciã ⁊ carnis ↄtumelias ceciderũt ipa infidelitatis eoꝝ cecitas precedẽti intellectui: ⁊ peccatũ eſt ⁊ pena peccati: ſubſequẽti vero immũdicie peccatũ facta eſt ⁊ cauſa peccati. Sed quia de his in libris moralibus diu tractatũ eſt: nobis nũc in eis diutius immorandũ nõ eſt. Hoc autẽ nobis cũ tremore cõſiderandũ eſt: quomodo iuſtus ⁊ oĩpotens deus dũ precedẽtibus peccatis iraſcit: permittit vt cecata mẽs etiã in alijs labet. Unde moyſes ait Nondũ cõpleta ſũt pctã amorreorũ. Dauid q̃ꝫ dicit: Appone iniq̃tatẽ ſup iĩq̃tatẽ ipoꝝ vt non intrẽt in tuo iuſticia. ps. 68. Propheta etiã alius dicit: Maledictũ ⁊ mendaciũ ⁊ homicidiũ ⁊ furtũ ⁊ adulterium inundauerũt ⁊ ſanguis ſanguinẽ tetigit. Oſee. 5. Sanguis eñi ſanguinẽ tangit: quãdo peccato peccatũ addit: vt ante dei oculos adiũctis iniquitatib⁹ aĩa cruentet. Paulus apl'us ait: Ut impleant peccata ſua ſemp. 1. Timoth. 2. Johãni quoq; per angelũ dicit: Qui nocet noceat adhuc: ⁊ qui in ſordib⁹ eſt ſordeſcat adhuc. Apocal. vlti°. Unde nũc etiã dominus dicit. Si couerſus iuſtus a iuſticia fecerit iniquitatẽ: ponã offendiculũ corã eo Ac ſi dicat: Quia videre penitẽdo noluit vbi iã impegit al's impingit: iuſto eũ iudicio deſerens ponã ei vt ⁊ alibi impingat. Quod tamen dñi ponere eſt nequaq̃ ad peccandũ premere: ſed nolle a peccato liberare ſicut de pharaone dicit. Ego indurabo cor eius. Exod. 5. Non eñi cor peccantis dñs obdurat: ſed obdurare dicit cũ ab obduratiõe nõ liberat. Miſericors eñi deus tempus nobis ad penitentiã relaxat: ſed cũ eius gratie patientiã: nos ad augmentũ vertimus culpe: hocipm tempus qđ ad parcendũ pie diſpoſuit: diſtrictius ad feriendũ vertit: vt cũ al's quia reuerti quis etiã ſpacio tempis accepto noluerit: per hoc mala ſua ad reatũ augeat: per qđ ea diluere potuit ſi cõuerti voluiſ-

ſet. Unde ſcriptū eſt. Ignoras quoniā benignitas dei ad penitentiā te adducit: ſm duriciā autē tuā ꝛ cor impenitēs theſaurizas tibi irā in die ire ꝛ reuelatiōis iuſti iudicij dei. Rom. 2. De benignitate ergo omipotētis dei irā ſibi in die ire reprobus theſaurizat: quia dū ad penitendū tēpus accipiꝛ: ꝛ ad peccandū exhibeꝛ: ipm remediū gratie vertit in augmentū culpe Unde ꝛ oīpotens deus: qꝛ collata remedia ꝯſpicit: ad culpe augmentū trahi ipaꝫ benignitatē quā cōtulit: in iudicij diſtrictionē vertit: vt inde poſt amplius feriat: vnde modo amplius expectat. Et qꝛ homo deſerere malum non vult vt viuat: augeat vnde moriaꝛ. Sed ſiue iuſtus in culpa ſiue peccator in morte corruat: ſpeculatori timendū eſt: ne hūc ex ſuo ſilētio reatus peccantiū pariter inuoluat. Sed interī hec dū loquor: auertere ad meipm oculos volo: ꝛ ecce iterū ſermo diuin⁹ me impingit in memetipm: vt meā negligentiā videā: ꝛ mihi dici hec que audio pertimeſcā. Sicut em̄ ſuperius dixi: cui⁹ cor in curis innumeris ſparſum eſt: quādo ſe ad ſe colligat: quādo etem̄ poſſum ꝛ ea q̄ circa me ſunt: ſollicite om̄ia curare: ꝛ in memetipm adunato ſenſu cōſpicere: quādo poſſum prauoꝝ nequicias inſequēdo corrigere: bonoꝝ actus laudādo ꝛ ammonēdo cuſtodire: alijs terrorē atqꝫ alijs dulcedinē demonſtrare. Quādo valeo ꝛ de his que ſunt neceſſaria fratrib⁹ cogitare ꝛ cōtra hoſtiles gladios de vrbis vigilijs ſollicitudinē gerere: ne incurſiōes ſubita ciues pereāt ꝓuidere: ꝛ inter hec om̄ia ꝓ animarū cuſtodia plene atqꝫ efficaciꝛ verbum exhortatiōis impendere. Loqui etem̄ de deo quiete valde ꝛ libere mētis eſt Tunc namqꝫ bene lingua dirigiꝛ in ſermone: cū ſecurꝰ ſenſus quieuerit in tranquillitate: quia nec cōcuſſa aqua imaginē reſpiciētis reddit: ſed tūc in ea vultus intendentis alꝰ aſpicientis aſpiciꝛ: cum nō moueꝛ. Quam ergo exhortationē vobis ſpeculator veſter fratres chariſſimi faciat quē tot rerū confuſio perturbat. Certe is de quo loquimur ꝓpheta vltima reuelatione templū videns: que in eodē templo cōſpexerit: inter cetera narrat dicēs: Terra vſqꝫ ad feneſtras: et feneſtre clauſe. Paulus quoqꝫ apoſtol⁹ dicit: Templū etem̄ dei ſanctū eſt qđ eſtis vos. 1. Cor. 3. In hoc aūt templo feneſtre ſacerdotes ꝛ ſpeculatores ſunt: qui in populo fideliū lumen ſancte predicatiōis fundūt. Sed cū terra vſqꝫ ad feneſtraſ eſt: feneſtre clauſe ſunt. Quia cū terrena cogitatio in ſacerdotū cordibus excreſcit: feneſtre lumē non fundūt: quia ſacerdotes ab officio p̄dicatiōis obmuteſcūt. Eſt ꝛ aliud valde in ordine ſacerdotū graue: quia non ſicut hi qui vitā quietā ac remotā ducunt: fixi valent in ſua cogitatiōe permanere. Hi em̄ ſicut ſuperius diximus: qui a loco regiminis longe ſunt: poſſunt peccatoꝝ ſuorū maculas alꝰ culpas ꝛ fletibus lauare: ꝛ poſt fletus in eodē mentis merore perſiſtere. Sicut de bona quoqꝫ muliere ſcriptū eſt: que ad tabernaculū orauerat: ꝛ ab intentiōe ſua animuꝫ poſt compunctiōis gratiā non mutabat cum diciꝛ: Vultuſqꝫ eius nō ſunt amplius in diuerſa mutati. 1. Regū. 1. In qua nobis cōſiderandū eſt quia ſi ſic planxit mulier que querebat filiū: quomodo debet plangere anima que querit deū? Sacerdos vero etiā poſt compunctionē ac lachrymas: cogiꝛ neceſſaria queqꝫ alꝰ quoqꝫ filiorū ſuoꝝ cognoſcere: ꝛ ea que refugit aīo patiēter audire: atqꝫ poſt ſuſpiria celeſtiū quorūlibet carnaliū hominū onera portare: ꝛ ſepe cū ſuperuenīētibus cor in diuerſa qualitate tranſfundere. Nam aliquādo de lucris ſpiritalibus gaudet: ſed cū quilibet merens ſuperuenerit: niſi eius merorē in ſe ſuſceperit: tribulatiōi illius compatiēs non eſt. Et aliquādo de dampnis animarū luget ꝛ repente ſuperueniūt: qui de quibuſdaꝫ ſuis ꝓſperitatibus letanꝛ: quoꝝ ſi leticie ſacerdos non cōgaudeat: min⁹ amare creditur filios in quoꝝ gaudio nō exultat p̄cipue cū paulus dicat: Gaudere cū gaudētibus: flere cū flentibus. Romañ. 12. Ni

hil ergo tam oneroſum in ordine ſacerdotũ video quã rigorẽ mentis compatiendo flectere: ⁊ cum perſonis ſuperueniẽtibus animũ mutare: ⁊ tamen hoc eſt valde neceſſariũ. Nam quãdo ex predicatiõe eius ad boni operis gratiã peccator reducit: ſi ipſe predicator videt ingratus. Unde per hũc quoq; eundẽ pphetã in extrema parte dicit: Et cũ ſacerdotes intrinſecus miniſtrãt: veſtibus laneis nõ vtant. Exod. 28. et. 29. et Leuit. 11. De quibus ſubditur. Cumq; egredient atriuʒ exterius ad populũ: exuent ſe veſtimẽta ſua in quib⁹ miniſtrauerãt ⁊ reponent ea in gaʒophilatio ſanctuarij. Groſſiora quippe indumẽta ſunt lanea: ſed cũ ſacerdos ad ſanctũ miniſteriũ accedit: cũ intus per compunctionẽ ingredit ſubtiliori intellectu: neceſſe eſt quaſi lineo indumento veſtiat. Sed cũ ad populũ foris egredit: oportet vt veſtimẽta in quibus intrinſecus miniſtrauerat reponat: atq; populo alijs veſtibus indutus appareat: quia ſi in compũctiõis ſue rigore ſe teneat: ſi i eo quẽ i orationis tempore habuit merore perduret: exterioꝝ rerum verba ſuſcipere nõ admittit. Et q̃d grex de neceſſarijs faciat: ſi audire atq; perpendere ⁊ hoc qd̃ preſens tẽpus exigit paſtor recuſat. Groſſiora ergo veſt enimta ſacerdos exiens ante populũ induat: vt mẽtis ſue habitũ pro vtilitate filioꝝ etiam ad terrena tolerãda componat. Penſate ergo fratres chariſſimi quã t⁹ ſpeculatori labor ſit ⁊ ad ſublimia cotẽdere ⁊ hoc repẽte ad ima reuocare ⁊ in ſublimitate cognitiõis intime extenuare animũ: ⁊ ppter exteriores cauſas pximo rũ (vt ita dicã) ſubito in cognitiõe groſſeſcere. Non ergo mihi modo neceſſe eſt pphete verba exponere: ſed meã coram vobis miſeriã deflere. Unde peto vt veſtra me oratio talẽ faciat: qualis ⁊ mihi valeã ⁊ vobis prodeſſe. Potẽs eſt indigno mihi ⁊ infirmo ex veſtra interceſſiõe iſta tribuere: qui ⁊ al's ex ſua pietate pro nobis dignatus eſt infirmari. Uirtus eñ dei eſt atq; ſapiẽtia que noſtram infirmitatẽ ſumpſit: vt ex ſua nos infirmitate roboraret. Jeſus xp̃us dominus noſter: qui viuit ⁊ regnat cũ patre in vnitate ſpiritusſancti deus: per omnia ſecula ſeculoꝝ amẽ.

Explicit omelia. XI.

Incipit Omelia. XII. in qua interpretatur ab illa parte tertij capituli. Et facta eſt ſup me man⁹ domini: vſq; ad finẽ. Et partem quarti vſq; ad illud. Et tu dormies ſuper latus tuũ.

Eruata veritate hyſtorie: diuina eloquia aliquãdo ex tempore: aliquãdo ex loco cauſas deſignant: quas aperto ſermone non indicãt. Ex tempore etem̃: ſicut predicante iudeis domio per euangeliſtã dicitur: Hiems erat. Johis. 10. Inter illa enim myſteria que veritas loquebat quid cauſe fuit vt nomen hiemis adderet: niſi vt per qualitatẽ temporis: oſtenderet frigus cordis? Quia ⁊ cum verba veritatis acciperẽt frigida iudeorũ corda remanebant. Aliquãdo ex loco: ſicut carnali iſraelitico populo deſcendẽte de monte moyſi lex in campeſtribus data eſt. Exod. 19. Math. 5. Et ſanctis apoſtolis domin⁹ in monte ſedens ſumma ſpiritalia precepta locutus eſt: vt ex locis videlicet monſtraret: quia ⁊ illis tanquã carnalibus mandata minia dabant in valle terrarũ: et iſti tanquã ſpiritales ⁊ ſancti in monte mandata celeſtia audirent: quatenus aperte monſtraret: q᷑ aſcendẽtes in corde ad celeſtia infirma mũdi relinquerẽt: ⁊ in mentis culmine ſtarent. Unde nũc Ezechiel ppheta quid iubente deo in locis egerit deſcribit: vt per locoꝝ qualitates indicet quid impoſterũ de pphecie myſterijs ſequeret: ecce enim dicit.

¶ **Facta eſt ſuper me man⁹ domini ⁊ dixit ad me: ſurgēs egredere in campū ⁊ ibi loquar tecū**

¶ Quid eſt hoc quod prius dñs in medio iſraelitarū locutus ad ꝓphetā ſuū fuerat: ⁊ tamen poſtmodū dicit: Egredere in cāpū: ⁊ ibi loquar tecū: niſi ꝙ prophetie ſue gratiā ⁊ prius iudeis infundere: ⁊ hanc poſtmodū dignatus eſt in latitudine gentiū demonſtrare. Neq₃ eñ immerito per campū gentilitas deſignat̄: que longe lateq₃: ideſt in vniuerſo mūdo diſtenditur. Ubi et ſubditur.

¶ **Et ſurgens egreſſus ſum in campū ⁊ ecce gloria domini ſtabat quaſi gloria quā vidi iuxta flumen chobar.]**

¶ In campo gloriā dñi ꝓphea vidit: quā iuxta flumen chobar in medio iſraelitarū viderat: quia ip̄a eius maieſtas gentibus apparuit que pri⁹ ſe electis in iudaico populo reuelāte ſpū declarauit. Sequit̄.

¶ **Et cecidi in faciem meam.]**

Uiſa dñi gloria in faciē ſuam ꝓpheta cadit: quia quāuis homo ad intelligēdum ſublimia eleuet̄: ex contemplatiōe tamen maieſtatis dei infirmitatē ſue cōditionis intelligit: ⁊ quaſi ſtatum nō habet qui ſe ante dei oculos eſſe cinerē ⁊ puluerē videt. Sequitur.

¶ **Et ingreſſus eſt in me ſpūs ⁊ ſtatuit me ſupra pedes meos.]**

¶ Cum nos humiliter deo ſternim⁹: cū eſſe nos puluerē cinerēq₃ cognoſcimus: cū infirmitatē conditiōis ꝓprie penſantes: ſtatū rigiditatis ⁊ ſuperbie nō habemus: oīpotēs deus per ſpiritū ſuū nos leuat: ⁊ ſuper pedes noſtros ſtatuit vt qui humiliter apud nos ex infirmitatis noſtre cogitatiōe iacuimus ⁊ iacemus: in bono poſt opere quaſi ſuper pedes ex rectitudine ſtemus. Quod cur in cāpo de ꝓpheta agit̄ niſi vt ſpecialiter deſignet̄: quia etiā electis gentiū ſanctuſſpiritus dandus eſſet: qui eos quos aſſūmeret ⁊ prius a ſupbie ſue ſtatu deijceret: ⁊ poſtmodū ſuper pedes ſuos: ideſt ſup bona opera ſolidaret. Sicut per paulū dicit̄: Remiſſas manus ⁊ diſſoluta genua erigite: ⁊ greſſus rectos facite pedibus veſtris. Heb. 2. Sequit̄.

¶ **Et locutus eſt mihi: et dixit ad me. Ingredere et includere in medio domus tue.]**

¶ Quid eſt qđ de medio iſraelitici populi propheta ad campū educit̄: atq₃ ad domū poſtea de campo reuocat̄: niſi ꝙ p̄dicatiōis gratia a iudaico populo ablata: in latitudine gētilitatis ſparſa eſt. Sed tamen quia in fine mūdi dū iudei ad fidē redeūt: quaſi ad domū ꝓpheta reducit̄: vt in ſuo populo rurſus p̄dicatio inhabitet: que modo velut in cāpo ita in diuerſis gētibus fulget. Scriptū quippe eſt. Donec plenitudo gentiū ſubintraret: ⁊ ſic oīs iſrael ſaluus fieret Rom. 12. Quia ⁊ per ꝓphetā alterū dicit̄: Si fuerit numerus filioꝝ iſrael quaſi arena maris reliquie ſalue fient. Oſee. 5. Exeat ergo ꝓpheta de medio populi ad campū: de campo redeat ad domū: vt predicatio que iudee facta eſt: egrediat̄ in gentes: ⁊ repletis fide gētib⁹: recipiat iudea ſpiritalis doctrine dona que amiſit. Includi autē in medio domus ſue propheta precipit̄: quia antixp̄i tempore ab eis gentib⁹ que in infidelitate remāſerint: plebs cōuerſa iudeoꝝ duris perſecutorib⁹ coanguſtat̄. Unde ſcriptū eſt. Atriū autē quod eſt extra templū eijce foras et ne metieris illud q̄niā datū eſt gentib⁹ ⁊ ciuitatē ſanctā calcabūt mēſibus quadragintaduob⁹. Apoc. 11.

¶ **Et tu fili hominis: ecce data ſunt ſuper te vincula: ⁊ ligabūt te in eis: ⁊ nō egredieris in medio eoꝝ: ⁊ linguam tuā ad herere faciam palato tuo: ⁊ eris mutus: ⁊ quaſi vir obiurgās: quia domus exaſperans eſt.]**

¶ Que videlicet verba ſi per typice expo
ſitionis ordinē ſequimur: ꝓpheta in do-
mo ſua vincula ſuſcipit ⁊ ligat: quia in ex
tremis cum iudea crediderit grauiſſimas
antixp̄i tempe perſecutiões ſentit: ita vt
predicatões eius miniſtri iniq̄tatis nō re
cipiāt: ſed reſiſtendo has vinculis doloꝝ
premāt: ⁊ in medio eoꝝ nō egredit: quia
ad corda prauoꝝ predicatio nō peruenit:
dum lingua bonoꝝ ligata tribulatiōibus
tacet. Erūt etem̄ tunc multi ex iudeis in-
fidelibus qui eoſdē ip̄os qui ex iudeis cre
diderint perſequētur. Unde notandū eſt
qđ hic quoq; dicit: quia in domo ſua ꝓ-
pheta vincula ſuſtineat: vt videlicet deſi-
gnet: qm̄ ex ip̄o ſuo genere iudea cū fidel'
fuerit: tribulationē perſecutiōis portet.
Dum em̄ vnigenitus ſummi patris incar
natus ac mortuus reſurrexiſſe vſq; ad ce-
los aſcēdiſſe nō credit: ſicut per ſacre ſcri
pture paginas predicat: nimiꝝ apud eos
ꝓphecia ligata erit: que ſi ita vt dicta eſt
in eorū intellectū decurreret: quaſi greſ-
ſus liberos ſue p̄dicatiōis habuiſſet. Ae
probis ergo tūc predicatoꝝ ſcientia tace-
re compellit. Unde ⁊ his ſubdit. Et lin-
guam tuā adhereſcere faciā palato tuo ⁊
eris mut⁹: nec quaſi vir obiurgans qꝛ do
mus exaſperās eſt. Sed quia enoch ⁊ he
lya p̄dicantē multi ex his qui tūc ex iude
is in infidelitate remanſerūt ad cognitio-
nē veritatis redeūt: ſicut de eodē helya di
cit: Helyas veniet ⁊ ip̄e reſtituet omnia.
Math.17. qui vtriq; per Zachariā due
oliue: ⁊ per iohannē duo candelabra no-
minant. Zach.4. Apocal.11. Recte hic
quoq; ſubiungit.

¶ Cum autē locutus fuero tibi
aperiam os tuū: ⁊ dices ad eos:
Hec dicit dominus deus.]

¶ Tunc em̄ velut in extremo os ꝓphete
aperit cum in predicatiōe enoch ⁊ helye
a iudeis ad fidē redeūtibus ꝓphecia ſacri
eloquij de xp̄o fuiſſe cognoſcit. Sed quia
hec typice diximus: nūc verba eadē chari
tati veſtre moraliter diſſeram⁹. Quid eſt
em̄ ꝙ exire ꝓpheta ad campū iubet: niſi
ꝙ vnuſquiſq; qui p̄dicat ꝓpter eos quos
extra ſe poſitos corrigit: atq; ab iniquita-
te cōpeſcit: loquēdo ad campū exit: ibiq;
gloriā videt. Quia tāto largius doctrine
gratiā percipit: quāto ſe ī labore p̄dicatio
nis ex amore ꝓximoꝝ tendit. Foras er-
go exeūdo in altū viſione ducit: quia vn-
de in alienis cordibus ignorātie cecit atē
miniſterio ſue locutiōis illuminat: inde
eū ſuperna gratia in altiori intelligētia ex
altat. Sed quia ſemꝑ p̄dicator debet ad
mentē recurrere: humilitatē atq; mundi-
ciā intrinſecus cuſtodire: poſt campū ne-
ceſſe eſt vt ad domū redeat: quatenus in
his que dicit qualis etiā ip̄e ſit intra con-
ſcientiā cognoſcat. Si em̄ aut hoc qđ lo-
quit minime cuſtodit: aut his que loquit
temporalē gloriā requirit: loquēdo qui-
dē ad campū exit: ſed nō cogitādo ſemet-
ip̄m ad domū redire cōtempnit. Accepto
em̄ ſpiritu in medio domus includimur:
quādo per eius gratiā ad diſcutienda mē
tis noſtre ſecreta reuocamur: vt apud ſe-
metip̄m in deo anim⁹ quieſcat ⁊ nō iā per
exteriores cōcupiſcētias in appetitū lau-
dis ⁊ glorie cogitatiōis mobilitate diſcur
rat. De hac domo cordis cuidā ſanato ꝑ
ſemetipſam veritas dicit: Tolle grabatū
tuū ⁊ vade in domū tuā. Joh.5. et Mar.
2. Per grabatū quippe in quo carnis eſt
requies: ip̄a caro ſignat. Per domū vero
conſciētia figurat. Et quia cū mente mor
tui in vicijs iacem⁹: in carnis delectatio-
ne quieſcim⁹: infirmi portamur in lecto.
Cū vero ſanati fuerim⁹ mente: vt iā pul-
ſantibus carnis vicijs reſiſtam⁹: neceſſe
eſt vt ⁊ temptationū contumelias de nr̄a
carne tolerem⁹. Egro itaq; ad ſalutē re-
ducto precipit. Tolle grabatū tuū: ideſt
porta lectū in quo portat⁹ es: quia neceſ-
ſe eſt vt ſanatus quiſq; portat cōtumeliā
carnis in q̄ prius iacebat egrotus. Quid
eſt ergo dicere: Tolle grabatū tuū ⁊ vade
in domū tuā: niſi porta temptiões carnis
in quibus hactenus iacuiſti: ac reuertere
ad conſcientiā tuā vt videas que feciſti.

Propheta igitur poſt campū in domū in
cludi precipit: vt predicator ſemper poſt
gratiā doctrine quā ꝓximis miniſtrat ad
conſcientiā redeat: ſeq; ip̄m ſubtili exami
natiōe diſcutiat: ne de his que foris pre=
dicat: aliquid ip̄e apud ſe intrinſecus trā
ſitorie laudis querat. Unde per ſalomonē
dicit: Bibe aquā de cyſterna tua: ⁊ fluen
ta putei tui: diriuēt fontes tui foras: ⁊ in
plateis aquas diuide: habeto eas ſolus:
nec ſint alieni participes tui. Prouer. 5.
Valde autē cōtraria vident eſſe que dicit
Diriuentur fontes tui foras: ⁊ in plateis
aquas diuide: cū protinus adiūgit. Habe
to eas ſolus: nec ſint alieni participes tui
Quomō enim aquā ſcientie ſolus habe=
re poterit: ſi hāc in plateis diuidit: Quo
modo alieni aque eius participes nō ſunt
ſi fontes illius foras deriuant: Sed cum
p̄dicamus populis: in plateis nimirꝫ aq̄s
diuidimus: quia in auditorꝫ multitudinē
ſciētie dilatamus. Cū vero nos adiuuāte
diuīa grā intrinſec⁹ cuſtodim⁹: ⁊ ne ma
ligni ſpūs qui iure a nobis alieni ſunt: qꝛ
ſortē beatitudīs perdiderūt: nobis in ela
tione ſubripiāt: ſollicitudine cauta circū=
ſpicimus: ſoli habem⁹ aquas quas in pla
teis diuidim⁹: vt nobis in eis alieni parti
cipes nō ſint. Hi nimirū de quib⁹ ſcriptū
eſt. Alieni īſurrexerūt in me: ⁊ fortes que
ſierūt animā meā. ps. 53. Aquas ergo et
in plateis diuidit et ſolus habet: qui per
hoc qđ multis predicat ſe in cogitatōe tē
poralis glorie nō exaltat. Tunc em̄ poſſi
det homo qđ docet: quando ſe nō gaudet
inoteſcere: ſed ꝓdeſſe. Ex campo ergo ad
domū ꝓpheta reducit: vt is qui ex deo lo
quit: poſtq̄ pro vtilitate ꝓximorꝫ loquē=
do foras exierit: ex humilitate ſemꝑ ad di
ſcutienda cordis ſui ſecreta reuocet. Un=
de ⁊ ſubditur.

Et tu fili hoīs: ecce data ſunt ſuꝑ te vincula ⁊ ligabūt te in eiſ ⁊ non egredieris in medio eorꝫ.

Cum em̄ predicator quiſq; ad cōſcientiā
domus ſue reducit: ſuper eū vincula dan
tur: ⁊ ligat in eis quia quāto plus ſe in co
gitatōe diſcuſſerit: tāto amplius agnoſcit
iuſti anima quātis mortalitatis ſue infir=
mitatib⁹ ſit ligata. Niſi em̄ ſe ligatū ꝯſpi=
ceret paulus minime dixiſſet. Deſideriū
habēs diſſolui ⁊ cum xp̄o eſſe. Philip. 1.
Hinc ⁊ per pſalmiſtā dicit: Ut audiret ge
mitū vinculatorꝫ: ⁊ ſoluat filios interem=
ptorꝫ. ps. 101. Et rurſus. Intret in cōſpe=
ctu tuo gemitus cōpeditorꝫ. ps. 66. Se=
pe autē cum iam anima ad redēptoris ſui
ſpeciē cōtemplandā exire deſiderat: cū ce
leſtib⁹ gaudijs intereſſe ſuſpirat: ip̄a mor
talitatis ſuis ſue vincula cōſpicit ⁊ gemit
quibus adhuc in p̄ſenti mūdo ligata reti
net. Hinc eſt em̄ qđ ſubtile om̄ipotentis
dei iudiciū intuēs Hieremias ait: Circū
edificauit aduerſuꝫ me: vt nō egrediar ag
grauauit compedē meā. Treñ. 3. Habe=
mus em̄ compedes ip̄am infirmitatē atq;
corruptionē mortalitatis noſtre: ſed cū tri
bulatio nobis ⁊ gemitus addit ip̄e noſtre
cōpedes aggrauant. Et quidē quādiu in
hac vita iuſtus moras patit loquēdo bo=
na: ꝓdeſſe alijs feſtinat: ſed cū duras mē
tes cōſpicit eaſq; cōſiderat contentiōibus
occupari: predicatiōis verbū retinet: ⁊ in
medio eorꝫ nō egrediet: quia a bonis que
loqui poterat obmuteſcit. Sic per paulū
dicit: Nihil per contentionē. Philip. 2.
Et rurſus. Si quis vult cōtentioſus eſſe
nos talē cōſuetudinē nō habemus. 1. Co
rinth. 11. Unde hic q̄ʒ apte ſubiungit.

Et lingā tuam adherere faciam palato tuo ⁊ eris mutus: nec quaſi vir obiurganſ: quia dom⁹ exaſperans eſt.]

Aliquādo vero etiā cōtra reſiſtentiū lin
guas predicantiū corda ʒelo ſui dn̄s accē
dit ne taceāt: ſed dicta fallaciū verbis ve
ritatis premāt. Unde hic ſubdit.

Cum autē locutus fuero tibi aperi os tuū ⁊ dices ad eos: Hec dicit dominus deus.]

Sed hec que breuiter ſub duplici intel=

lectu diſcuſſimus placet vt iuxta cōſiderā
tionē littere leniter tangēdo tranſeamus
Quid enī amplius nobis per ipā verba
hyſtorie ꝙ virtus obediētie cōmendať.
Cum modo ad tranſmigrationē iuxta flu
uiū chobar pergere: modo in campū egre
di: modo ex campo ad domū redire ꝓphe
te ꝑcipiť vt prius ex iuſſiōe pergēs: ⁊ pau
lopoſt exiens: atq; iterū domū rediēs ⁊ ſe
metipm̄ recludēs ſemper ſue volūtatis ar
bitriū ad diuini eloquij preceptū frangat
qn̄s ī celeſti iuſſiōe ſuſpēſus: nō ſuā ſed
cōditoris ſui volūtatē impleat. Cui diciť.

Et tu fili hoīs: ecce data ſunt ſup te vincula: ⁊ ligabūt te in eiſ ⁊ nō egredieris in medio eoꝝ.]

Qua in re notandū eſt qḋ aduerſa pro-
pheta ꝑnoſcit: vt cōtra oīa pareť: min⁹
enī mala cōtra mentē preualēt: que inopi
nata nō veniūt: ⁊ tamen dū cōtraria pre-
noſcunť: quāta ſit in eo obediētie virtus
oſtendiť: qui ⁊ cognoſcit ꝙ aduerſa paſ-
ſurus eſt: ⁊ tamen voci dn̄ice inobediens
non eſt. Magna autē conſideratiōe indi-
gent verba que ꝓtinus adduntur.

B Et linguā tuā adherere faciā palato tuo ⁊ eris mutus: nec quaſi vir obiurgās: quia dom⁹ exaſperans eſt.]

Diſcernendū nobis quippe eſt: vtrum
pro ſolis malis auditoribus: an aliquā-
do etiā pro vicio predicatiōis ſermo ſub-
trahiť? Quattuor enī qualitatib⁹ res hec
cōſiderata diſtinguiť. Nam aliquādo ꝓ-
pter malos auditores bonis tolliť ſermo
doctoribus. Aliquādo vero ꝓpter bonoſ
auditores dať ſermo doctoribus ⁊ malis.
Aliquādo autē ꝓpter docentiū atq; audi
entiū iuſtificationē bonis doctorib⁹ dať:
vt ⁊ ipſi per meritū creſcāt: ⁊ auditores eo
rū intellectu ⁊ vita ꝓficiāt. Aliquādo ve
ro quia neq; hi digni ſūt accipere quibus
doctrine verbū proferť: neq; illi doctrine
verbū ꝓferre qui locū docēdi tenent ꝑdi-
catiōis ſermo tolliť: vt vtraq; pars diſtri-
cte iudiceť. Propter malos naq; audito
res bonis ſermo doctorib⁹ tolliť ſicut nūc
ad ezechiel diciť: Linguā tuā adhereſce-
re faciā palato tuo ⁊ eris mutus: nec qua
ſi vir obiurgās: quia dom⁹ exaſperās eſt.
Et ſicut paulo diciť: Feſtina ⁊ exi veloci-
ter ex hieruſalē: quoniā nō recipient teſti
moniū tuū de me. Et ſicut volētibus apo
ſtolis ꝑdicare in aſia ſcriptū eſt. Quia ꝓ
hibuit eos ſpūs ieſu. Actu. 16. Propter
bonos auditores etiā malis doctoribus
ſermo dať: ſicut de phariſeis dn̄s dicit:
Oīa quecunq; dixerint vobis ſeruate ⁊
facite: ſcḋm opera vero eoꝝ nolite facere
dicūt enī ⁊ non faciūt. Math. 23. Propť
docentiū quoq; meritū ⁊ audentiū iuſtifi-
cationē ſermo doctrine tribuiť ſicut ſan-
ctis apl'is diciť. Euntes docete oēs gen
tes. Mar. 16. Propter malos vero audi
tores ⁊ indignā vitam eoꝝ: qui docere de
buerāt ſermo doctrine ſubtrahiť. Sicut
hely ad corrigēdos filios ſuos: diſtricte
increpatiōis verbū nō habuit: quia ⁊ ei⁹
negligētia ⁊ filioꝝ exigebat vita: vt cum
eis ⁊ populus caderet: ⁊ archa dn̄i capta
ad aliophilos trāſiret. 1. Reg. 2. 3. et. 4.
Magna enī oīpotentis dei eſt gratia cū
inique agētibus durus a doctorib⁹ ſermo
increpatiōis ꝓferť. Quo cōtra nūc diciť
Et eris mutus nec q̄ſi vir obiurgās. De-
linquentes etenī obiurgaſſet: ſi digni ipa
obiurgatiōis gr̄a fuiſſent. Sed cū in do-
ctrina atq; ſilentio ſit meritoꝝ tāta diuer-
ſitas: vt ſciri facile nō poſſit: vtrū ex audi
toris: an ex eius vicio qui doctrine locū
videť tenere docēdi ſermo ſubtrahať: qḋ
aliud nobis ꝙ ſeruare ſp in rebus dubijs
hūilitas iubeť vt ⁊ qn̄ loqui poſſumuſ nō
extollamur: ne fortaſſe hec ipa locutiōis
nr̄e gratia nō nobis ſed auditoribus no-
ſtris collata ſit. Et rurſus quando loqui
non poſſumus: hi qui nobis cōmiſſi ſunt
minime nos dijudicēt: ne fortaſſe non ex
noſtro ſed ex peccato audientiū loqui mi-
nime poſſumus. Adhuc ergo nobis cun-
cta de meritis noſtris incerta ſūt: vt vnā
certam gratiā teneamus humilitatē qua

Quatuor ex cauſis [illegible]

ten⁹ ⁊ nos cū loq̄mur ex om̄ipotētis dei dono hoc eſſe noſtrū meritū putemus: et quādo a locutiōe doctrine obmuteſcim⁹: quāuis noſtra culpa ſit: vos tamē hanc eſſe veſtrā ſpecialiter credatis: vt dū viciſſim mala nobis tribuim⁹ ⁊ bona alijs: per ipſam humilitatis gratiā fiat: vt doctrine ſermo qui ablatus fuerat redeat. Seq̄t.

¶ Cum autē locutus fuero tibi apies os tuū ⁊ loqueris ad eos. Hec dicit dn̄s de⁹: qui audit audiat: ⁊ qui quieſcit quieſcat: q2 domus exaſperans eſt.]

¶ Sepe quidā verbū dei audire deſiderāt ſed dū alios conſpiciūt aurē auertere etiā ipi a ſalutis auditu deuiāt. Et plerumq̄ multi quieſcere appetūt: atq̄ cūctis mūdi huius actib⁹ vacare nullis iam deſiderijs terrenis ſuccūbere: ſed dū vidēt alios inquiete agendo pficere: atq̄ in hoc mūdo diuitijs ⁊ honorib⁹ extolli: quia necdum in via rectitudīs firmi ſunt: ad praua opera ex alioꝝ exemplo dilabūtur. Hinc eſt em̄ q̄ in typo infirmantiū pſalmiſta loquēs dicebat. Mei autē pene moti ſunt pedes mei pene effuſi ſūt greſſus mei: q2 zelatus ſum in peccatorib⁹ pacē peccatorū videns. ps. 72. Hinc iterū dicit: Du3 ſuperbit impius incendit pauper. ps. 9. Hinc ad hieremiā prophetā voce dominica de iudea ⁊ iſrael dicit: Nunquid vidiſti que fecerit aduerſatrix abiecit ſemetipſam ſup omnē montē excelſu3 ⁊ ſup omne lignū frondoſu3 ⁊ fornicata eſt ibi ⁊ dixi cū feciſſet hec om̄ia ad me cōuertere et nō eſt reuerſa. Hierem̄. 4. Ubi ſtatī ſubdit qualiter ex emulatiōe eius iudea cecidit que ſtare videbat. Ait em̄: Et vidit p̄uaricatrix ſoror eius iuda p eo q̄ mechata eſſet aduerſatrix iſrael dimiſiſſē eam et dediſſem ei libellū repudij: ⁊ nō timuit p̄uaricatrix iuda ſoror eius: ſed abijt ⁊ fornicata eſt etiā ipa. Ecce miſericors deus cōtempnitur ⁊ vocat: aduerſantib⁹ ſe ſinū miſericordie aperit: quia peccāti dicit Ad me cōuertere ⁊ tamen nō eſt cōuerſa Sed quia om̄ipotentē deū plebs iſraelitica deſeruit: reuerti nolēs: libellū repudij accepit. Deſeruit videlicet peccādo: ſed libellū repudij accepit in ſuis iniq̄tatibus ſine flagello remanēdo. Anīa enim que peccat recedit: ſed ſi ea3 poſt peccatū pſperitas ſequit: nulla diſciplina: nulla diſtrictiōis increpatio reuocat: ad cor in diuiſionē quā inter ſe ⁊ dn̄m fecit. Etiā libellū repudij accipit: vt iā velut alienā derelicta faciat mala que vult 3eli dei flagella nō ſentiat: quaten⁹ ad eterna ſupplicia pfundius deſcēdat. Sed ſoror ei⁹ iuda quoniā dimiſſā iſrabeliticā plebē in ſuis voluptatibus vidit: ipa quoq̄ in imūdicia fornicatiōis exarſit. Quia enim aſpexit adulterā in ſua peruerſitate florere: etiā ipa non timuit deterius peccare: atq̄ a cōiunctiōe dn̄i quaſi a viri legittimi cubili recedere. Un̄ neceſſe eſt vt peccātes quoſq̄ tūc cōſiderem⁹ amplius miſeros: quāto eos cōſpicimus in culpa ſua ſine flagello derelictos. Hinc em̄ per ſalomonē dicit: Auerſio paruuloꝝ interficiet eos: ⁊ pſperitas ſtultoꝝ pdet illos. Prouerb. 1. Qui em̄ a deo auertit ⁊ pſperat tanto perditiōi fit pximus: quāto a 3elo diſcipline inuenit alien⁹. Dicat ergo.

¶ Qui audit audiat: ⁊ q̄ quieſcit quieſcat: quia domus exaſperans eſt.]

¶ Ac ſi aperte diceret: Uos qui iam ⁊ verba veritatꝭ audire ⁊ a praua cepiſtis actione quieſcere: nolite illos imitari quorum me exaſperari morib⁹ videtis. Qđ tamē ⁊ intelligere aliter poſſum⁹. Quidā em̄ verbū audiētes non audiūt: quoniā aurē ad ſacrū eloquiū ponūt: ſed cor a mūdi deſiderijs nō euellūt. Et ſunt nōnulli q̄ q̄eſcētes minīe quieſcūt: quia a prauis quidē actibus ocioſi ſunt corpe: ſed peruerſitate operū ex delectatiōe verſant in mēte Hinc eſt eni3 qđ de iudea ad captiuitatē peruenientē ſcriptū eſt. Uiderūt eam hoſtes ⁊ deriſerūt ſabbata eius. Treno. 1.

hoſtes quippe ſabbata derident: quãdo maligni ſpiritus ocioſe mẽti prauas cogitatiões inijciũt: vt ꝛ ſi quieſcit ab ope: nõ quieſcat a maloꝝ operũ delectatióe. Recte ꝗ nũc dicit: Qui audit audiat: quatenus ſic fiat ſermo in aure corporis: vt ſonet in aure cordis. Et qui quieſcit quieſcat. Ut prauitatis deſideria repellant a cogitatióe: cũ iam repulſa vident ab opere. Ubi ne maloꝝ ſicut diximus exempla ſequamur: adiungit. Quia dom⁹ exaſperans eſt. Mali autẽ ꝛ ſi diu tolerant ſubito corruũt: ꝛ eoꝝ penas infirmi cõſpiciũt. ne quoꝝ culpas impunitas exiſtimãt imitent. Unde hic quoqꝫ eiuſdẽ iudee deſolatio ſubiungit: ꝙ domus exaſperãs vocat: cũ ꝓtinus ꝓphete ſuo dñs dicit.

¶ Et tu fili hominis ſume tibi laterẽ ꝛ pones eũ coram te: ꝛ deſcribes ciuitatẽ hieruſalẽ: ꝛ ordinabis aduerſus eam obſidionẽ ꝛ edificabis munitiões ꝛ cõportabis aggerẽ: ꝛ dabis contra eã caſtra: ꝛ pones arietes in gyro. Et tu ſume tibi ſartaginẽ ferream ꝛ pone eam murũ ferreũ inter te ꝛ ciuitatẽ: ꝛ obfirmabis faciem tuam ad eam: ꝛ erit in obſidionẽ: ꝛ circũdabis eam ſignũ eſt domus iſrahel.]

¶ In quibus videlicet verbis quid aliud iuxta hyſtoriã: niſi hieroſolyme vrbis obſeſſio atqꝫ deſtructio deſignat: ꝛ peccatoris populi afflictio exprimit: qui dom⁹ exaſperans vocat: cum aperte dicitur: Ordinabis aduerſus eam obſidionẽ: ꝛ edificabis munitiões ꝛ comportabis aggerẽ: ꝛ dabis cõtra eam caſtra: ꝛ pones arietes in gyro. Sed quia verba ꝓphetie ſic plerũqꝫ narrant hyſtoriã: vt per hãc etiã myſtica deſcribãt: oportet vt hec eadẽ dicta que ꝓtulimus hyſtorialiter: etiã ſpiritaliter diſſeramus: maxime quia in eis interponit quod teneri poſſe ad litterã non videt cum dicit. Et tu ſume tibi ſartaginẽ ferreã: ꝛ pones eam murũ ferreũ inter te ꝛ ciuitatẽ: ꝛ obfirmabis faciẽ tuã ad eã ꝛ erit in obſidionẽ. Niſi eñi rebus hyſtoricis myſtica myſcerent: quid ſartago ferrea neceſſaria ꝓphete fuit: vt hanc inter ſe ꝛ ciuitatẽ poneret: quaten⁹ ſe ab eius obſidione ſepararet. Cum eñi dicit: Sume tibi ſartaginẽ ferreã: ꝛ pones eã murum ferreũ inter te ꝛ ciuitatẽ: aperte declarat: quia per eandẽ ſartaginẽ ferreã ab obſidione ciuitatis ꝓpheta ſe liberũ reddat. Unde ꝛ quod ꝑdixit ſubiungit. Obfirmabis faciẽ tuã ad eam: ꝛ erit in obſidionẽ. Ex qua re oſtendit: ꝙ ꝓpheta in eadẽ obſidione nõ erit ſi ſartaginẽ ferreã int̃ ſe ꝛ ciuitatẽ murũ ferreũ ponit. Et certe ſiue in ea captiuitate que prius: ſiue in ea que poſtmodũ iſraelitico populo cõtigit nullus ab eiuſdẽ captiuitatis periculo liber fuit: ſed omẽs ſimul par calamitas inuoluit. Quid ergo intelligi iuxta litteram poteſt: vt ꝓpheta inter ſe ꝛ ciuitatẽ que obſidenda eſt ſartaginẽ ferreã ponat Sed quãuis omne hoc qꝺ in deſcriptióe lateris ob ſignũ al's ſub ſigno hieroſolymoꝝ ciuitatis legit iuxta litterã factũ ſit. Nobis tamen ſciendũ eſt: quia typicũ aliquid per ſartaginẽ figurat: ſed ꝛ obſeſſio hieroſolymoꝝ vera deſcribit. Ex qua re iſtruimur: vt dũ aliud cõpletũ iuxta hyſtoriã ſcimus: ꝛ aliud iuxta allegoriã a ratione vacare cognoſcim⁹: i ſacro verbo vtraqꝫ teneamuſ: qtñs ꝛ obſeſſionẽ hieroſolymoꝝ que iuxta lr̃aꝫ poſtmodũ facta eſt: in ꝓphe verbis ꝛ factis credam⁹ eſſe figuratã: ꝛ tñ ꝑ eãꝺ obſidionẽ obſidio alia: ideſt interior deſignat. In qua iure querimus quid per ſartaginẽ ferreã que murus ferreus dicit valeat deſignari. Nã itaqꝫ obſidionẽ qua hieroſolymoꝝ ciuitas deſtructa eſt iam factã nouimus: ſed nũc aliã intrinſecus que quottidie agit requiram⁹. De qua per ſignificationẽ dicit.

¶ Et tu fili hominis ſume tibi

laterē ꝛ pones eū corā te ꝛ deſcribes in eo ciuitatē hieruſalē.

Sed ante nobis inquirendū eſt: cur ezechiel ꝓpheta vel quotiēs ſublimia cōſpicit: vel quotiēs aliqua agere myſtica iubet: prius filius hominis appellat. Sepe eñ ſubleuat ad celeſtia: ꝛ occultis atq₃ inuiſibilibus rebus eius mēs paſcit. Neceſſe ergo eſt vt iter occulta que penetrat filius hominis vocet: vt ſemper agnoſcat qđ eſt: ꝛ nunq̄ extollat de his ad que ducit. Quid eſt eñ ꝓphete ad ſpiritalia ſubleuatū ſemꝑ fili homīs dicere: niſi eū infirmitatis ꝓprie memorē facere: vt cōſcius cōditionis infirmi eleuari in cogitatione nō debeat de magnitudine cōtemplatiōis ſue. Quia vero idē propheta vt ſupra iā diximus typū predicantiū vel doctorꝫ tenet. Recte ei nūc dicit.

Sume tibi laterē ꝛ pone euꝫ coram te.]

Omnis etem doctor cū terrenū quēpiam auditorꝫ ad celeſtis verbi doctrinā ſuſcipit laterē aſſumit. Cui dū loqui ceperit que ſit retributio celeſtis patrie: que viſio pacis ſuperne: ciuitatē hieruſalē deſcribit in latere quē corā ſe ponit. Quia intenta mente qualitatē audiētis cōſiderat: ideſt ꝓfectū vel defectu ꝯſpicit: ꝛ iuxta eius intelligentiā predicatiōis ſue verba moderat: vt deſcribi in audiētis mente ciuitas hieruſalē: ideſt viſio pacis poſſit. Dicat ergo. Sume tibi laterē videlicet proximi cor terrenū pones eū corā te ſcilicet vt et vitā atq₃ intellectū illius intēta mente cuſtodias. Et deſcribes in eo ciuitatē hieruſalē: vt ei que ſint ſuperne patrie gaudia de viſione pacis innoteſcas. Quaſi eñ iā hieruſalē in latere deſcripta eſt cū terrena mēs ceperit que ſint illa interne pacis gaudia vera cognoſcere: ꝛ ad conſpiciendam glorā patrie celeſtis anhelare. Quaſi in terra alīs in terna viſio pacis deſcribitur: quādo mēs que prius terrena ſapuerat: per amorē iam ad cōtemplandā gloriā regni celeſtis eleuat. Sed mox vt animus amare celeſtia ceperit: mox vt ad viſionem pacis intime tota ſe intentiōe colligerit: antiqu⁹ ille aduerſarius qui de celo lapſus eſt inuidet: ꝛ inſidiari ampli⁹ incepit: ꝛ acriores quā cōſueuerat temptatiōes admouet. Ita vt plerūq₃ ſic reſiſtentē animā temptet: ſicut ante nūq̄ temptauerat quādo poſſidebat. Unde ſcriptū eſt Fili accedēs ad ſeruitutē dei: ſta in iuſticia ꝛ timore: ꝛ ꝑpara animā tuam ad temptationē. Eccl. 2. Unde ꝛ demoniacus q̄ a dño ſanat ab exeūte demone diſcerpit ſicut ſcriptū eſt. Et clamans ꝛ multū diſcerpēs eū exijt ab eo. Mar. 9. Quid eſt eñ q̄ obſeſſū hominē antiqu⁹ hoſtis quē poſſeſſum nō diſcerpſerat deſerēdo diſcerpſit niſi q̄ plerūq₃ dū de corde expellit: acriores in eo temptatiōes generat: q̄ prius excitauerat quādo hoc quietus poſſidebat. Unde iſraelite quoq₃ ad moyſen ꝛ aaron dicūt. Videat dñs ꝛ iudicet quoniā fetore feciſtis odorē noſtrū corā pharaone et ſeruis eius: ꝛ ꝑbuiſtis ei gladiū vt occideret nos. Exod. 5. In moyſe eñ ꝛ aaron lex ꝛ ꝓphete figurate ſunt. Et ſepe apud ſe infirmus anim⁹ quaſi cōtra ſacra eloq̄a murmurat: quia poſtq̄ verba celeſtia audire ꝛ ſequi ceperit: regis egyptij aduerſitas: ideſt maligni ſpūs temptatio excreſcit. Debet ergo vigilāter doctor ꝓficiēti anima que illā temptatiōes ſequant innoteſcere: vt cauta ſe valeat ꝯtra maligni ſpiritus inſidias ꝑparare. Unde bene nūc poſt deſcriptā ciuitatē hieruſalē in latere dicit prophete.

Et ordinabis aduerſus eam obſidionē ꝛ edificabis munitiones ꝛ cōportabis aggerē.

In qua eñ iam pacis viſio deſcribit: ei neceſſe eſt vt temptatiōis bella nuncient. Nam vt valeat ad illa pacis gaudia eterna pertingere: hanc hic proculdubio oportet tribulationū certamina multa ſuſtinere. De qua bene dicit.

Ordinabis aduerſus eam obſidionem.]

predicatoꝛ quippe cõtra erudiendā animā obſidionē oꝛdinat: cum ꝑmonendo indicat: quibus ſe modis vicia virtutibus opponant: quomō luxuria caſtitatē feriat qualiter ira tranquillitatē anīe perturbet quantū inepta leticia a vigoꝛe mentis reſoluat: qualiter multiloquiū munitiōem coꝛdis deſtruat: quomodo inuidia charitatē interficiat: quēadmodū ſuperbia arcem humilitatis effodiat: qualiter fallacia cū veritatē in ſermone coꝛruperit: hāc etiā in cogitatiōe coꝛrumpat: vt qui verū dicere noluit qđ intellexit: iam nec intelligat quod dicere valeat. Oꝛdinat ergo a predicatoꝛe obſidio: cū per ſancte admonitiōis verba ſingulis quibuſqꝫ virtutibus q̄ vel q̄bus modis vicia inſidiēt oſtēdit. Et contra hieruſalē quā deſcripſit in latere ꝑdicatoꝛ munitiōes edificat: quādo mala queqꝫ q̄ munita cõtra mentē veniant demõſtrat: vt ſi ſe vicia ſub virtutū ſpecie abſcondāt: quatenus ſicut ſepe iā dixim⁹ immoderata ira iuſticia videri appetit: ⁊ diſcipline remiſſio māſuetudo videre velit: ⁊ tenacia ſeſe parſimonia nominet: ⁊ inoꝛdinata rerū effuſio ſe beniuolētiam appellet. Quaſi eñ edificate cõtra mentē munitiōes ſunt: quando vicia ſub virtutū ſpecie excreſcūt ⁊ in alto ſe oſtendūt per imaginē: que in imo iacēt ſemper per actionē. Adhuc quoqꝫ addit.

¶ Et compoꝛtabis aggerem.]

Quomodo eñ mens deſiderare celeſtia ceperit: eo in illā maligni ſpirit⁹ temptaptiōibus ſuis terrenas ampli⁹ cogitationes exaggerāt. Propheta ergo aggerē cõpoꝛtat: cū predicatoꝛ ſanctus bonis mētibus qualiter terrena deſideria ſurripere ſolent denūciat. Atqꝫ adhuc addit.

¶ Et dabis contra eam caſtra ⁊ pones arietes in gyro.]

¶ Quaſi dat contra animā doctoꝛ caſtra: quādo malignoꝝ ſpirituū contra eā collectas atqꝫ adunatas inſidias indicat vt aliquādo non ſolūmodo ex vno ſed ex coniūctis vicijs ſimul temptēt. Nam ſunt quedam vicia quaſi per quādā ſibi cognatiōnē propinqua. Sicut diſſolutio ſpiritus appetitus gule: ⁊ immūdicia luxurie. Sicut multiloquiū fallacia atqꝫ periuriū. Ex diſſolutiōe quippe ſpiritus mēs ad ingluuiē ventris rapit. Et dum cibis vēter extendit: ad luxuriā caro trahit ſuperbiēdo captiua. Et reuerſus ex multiloquia fallacia generat. Quia valde difficile eſt: vt qui multa loquit: non etiā mentiatur. Et ſepe mendaciū etiā periurio tegit: vt ante humana iudicia veletur. Superbia quoqꝫ eſſe ſine inuidia atqꝫ inani gloꝛia nullaten⁹ poteſt. Superbus etenī quiſqꝫ honoꝛē queꝫ ipe ambit: alijs inuidet. Et cum hūc foꝛtaſſe obtinuerit: in elationem gloꝛie tempalis attollit: atqꝫ quod alios conſpicit minime percipere potuiſſe: hoc ſe per inanē gloꝛiā pꝛe ceteris putat habere. Sciendū quoqꝫ eſt: quia ſepe nōnulla vicia ad mentē niſi ſimul veniūt: ſed ſupponūtur vt vnū alteri intemptatiōe ſuccedat ⁊ aliud cõtra faciem venit aliud vero in temptatiōe ſe ex latere ſubijcit: quatenus dū alteri reſiſtit: ab altero mens decepta capiat. Ipſa eñ que ſuperius dixim⁹ vicia plerūqꝫ ſe alia pro alijs furtiue ſupponūt. Sicut nōnunquā dum iram vincere in nobiſmetipis conamur: pluſq̄ neceſſe eſt lenitas mentē occupat: vt aſperitatē peccātibus quā opoꝛtet minime pꝛoponat. Sepe vero dū nobis incauta lenitas diſplicet: zelus ſe in furoꝛē trahit: atqꝫ extra patiētie limitē animū captiuū rapit. Quia ergo permixta ſimul vicia atqꝫ adūata ꝯtra mentē veniūt: recte in predicatoꝛis oꝛe cõtra deſcriptā hieruſalē caſtra pꝛoponūtur. Et quia aliquādo ſingula hincinde ſenſum feriūt: in gyro arietes oꝛdinant. Ponit ergo predicatoꝛ arietes in gyro dū caute denūciat: q̄ blande luxuria percutit: q̄ aſpere in patiētia occidit: quā laborioſe auaricia accēdit ⁊ interimit: q̄ tumide ſuperbia extinguit. In gyro itaqꝫ arietes ponere: eſt predicādo oſtendere qui vndiqꝫ ſoleāt animā mucrones vicioꝝ ferire. Sequit.

¶ Et tu ſume tibi ſartaginem ferreā ⁊ pones eam murū ferreum inter te ⁊ ciuitatē.]

¶ Quia ferrū forte metallū eſt: ⁊ in ſartagine cibus frigit. Quid per ſartaginē ferreā: niſi ſpiritalis zeli fortis frixura ſignatur. Om̄is quippe ſpiritalis zelus doctoris animā frigit: quia valde cruciat dū infirmos quoſqꝫ eterna deſerere: ⁊ rebus tēporalibus delectari cōſpicit. Quā bene paulus ſartaginē ferreā ſumpſerat: cū zelo animarū cruciatus dicebat. Quis infirmat ⁊ ego nō infirmor quis ſcandalizat ⁊ ego nō vror? 2. Corinth. 12. Ipm ſuū cor qḋ animarū zelus ſuccēderat quid aliud ꝙ̄ ſartaginē fecerat: in qua amore virtutū contra vitia ardebat. Quod em̄ vrebat ſartago erat inardeſcebat em̄ ⁊ coquebat: quia incendebat amaritudine zeli cōtra vicia: ſed alimēta ꝓparabat ex ſua afflicta cogitatiōe. Sed quid eſt ꝙ eandez ſartaginē ꝓpheta intra ſe ⁊ ciuitatē murū ferreū ponit: niſi ꝙ idē fortis zelus qui nūc in mente doctoris agit: in die extremi iudicij inter eū ⁊ animā quā a vicijs zelat teſtis eſt. Ut ⁊ ſi audire is qui docet noluerit: doctor tamen ꝓ zelo que exhibet de auditoris negligētia reus non ſit. Murū ergo ferreū inter ſe ⁊ ciuitatē ponit: quia vltiōis tempe inde doctor ad damꝑnationis periculo munit: vnde nūc per zelū cuſtodie cordis frixurā patit. Nullū quippe omipotenti deo tale eſt ſacrificiū quale eſt zelus animarū. Hinc enim pſalmiſta ait: Zelus domus tue comedit me. ps. 68. Quātū em̄ frixura cordis que ſpiritali zelo agit: omnipotentē dn̄m placat aperte oſtendit: cū offerri per legē ſimila in ſacrificiū iubet. De qua ſcriptū eſt. In ſartagine oleo cōſperſa friget: offeratqꝫ eam calidam in odorē ſuauiſſimū dn̄o ſacerdos ꝗ patri iure ſucceſſerit ⁊ tota cremabit in altari. Leuit. 6. Tunc em̄ ſimila in ſartagine frigit: cū mūda mens iuſti per zeli ſancti ardorē cremat. Que cōſpergi oleo precipit: ideſt charitati miſericordie myſceri que in cōſpectu om̄ipotentis dn̄i ardet ⁊ lucet. Conſpergit ergo oleo mens que in ſartagine frigit. Quia in ſancti zeli diſtrictiōe neceſſe eſt vt ex miſericordie virtute ⁊ ardeat ⁊ clareſcat. Amat em̄ eūdē ipm quē inſequi videat Unde ⁊ calida in odorē ſuauiſſimū dn̄o offerri precipit: quia ſi amorē zelus nō habet ea que de ſartagine offert calorem ſimila amiſit. Et notandū quis eam offerre precipit: videlicet ſacerdos qui patri iure ſucceſſerit. Ille em̄ ſacerdos patri iure ſuccedit: qui eſſe ſe omnipotētis dn̄i filiū moribus demōſtrat: atqꝫ a nobilitate intima operū ſuoꝝ ignobilitate nō diſcrepat Que in altari tota cremari precipit: vt videlicet holocauſtū fiat. Holocauſtū enim totum incenſum dicit. Unde ⁊ in tranſlatiōe altera in hoc loco hec eadem ſimila: que in ſartagine frigitur holocauſtum fieri iubet. Hoc autem inter holocauſtū ⁊ ſacrificium diſtat: quia omne quidē holocauſtū ſacrificiū eſt nō omne ſacrificiū holocauſtū. Sūt enim multa bona que agunt ſacrificia: ſed holocauſtū nō ſunt: quia totā mentē in amore ſpiritali minīe incendūt. Qui em̄ ſic operant ea que dei ſunt: vt tamē ⁊ quedā que ſunt ſeculi nō relinquāt: nimirū ſacrificiū ⁊ non holocauſtū offerūt. Qui autē cūcta que mūdi ſunt deſerūt: ⁊ totā mentē igne diuini amoris accendūt: hi nimirū omnipotenti dn̄o ſacrificiū ⁊ holocauſtū fiunt. Simila itaqꝫ in ſartagine eſt mūda mens iuſti in zeli ſpiritalis afflictiōe: que per ſollicitudinē animarū frigit: ⁊ non ſolū ſacrificiū: ſed etiā holocauſtū dn̄o eſſe deputat. Sumamus ergo ſartaginē ferreā: et ponamus eā murū ferreū inter nos ⁊ ciuitatē: ideſt aſſumamus zelū fortē vt inter nos ⁊ auditoris noſtri animā inueniamꝰ: hanc poſtmodū fortē munitiōnē. Tunc em̄ hunc murū ferreū inuenturi ſumus: ſi nūc eū fortiter tenemus: videlicet docēdo cuſtodiēdo: ſuadēdo: increpādo: mulcendo: terrendo: aliquādo leniter: aliquādo vero etiā ſeuerius agendo. De qua recte ſeueritate ſubditur.

¶ Et obfirmabis faciē tuam ad eā ⁊ erit in obſidione.

¶ Quid eſt obfirmare faciē ad iheruſaleꝫ in latere deſcriptā: niſi vt ei anime cui celeſtis pacis viſionē doctor denūciat: ſi adhuc eam infirmari in ſuis actibus conſpicit: remiſſiorē ⁊ clemētiorē ſe minime oſtēdat. vnde ſcriptū eſt. Filie tibi ſunt ſerua corpus illarum ⁊ nō oſtendas hilarē faciem tuā ad illas. Infirme quippe aīe atqꝫ ad appetitū mūdi dedite aliquādo meliꝰ ex ſeueritate ſeruant̄ vt obfirmata facies: id eſt ꝑ ſeueritatis cuſtodiaꝫ ab omni ſpe friuole remiſſionis abducta inconſtanteꝫ animam terreat atqꝫ a delectatione vitiorum diſtrictionis rigore cōſtringat. Nō cum a doctore agitur ſemper neceſſe ē vt dulcedo ⁊ humilitas ī corde teneat̄: quatenus ⁊ multum amet ⁊ nunꝙ̄ contra eū per elationē ſuperbiat: cui tamen amoreꝫ ſuum ⁊ humilitatem pro vtilitate eius ꝑdere recuſat. Sequitur.

¶ Et circūdabis eam.

¶ Circūdat doctor auditoris animā: cum in omne quod in hac vita agitur: temptationum laqueos apponi poſſe denūciat vt dum vbiqꝫ ſit mens pauida vbiqꝫ circūſpecta quāto timidior tanto vigilantior ſuuat. Sequit̄.

¶ Signum eſt domus iſrael.

¶ Si ad hiſtoriaꝫ obſidionis que iuxta litteram facta eſt. ſignuꝫ eſt domꝰ iſrael qđ propheta fecit. Si vero ad miniſteriū qđ quottidie erga vniuſcuiuſqꝫ animā a doctore agit̄: ſignuꝫ eſt domꝰ iſrael ⁊ hoc qđ egit ⁊ hoc qđ agendū nunciauit. Quia ſicut domus iſrael obſidionē corꝑaliter ꝑtulit: ita vnaqueqꝫ anima que iam ſeruire omnipotenti deo incipit: obſidentes ſe inſidias malignoꝝ ſpirituū ſentit. a quibus ſi vere eripi appetit: ſcire debet quia eripi ſua virtute non poſſit: ſed eius neceſſe eſt vt adiutorium ſperet: qui nos ⁊ in carne corruptibili viuentes per redemptionis ſue myſterium poteſt etiam ſuper ſpiritꝰ qui ſunt ſine carne roborare Ieſus chriſtꝰ dominus noſter. Qui viuit ⁊ regnat cum patre in vnitate ſpiritus ſancti deꝰ. Per omnia ſecula ſeculorum Amen.

¶ Omeliarum beati Gregorij pape ſuper Ezechieleꝫ liber primus finit feliciter.

Incipit prefatio Omeliaruȝ btī Gregorij pape libri ſecūdi.

Quia multis curis premētib⁹ Ezechielis ꝓphete librū coraȝ charitate vr̄a totū ꝑ ordinem ꝑſcrutari nō licuit: bonis veſtris deſiderijs placuit petere: vt ſaltē extrema ei⁹ viſio q̄ ei facta eſt de edificio in mōte ꝯſtituto: q̄ ⁊ cūctis eſt viſionib⁹ eius obſcurior: exponi debuiſſet. Et quidē volūtati veſtre me parere neceſſe ē ſȝ duo ſunt q̄ hac in re ꝑturbāt aīm meū. Unū ꝙ hec eadē viſio tante obſcuritatis nebulis tegit̄: vt vix in ea aliq̄d ītellectu interlucēte videat̄. Aliud ꝙ iā Aguilfuȝ lōgobardorū regē ad obſidionē noſtrā ſūmope feſtinantē padum tranſiſſe cognouimus. Uñ pēſate fratres chariſſimi ī caliginioſis ac myſticis ſenſib⁹ penetrare q̄d valeat mēs miſera: timoris ſui ꝑturbationibus occupata? Quāto enim circa terrena pl⁹ ſatagit: tāto in his que ſūt celeſtia min⁹ videt. ꝑ eo ꝙ curis ſuis extra ſe ducitur: ⁊ valde int⁹ minor ē: q: ſcriptū eſt. Deprimit terrena inhabitatio ſenſum mlta cogitantē. Sap. 9. Que enim ſuperiora penetrare etiā collecta nō ſufficit: penſate quid agere poterit diuiſa? Scim⁹ auteȝ: ſcim⁹ oēs q: ⁊ fluuius qui ī multis riuis diuidit̄: a ſuo alueo ſiccat̄. Sed tamē iter hec adeſt ſupna gratia. Et ſi mentē meā cogitationū mearū pōdera deprimūt: veſtrorū hāc pēne deſideriorū leuāt. Obſcurū quidē valde eſt opus qđ aggredimur: ſȝ ponam⁹ in aīo: q: nocturnū iter agim⁹ reſtat ergo vt hoc palpando carpam⁹.

Incipit Omelia. XIII. q̄ exponit. XL. ca. a pricipio vſq̧ ad illam ꝑtem. Fili hominis vide oculis tuis.

In viceſimo ⁊ quinto anno trāſmigratiōis noſtre ī exordio anni decima mēſis quartodecimo anno poſtq̄ꝫ percuſſa eſt ciuitas ipſa hac die facta eſt ſuper me manus dñi: ⁊ adduxit me illuc.

Dictur⁹ myſticā narrationē hyſtoricaȝ premittit: vt fiat ex tēpore qđ credatur in reuelatiōe. Notandū vero qđ in exordio libri hui⁹ quo anno ꝓphetare ceperit: indicauit. in fine vero inſeruit qđ in extrema viſione vidit: ita vt cognoſci valeat ī quot annis ꝓphetie ſue libꝝ dixerit. Tēpus nāq̧ quo ꝓphetare cepit: in locutionis ſue initio poſuit dicēs. Aperti ſūt celi. ⁊ vidi viſiones dñi: in quinta mēſis: ipſe eſt ann⁹ quint⁹ trāſmigrationis regis ioachim. Nūc vero loquit̄ dicēs. in viceſimo ⁊ quinto anno trāſmigratiōis noſtre Idē nāq̧ ꝓpheta ī captiuitate prima: cū Joachim rege fuerat in Babiloniā tranſduct⁹. Iā de ſcđa hieroſolymorū captiuitate ſubiūgit. Quartodecimo anno poſtq̄ ꝑcuſſa eſt ciuitas. Undecim quippe annis ſedechias poſt captiuitatē primaȝ in qua Ezechiel ꝓpheta cuȝ Joachim rege ductus eſt in hieroſolymorū vrbe regnauerat. Poſt captiuitatē vero eiuſdē ſedechie que etiā ſcđa erat vrbis captiuitas: quartodecimo anno ꝓpheta viſionē vltimam vidit. Undecim itaq̧ ⁊ quatuordecim ſimul iuncti: faciunt viginti ⁊ quinq̧ Si igit̄ viſionē primā quinto captiuitatis prioris anno locutus eſt: atq̧ hāc vltimā viceſimo ⁊ quinto anno factā fuiſſe deſcribit: ꝑfecto patet ꝙ in viginti annis locutionis ſue moras vſq̧ ad vltimū viſionis ſue verba tetenderit. Nec mouere quempiā debet ꝙ in medio ꝓphetie ſue volumine cū de Babilonico rege loqueret̄ viceſimi ac ſeptimi anni memoriam facit. Quo in loco cū nihil de tēpore ſue captiuitatis interſerit: aperte demonſtrat quia eius regis tēpora deſcribat: de quo vt ꝓphetaret acceperat. Qđ vero ait in exordio anni decimi menſis: tēpus ſimpliciter exprimit: vt ex ipſo quoq̧ tempore in corda audientiū iuxta litterā verbi radicē fi

gat: ex qua ſpiritales fructus poſtmoduꝫ pferat. Notandū vero qđ ait. Quartodecimo anno poſtq̄ pcuſſa eſt ciuitas ipſa hac die. Quid eſt enī q̄ per hāc viſionem vltimā omnipotēs de⁹ ea ipſa die dignatus eſt pmiſſionis ſue miſericordiaꝫ facere: qua die in pcuſſa ciuitate irā iuſticie impleuit: niſi q̄ illa diuinitas que vſq̄ in diuerſitatis motū ꝛ mutabilitatē nō ducitꝛ: ipſa luce iuſticie afflictos ac penitētes viuificat: qua ſupbiētes ac rigidos pcutit. pmiſſo itaq̄ viſiōis ſue tpe ſbiūgit.

Facta ē ſup me man⁹ dñi: ꝛ adduxit me illuc in viſionib⁹ dñi. Adduxit me in terrā iſrael: ꝛ dimiſit me ſup montē excelſum nimis: ſup quē erat quaſi edificiū ciuitatis vergētis ad auſtrum.

Cui⁹ vicē ciuitatis edificiū accipi iuxta litterā nullaten⁹ pōt. Nā paulopoſt ſubdit hoc ipſum edificiū calamo ſex cubitoꝝ ꝛ palmo. portā vero eiuſdē ciuitatis quattuordecim cubitis mēſuratā. cuius porte frontes eſſe perhibet ſexaginta cubitorū. Que cūcta ſtare iuxta litterā nullatenus valēt. Quō enī totū ſimꝉ edificiū calamo id eſt ſex cubitis ꝛ palmo mēſuratꝛ: ꝛ porte edificij ī quatuordecim cubitis. frōtes vero portarū in ſexaginta cubitis extēdūtur? Porta vero ī ciuitatē eſt. frōtes vō ī portis. Et nulla recipi rō pmittit. qꝛ minus ē hoc qđ cōtinetꝛ ab eo qđ cōtinet. In ſcriptura āt ſacra ꝛ ea q̄ accipi ſcđm hiſtoriā pñt: plerūq̄ ſpiritaliter accipiēda ſūt: vt ꝛ fides habeatꝛ ī veritate hyſtorie ꝛ ſpiritalis ītelligētia capiatꝛ de myſterijs allegorie. Sicut illđ q̄q nouimus qđ pſalmiſta ait. Quō videbo celos tuos opa digitorū tuoꝝ: lunā ꝛ ſtellas q̄ tu fūdaſti. pſ. 8. Ecce enī exteriori deſcriptiōe ſtat ſmo rōis. qꝛ ꝛ celi opa dei ſūt. ꝛ luna ac ſtelle ab eo create atq̄ fundate ſunt. Sꝫ ſi hoc pſalmiſta iuxta ſola exteriora opa ꝛ nō ēt ſcđm intellectū myſticuꝫ aſſerit: qꝛ celos opa dei eſſe profeſſus eſt: dicturus lunaꝫ ꝛ ſtellas: cur non etiā ſolē quē ſcimus q̄a eius opus eſt pariter enumerauit. Si enī ſolū iuxta litterā loquebatur: dictur⁹ luminare minus: prius luminare maius dicere debuit. vt ante ſolē ꝛ poſt lunaꝫ atq̄ ſtellas fundatas eſſe perhiberet. Sed q̄a iuxta intellectū myſticū loquebaꝉ: vt lunam ſanctā eccleſiā: ꝛ ſtellas hoīes ſanctos accipe debemus. Solē nomīare noluit. quia videlicet ipſi eterno ſoli loquebatur. de quo ſcriptū eſt. Uobis autē qui timetis dominū orietꝛ ſol iuſticie. Mala. 4. De quo reprobi ī fine dicturi ſūt. Sol iuſticie nō ortus eſt nobis. Sap. 10. Dicendo ergo lunā ꝛ ſtellas quas tu fundaſti. ꝛ tamē tacēdo ſolē qui factus eſt: indicauit qꝛ illi ſoli locutus eſt qui nō ſolū ſoleꝫ et lunā atq̄ ſtellas corpaliter: ſed etiā lunā eccleſiā atq̄ ſtellas hoīes ſanctos ſpiritaliter fecit. Si ergo aliquid de hiſtorie apta ratione ducim⁹ ad intellectū allegorie: quāto magis illa ſpiritaliter accipienda ſunt in quib⁹ iuxta rationē littere nihil hyſtoricū ſonat.

Facta eſt ſuper me man⁹ domini: ꝛ adduxit me illuc in viſionibus domini: adduxit me in terram iſrael.

Qđ dixerat adduxit me illuc: hoc replicās ſubdidit. adduxit me in terraꝫ iſrael. Man⁹ q̄ppe in viſiōe eſt virt⁹ in ꝯtēplatione. quib⁹ vbis quid apte īdicat: niſi q̄a nihil de ciuitate quā viderat iuxta litterā dicat? Nam ſpiritaliter de ea loquiꝉ: quā ſpiritaliter ꝯtēplatur.

Et dimiſit me ſuper monteꝫ excelſum nimis.

Quē ergo ſignificat mōſ excelſus niſi mediatorē dei ꝛ hoīm: hoīeꝫ xp̄m ihm. Qui de terra quidē: ſꝫ vltra terrā ē. qꝛ caro eiuſdē redēptoris noſtri de īmis hꝫ materiaꝫ: ſꝫ in ſūmis preeminet ex ptāte. Queꝫ min⁹ erat vt excelſum diceret: niſi adderet nimis. quia non ſolum homo: ſed eiuſdem humanitatis cōceptione que ab eo

aſſumpta eſt deus & homo. Non ſolũ homo vltra homines: ſed homo etiã ſup angelos factus. Hinc enim de illo p Eſaiaz dicit. In die illa erit fruct⁹ terre ſublimis Eſa. iiii. Creator etenim noſter quia pro nobis incarnatus eſt: fructus terre factus eſt nobis. Sed iam fructus terre ſublimis ē. qꝛ qui homo natus eſt in terra: ſup angelos regnat in celo. Quia iuxta Dauid et pauli vocē: oĩa ſubiecit ſub pedibus eius Ps. 8. In eo enĩ ꝙ ei ſubiecit omĩa: nihil dimiſit nõ ſubiectũ ei. Heb. 2. Mons ergo iſte eſt excelſus & nimis: qꝛ & ſi de terra eſt per ſubſtantiã humanitatis: in comprehēſibilis tamē eſt ex altitudine diuinitatis. Hinc eſt enĩ ꝙ eundē dominũ cum Eſaias ꝑpheta ꝓſpiceret ĩ carne eſſe venturũ per ꝑphetie ſpiritũ ſubleuatus ait. Et erit in nouiſſimis diebus preparatus mõs dom⁹ dñi in vertice montiũ. Eſa. 2. Dom⁹ enim dñi iſraeliticus popul⁹ fuit. Mons itaqꝫ domus dñi ille appellat⁹ eſt qui in iſraelitico populo incarnari dignatus eſt. Fuerũt autē in eodē populo ſancti viri qui mõtes iure vocarent. qꝛ per vite meritũ ad celeſtia ꝓpinquauerũt. Sꝫ incarnatus vnigenitus iſtis mõtibus equalis nõ fuit: qꝛ naturã: vitam: merita omnium ex ſua diuinitate tranſcēdit. Unde & recte mons ſuper verticē montiuꝫ dicit: qꝛ excelſus ex diuinitate ſua inuētus eſt: etiam ſup cacumina ſanctorũ. vt hi qui multũ in deo profecerãt: eius veſtigia vix potuiſſent tangere ex vertice cogitatiõis. Qui ergo illic mons ſup verticē montiũ dicit: ipſe hic mons excelſus nimis eſſe ꝑhibetur. Sequit.

Super quē erat quaſi ciuitas edificiũ vergentis ad auſtrum.

Notandũ qđ non dicit ſup quē erat edificium: ſed quaſi edificiũ. Unde videlicet oſtēderetur ꝙ non de corpalis: ſed de ſpiritalis ciuitatis edificio cuncta dicerent. Qui enim nõ ſe edificiũ ſed quaſi edificiũ vidiſſe perhibet: cor audientiũ ad ſpiritalem fabricã mittit. Sicut per pſalmiſtã dicitur. Hieruſalē que edificat vt ciuitas. Ps. 121. Qꝛ etenĩ illa interne pacis viſio ex ſanctorũ ciuiũ cõgregatione cõſtruitur Hieruſalē: celeſtis vt ciuitas edificatur. Que tñ in hac ꝑegrinatiõis terra dñi flagellis ꝑcutit. tribulationib⁹ tundit: eius lapides quottidie quadrant. Et ipſa ē ciuitas ſcꝫ ſancta eccleſia que regnatura in celo adhuc laborat ĩ terra. Cui⁹ ciuibus Petrus dicit. Et vos tanꝙ lapides viui ſupedificamini. i. Pet. 2. Et Paul⁹ ait. Dei aggricultura: dei edificatio eſtis. i. Cor. 3. Que videlicet ciuitas: hꝫ hic in ſanctorũ morib⁹ magnũ iã edificiũ ſuum. In edificio quippe lapis lapidem portat: qꝛ lapis ſup lapidē ponit. Et qui portat alterũ: portat ab altero. Jtã viciſſim ſe ꝓximi tolerãt: vt ꝑ eos edificiuꝫ charitatis ſurgat. Hinc enĩ Paul⁹ admonet dicēs. Inuicem onera veſtra portate. & ſic adimplebitis legē xpi. Gal. 6. Cui⁹ legis virtutē denunciãs ait. Plenitudo legis charitas. Rom. 13. Si eniꝫ ego vos portare negligo in morib⁹ meis: & vos me tolerare contēnitis in morib⁹ veſtris: charitatꝭ edificiũ inter vos vnde ſurgit: quos vicaria dilectio per pacientiam nõ cõiungit. In edificio autē vt predixim⁹ lapis q̃ portat portat. qꝛ ſicut ego iã mores eorũ tolero qui adhuc in cõuerſatione boni operis rudes ſunt: ita ego quoqꝫ ab illis toleratus ſum qui me in timore dñi preceſſerũt & portauerũt vt portat⁹ portare diſcerez. Sed & ipſi quoqꝫ a maiorib⁹ ſuis portati ſũt. Lapides vero q̃ ĩ ſũmitate atqꝫ extremitate fabrice ponunt. ipſi quidē portant ab alijs: ſꝫ alios nequaꝙ portãt. Qꝛ & hi qui ĩ fine eccleſie. i. ĩ extremitate mũdi naſcituri ſunt tolerant quidē a moribus: vt eorũ mores ad bona opa ĩponant. Sꝫ cũ nõ eos ſequunt q̃ ꝑ illos ꝓficiant: nullos ſup ſe fideles fabrice lapides portãt. Nũc itaqꝫ alij portant a nobis. nos vero portati ſum⁹ ab alijs. Omne autē pond⁹ fabrice fundamētũ portat: qꝛ mores ſimul omnium ſolus redēptor noſter tolerat. De quo Paulus ait. Fundamentũ enĩ aliud nemo põt ponere preter id quod poſitum

eſt: qđ eſt xp̄us ieſus. 1. Corinth. 3. Portat fundamentũ lapides: et a lapidib⁹ nõ portat: q2 redemptor noſter oĩa noſtra tolerat: ſed in ip̄o malũ non fuit qđ tolerare debuiſſet. Unde bene nũc dicit:

Dimiſit me ſuper montẽ excelſũ nimis: ſuper quẽ erat quaſi edificiũ ciuitatis.]

Quia mores z culpas noſtras ſolus ille ſuſtinet: q̄ totã ſancte eccleſie fabricã portat: qui per ꝓphete vocẽ de peruerſe adhuc viuẽtibus dicit: Laboraui ſuſtinẽs. Hiere. 6. Non autẽ ſuſtinendo dn̄s laborat: cui⁹ diuinitatis potentiã nulla fatigatio cõtingit: ſed verbis humanis loquẽs ip̄am ſuam circa nos patientiã laborẽ vocat. Et notandũ ꝙ eandẽ ciuitatẽ quã ꝓpheta cõſpexerat: ad auſtrũ vergentẽ vidit. Auſter em̄ ventus: quia in ſanctiſpiritus typo poni ſoleat: qui in ſacro eloq̄o ſtudioſi ſunt recognoſcũt. Cant. 4. ſicut ecõtrario per aquilonẽ ſepe dyabolus deſignat: q2 z ille relaxat in calorẽ: z iſte cõſtringit in frigore. Et veritas dicit: Abũdabit iniquitas: refrigeſcet charitas multoꝝ. Math. 24. Propheta quoq3 de iudea aſſerit dicẽs: Sicut frigidã facit cyſterna aquã: ſic frigidã fecit maliciã ſuã. Hiere. 6. Hinc em̄ dyabolus ꝓpheta atteſtante dixiſſe perhibet. Sedebo inquit in mõte teſtamẽti in lateribus aquilonis. Eſa. 14. Et q2 torporẽ mentis ſancti ſpiritus gr̃a relaxat. Hinc pſalmiſta ait: Cõuerte dn̄e captiuitatẽ noſtrã: ſicut torrẽs in auſtro. Ps. 125. Captiuitas em̄ noſtra que torporis frigore ad ſequendũ deũ pigra remãſerat: per calorẽ ſanctiſpũs relaxat vt currat in amorẽ dei. Unde z nũc dicit ꝙ ciuitas que in mõte cõſtituta eſt ad auſtrũ vergit: q2 electoꝝ eccleſia cogitationes ſuas in afflatu ſanctiſpũs aperit: atq3 ab om̄i ſuperbie ſue vertice diſcedens: in deo cui credit amoris calorẽ cõcipit: vt nihil ei libeat niſi eius gr̃e ſubmitti: eius dilectiõe calefieri: eius afflatus ſemꝑ munere repleri. Unde z valido amore ſuccẽſus cõtemplator dicebat: Anĩa mea exultauit in dn̄o: delectabit ſuꝑ ſalutari eius. Ps. 61. et. 69. Qui em̄ latine ſalutaris: ip̄e hebraice iheſus dicit. Propheta igit q2 vias eius atq3 miracula redemptiõis q̄3 noſtre myſteriũ per ꝓphecie ſp̄m contemplabat: exultare ſe in dn̄o: z delectari ſuꝑ ieſu perhibet: q2 inde gaudiũ in mẽte cõceperat: vñ per amorẽ fortiter ardebat Abac. 3. Penſem⁹ itaq3 ſi mẽtes ſpiritaliũ patrũ in illo delectate ſunt: qui necdũ venerat: ſed p̄uidebat cuius reat⁹ ſit eius vias: eius exẽpla: eius monita: poſtq̄ꝫ venit z redẽptionẽ exhibuit nõ amare. Hec ergo ciuitas ad auſtrũ vergere dicit: ac ſi aperte diceret: ꝙ prior illa ciuitas ſc3 ſynagoga in infidelib⁹ ſuis ad aquilonẽ ſtetit: que in frigore ꝑfidie durauit. Sancta vero eccleſia q2 charitatẽ fidei ꝯcepit per calorẽ ad auſtrũ vergit: z quaſi ꝯcalido vẽto innitit: q2 nõ in ſui fiducia: ſed in dono ſpiritalis gr̃e letat. Sequit.

B Et introduxit me illuc.]

Celeſtis ciuitatis edificiũ ille intrat qui in ſancta eccl̃ia bonoꝝ vias imitãdo cõſiderat. Intrare q̄ppe eſt edificiũ ſuꝑ montẽ: electos ſancte eccl̃ie aſpicere. Iſte em̄ vitã ꝯiugio ligatã ducit: ꝓprijs rebus cõtentus eſt: aliena nõ diripuit: de ſuo quicquid p̄ualet indigẽtibus largit: peccata ſine q̄bus quottidiana vita a ꝯiugatis duci nõ poteſt: flere nõ negligit. Pro eo em̄ ꝙ ip̄a familiaris cura animũ ꝯturbat: ſeſe ad lachrymas excitat. Ille vero iã cuncta que ſũt mũdi deſeruit: nil eius hr̃e appetit: ſolius ꝯtẽplatiõis exercitatiõe paſcit: ſpe premioꝝ celeſtiũ cũ fletibus letat: trãſcendit p̄ntia que hr̃e ꝯceſſa ſunt: quottidianũ cũ dn̄o habere ſecretũ querit: nulla eius aĩm pretereũtis mũdi cura ꝯturbat: mentẽ ſemper in expectatiõe celeſtiũ gaudioꝝ dilatat. Alius vero iã hui⁹ mũdi cũcta deſeruit: eiuſq3 mẽs in ꝯtemplatõe celeſtiũ ſubleuat: ſed tñ ꝓ edificatõe multorũ locũ regimis tenẽs: qui rebus p̄tereũtib⁹ deſiderio nõ ſuccũbit: ad eas aliqñ ꝓpter ꝓxioꝝ cõpaſſionẽ reflectit: vt ex eaꝝ

cura indigētibus miſereaꝛ: verbū vite au
ditorib⁹ predicat: aīabus ſimul ⁊ corpori
bus neceſſaria miniſtrat. Et qui ꝓpter ſe
ad celeſte deſideriū iam ꝑ contēplationez
euolat: adhuc tamē ꝑfectu ⁊ vtilitate ꝓ-
ximorū in reb⁹ tēporalib⁹ laborat. Quiſ
quis ergo in ſancta eccleſia cōſiderare ſol
licite ſtudet: vt aut in bonorū cōiugatorū
vitā: aut in arce cōtinentiū: ⁊ oīa que ſūt
hui⁹ mūdi derelinquētiū: aut etiā in pre-
dicatorū ſummitatē ꝓficiat: iā ciuitatis i
mōte poſite edificiū intrauit. Nā qui con
ſiderare meliorū vitā vt ꝓficiat negligit:
adhuc extra fabricā ſtat. Et ſi honorē quē
iam ſancta eccleſia in mūdo habet admi-
raꝛ: quaſi edificiū foris cōſpicit ⁊ obſtupe
ſcit. Et qꝛ exteriorib⁹ ſolis intētus eſt: in
tus ingreſſus nō eſt. Sequitur.

Et ecce vir cuius erat ſpecies quaſi ſpecies eris.

Ipſe ſignaꝛ in viro qui figuraꝛ ex mōte.
Vir autē iſte metiri edificiū diciꝛ. Et rctē
domin⁹ ꝑ virū ſignaꝛ ⁊ montē: quia ⁊ ipe
oīa intra ſanctā eccleſiā iudicādo diſpōit
⁊ ipſe eandē ſanctā eccleſiā portat. ⁊ por-
tādo ad celeſtia ſubleuat. Sicut in ſancto
qꝫ euāgelio idē redēptor noſter loquiꝛ di
cēs. Qui intrat ꝑ oſtium: paſtor eſt ouiū.
Ioh.10. Et paulopoſt. Ego ſū oſtiū. At
qꝫ iterꝫ poſt pauca ſubiūgit. Ego ſū paſtor
bon⁹. Si igiꝛ ipſe paſtor: ⁊ ipſe oſtiū: ⁊ in
trat paſtor ꝑ oſtiū: cur non hoc loco ⁊ ipſe
mōs ⁊ ipſe vir intelligiꝛ: qui edificiū meti
tur in mōte? Sed querēdū nobis eſt: cur
de hoc viro diciꝛ: cui⁹ ſpecies erat q̄ſi ſpe
cies eris? Cūcti autē nouim⁹ fratres me-
tallūz eris valde eſſe durabile atqꝫ oīodo
ſonorū. Quid eſt ergo ꝙ aſpect⁹ media-
toris dei ⁊ hoīm ſpeciei compatur eris: ni
ſi hoc qđ apte nouim⁹. qꝛ vnigenit⁹ fili⁹
formā ſerui accipiēs: fragilitatē noſtram
carnis hūane ꝑ reſurrectiōis ſue gloriam
vertit in eternitatē. qꝛ in eo caro facta eſt
iā ſine fine durabilis. Nā ſurgens a mor-
tuis iā nō moriꝛ: ⁊ mors ei vltra nō dñā-
biꝛ. Rom.11. Quid eſt autē qđ ipſa eius
incarnatio ſonoro metallo compaꝛ niſi qđ
per eandē aſſumptionē hūanitatis no ſtre
inſonuit oībus gloria maieſtatis ſue? Et
quaſi aſpectū eris habet ex corpe. qꝛ deus
mūdo inotuit ex carne. Vñ ⁊ ꝑ iohānē dr
habebat i veſtimēto ⁊ i femore ſuo ſcrip
tū: rex regū ⁊ domin⁹ dñantiū. Apoc.19.
Quid eni veſtimentū ei⁹ eſt: niſi corpus
qđ aſſūpſit ex virgine? Nec tamē aliud ei
us veſtimentū eſt: atqꝫ aliud ipſe. Nā no
ſtrū quoqꝫ veſtimētū caro diciꝛ: ſꝫ tamē ip
ſi nos ſum⁹ caro qua veſtimur. Hoc autē
veſtimētū illi⁹ lōge ante Eſaias aſpiciēs
ꝑ crucē paſſiōis ſanguine cruentatū dixit
Quare rubrū ē indumētū tuū: ⁊ veſtimē
ta tua q̄ſi calcātium in torculari. Eſa.63.
Cui ipſe rñdit. Torcular calcaui ſol⁹: ⁊ đ
gētib⁹ nō eſt vir mecū. Ibidē. Sol⁹ eniz
torcular in q̄ calcat⁹ eſt calcauit: q̄ ſua po
tētia eā quā ꝑtulit paſſionē vicit. Nam q̄
vſqꝫ ad mortē crucis paſſus eſt: de morte
cū gloria ſurrexit. Vñ aūt diciꝛ. Et de gē
tib⁹ nō eſt vir mecū. qꝛ hi ꝓ quibus pati
venerat: paſſionis ei⁹ eſſe ꝑticipes debue
rāt: q̄ ꝓ eo ꝙ illo tpe necdū crediderāt de
ipſis in paſſione queriꝛ quorū vita in illa
paſſione querebaꝛ. Per femur eni ꝓpa-
gatio carnis ē. Qꝛ ergo ꝑ ꝓpaginē gene
ris hūani ſicut generationū ordines Ma
theo vel luca narrātib⁹ deſcribunꝛ: i hoc
mūdo venit ex virgine. ⁊ ꝑ incarnationis
ſue myſteriū qꝛ rex eſſet ⁊ dñs. Mat.1. ⁊
Luc.3. cūctis gētibus indicauit. In veſti
mēto ⁊ femore ſcriptū habuit. rex regū et
dñs dñantiū. Vñ eni in mūdo innotuit:
ibi de ſe lectiōis ſcientiā infixit. Predi-
catio ergo ei⁹ ex carne: quaſi quidā ſoni-
tus ex ere eſt. Dicaꝛ igiꝛ recte cui⁹ ſpeci-
es quaſi ſpecies eris. Sequiꝛ.

Et funicul⁹ line⁹ i manu eius.

In ſeptuagita interꝑtib⁹ funicul⁹ line⁹
nō habeꝛ: ſed funicul⁹ cemētarioꝝ. Quo
rū ſi in hoc verſu trāſlationē ad exponen-
dū tenem⁹: q̄d aliud cemētarios q̄ ſctōs
doctores accipim⁹: qui loquendo ſpirita-
lia: ad celeſte edificiū viuos lapides. i. ele
ctorū aīas cōponūt. Quicquid eni antiq̄

pres. q̄cq̄d ꝓphete. q̄cq̄d apl'i. q̄cq̄d apoſtoloꝝ̄ ſucceſſores locuti ſūt: q̄d aliud fuit q̄ cōpoſitio lapidū in hac q̄ quotidie conſtruitꝛ fabrica ſcōꝝ. In funiculo āt cementarij hoc agi ſolet: vt cognoſci equalitas vel rectitudo ſurgētis parietis debeat. vt ſi lapis intꝰ eſt: foras eijcitꝛ. ſi exteriꝰ prominet: interiꝰ reuocatꝛ. Et certe quotidie hoc agit p̄dicatio doctoꝝ: vt vnaqueq; aīa cui regimīs onera ſuſcipe fortaſſe non expedit: etiā ſi foris apparere appetat īteriꝰ reuocetꝛ. Et rurſum q̄ latere vult ꝛ ſui tantūmō curā gerere: ſi ſibi ac multis eſſe vtilis pōt etiā cū latere deſiderat: exteriꝰ ꝓducatꝛ vt appareat. Sicq; fit vt ſanctoꝝ̄ lapidū ordo teneatꝛ: dū ſepe ꝛ volēs ad honorē venire repellitꝛ: ꝛ honorē fugiēs ī ſacri ordīs arce ſubleuatꝛ. Sꝫ qꝛ vt ꝑ īterpretē noſtrū didicimus. hebreoꝝ hiſtoria nō hꝫ cemētarioꝝ̄: ſꝫ funiculꝰ lineꝰ in manu eiꝰ. Hocq; qđ apud nos certiꝰ habetꝛ: exponere debemꝰ. Scimꝰ aūt qđ funiculus lineꝰ ſubtilior ē q̄ funiculi fiāt aliūde. Et quid ī funiculo lineo niſi ſubtiliorē p̄dicationē. id eſt ſpiritalē debemꝰ accipe? Cēſura eteni legis funiculꝰ fuit: ſꝫ lineꝰ non fuit. qꝛ rudē populū nō ſubtili p̄dicatione coercuit: in q̄ ꝑ pene ſniam nō pctā cogitatiōīs: ſꝫ opis reſecauit. At poſtq̄ ꝑ ſemetipm dn̄s etiā cogitatiōes hoīm predicādo religauit: ꝛ ꝑfectū eſſe peccatū etiā ī corde īnotuit: funiculū lineū in manu tenuit. Ait eni. Audiſtis qꝛ dictū eſt antiquis. no mechaberis. Exod. 20. Ego aūt dico vobis: qꝛ q̄ viderit mulierē ad ꝯcupiſcendū eā: iā mechatꝰ eſt eā in corde ſuo. Mat. 5. Funiculꝰ ergo lineꝰ predicatio eſt ſubtilis q̄ mentē audientis ligat: ne ſe vel ī miſera cogitatiōe diſſoluat. Et notādū qđ dicitꝛ qꝛ ei funiculꝰ in manu ē: id ē p̄dicatio in opatione. Ipſe enī oſtēdit oē qđ docuit. ſicut ſcriptū eſt. Que cepit Jeſus facere ꝛ docere. Act. 1. Et qꝛ ipſa que dixit etiā ſcripture tradidit vt poſterꝭ mādaretꝛ: recte ſubiungitꝛ.

Et calamus menſure in manu eius.

De ſancta eccleſia ꝑ ꝓphetā aliū dominus pollicetꝛ: dicēs. Orietꝛ in ea viroꝝ calami ꝛ iunci. Eſa. 25. Nos in loco alio expoſuiſſe me memini. vt ꝑ calamū ſcriptores: ꝑ iuncū vero debeāt auditores ītelligi. Sꝫ qꝛ ad humorē aque ꝛ iuncꝰ ꝛ calamus naſci ſolet. ex vna eadēq; aqua vtraq; ꝓficiunt. ꝛ calamꝰ quidē ad ſcribendū aſſumitꝛ: cū iūco vero ſcribi nō pōt. Quid in iunco ꝛ calamo accipe debemꝰ: niſi q̄ vna eſt doctrina veritatis que mltos auditores irrigat? Sed irrigati alij ad hoc vſq; proficiūt in verbo dei: vt etiā ſcriptores fiāt videlicet tanq̄ calami. Alij vero verbū vite audiūt: bone ſpei ꝛ rectoꝝ operū viriditatē tenēt: ſed tamē ad ſcribendū ꝓficere nullatenꝰ poſſunt. hi quid in aq̄ dei: niſi quidā vt ita dicā iunci ſūt? Qui quidē viri diſcēdo proficiunt: ſed litteras exprimere nequaq̄ poſſunt. Redēptor noſter qꝛ verba que dixit etiā ꝑ doctorum ſtudiū ſcribi largitꝰ eſt: in manu calamuꝫ tenuit. qui calamꝰ mēſure dicitꝛ: qꝛ in ipa doctoꝝ̄ ſtudia ſub quadā occulta iudicij diſpēſatione detinentꝛ: vt ꝛ alijs legētibꝰ ꝓſint: ꝛ alijs legētibꝰ ꝓdeſſe nō poſſint. Cū ſancti apoſtoli cū magiſtruꝫ veritatis ſibi apertius loquentē requirerēt cur turbis in parabolis loqueretꝛ: audierūt. Qꝛ vobis datū eſt noſſe myſteriū regni celoꝝ illis autē nō. Math. 14. ꝛ Mar. 4. Uel certe calamꝰ mēſure eſt: qꝛ in ipſo ſacro eius eloquto qđ nobis cōſcriptū eſt: occultas eſſe diſpēſationes eiꝰ agnoſcimꝰ. Nā ꝑ incōprehēſibile eius iudiciū ꝛ alter intra menſurā electoꝝ̄ mittitꝛ: ꝛ alter foras relinquitꝛ: vt nullo modo ad electoꝝ̄ numerū ꝑtinere mereatꝛ. Habet ergo funiculum. habet in manu calamum menſure. Qui enim funiculo locum metitur: alibi funiculum trahit: aliunde retrahit. ꝛ huc ducit quem aliunde ſubducit. Sic nimirū ſic redēptor noſter in collectiōe hoīm facit: dū alios a ſuis iniquitatibꝰ educit: alios ī ſua iniquitate derelinquit. In his enim quos colligere dignatꝰ eſt: occulte menſure funiculum traxit. ꝛ ab his q̄s re

linquēdos eſſe iudicauit: q̄d aliud niſi funiculū retraxit? At ꝛ boni intra menſurā celeſtis fabrice teneant: ꝛ mali extra fabricā. In quibus bona que eſtimant nō ſūt: quaſi ſine mēſura remanēt. Hūc funiculū ꝛ mēſure calamū in manu ſua redemptor noſter tenuit: cū paulū apl̄m per apparentē virū macedonē admonere dignat⁹ eſt: ita vt idē macedo vir diceret: Trāſiēs ad iuua nos. Act. 16. Et tn̄ volētibus aplis ad p̄dicandū ire in aſiā: non permiſit ſpūs ieſu. Quid eſt ꝙ ſancti apl̄i ꝛ ibi vocabāt ire vbi fortaſſe ꝑgere nō cogitabāt: ꝛ illuc vbi deſiderabāt pergere ꝓhibebant: niſi qꝛ occulti iudicij funicul⁹ ꝛ mēſure calamus tenet in manu: vt ꝛ alij ꝟba vite audiāt: ꝛ alij audire nullaten⁹ mereant. Funicul⁹ ergo mēſure eſt: qui alio tract⁹ eſt aliūde retractus. Sancto q̄ꝫ euāgelio teſtāte didicim⁹ qd̄ venit qui diceret. Magiſter ſequar te quocūꝗ ieris. Math. 8. Cui reſponſū eſt. Vulpes foueas habēt: ꝛ volucres celi nidos: filius aūt hoīs nō habet vbi caput ſuū reclinet. Venit alter qui diceret: Magiſter: ſine me primū ire ꝛ ſepelire patrē meū. Ibidē. Cui dr̄: Sine: mortuos ſepeliāt mortuos ſuos: tu autē me ſequere: ꝛ ānūcia regnū dei. Quid eſt qd̄ ille ꝓmittit ſe ire ꝛ deferit: iſte domū vult redire: ꝛ tn̄ vt ſequi debeat iubetur? Ille nō ſuſcipit: iſte nec ad hore momētū ab obſeq̄o relaxat. Interno ꝗ occultoꝗ iudicio funicul⁹ ꝛ mēſure calam⁹ ducit: in q̄ ꝛ iſte trahit ꝛ ille relinquit: vt celeſtis fabrica nō ſine pio et iuſto examine ꝯſtruat. Poteſt etiā calam⁹ menſure ſcriptura ſacra ꝓ eo intelligi: ꝙ q̄ſquis hāc legit: in ea ſemetip̄m metit vel q̄tū in ſpirītali ꝟtute ꝓficit: vel q̄tū a bonis que p̄cepta ſūt longe diſiūctus remāſit: q̄tū iaꝫ aſſurgat ad bona facienda: q̄tū adhuc in prauis actib⁹ ꝓſtratus iaceat. Sequit.

[Stabat autem in porta.]

Quiſq̄s in porta ſtat: ex quadā ꝑte int⁹ eſt: ex quadā vero foris. Et ꝛ aliud eius foris aſpicit: aliud intus abſcondit. Redēptor itaꝗ nr̄ ꝓ nobis miſcd̄r incarnat⁹: añ hūanos oculos q̄ſi in porta ſtetit: qꝛ ꝛ ꝑ hūanitatē viſibil' appuit: ꝛ ſeſe iuiſibilē ꝑ diuinitatē ſeruauit. Hinc enī iudei qui hūc ex ꝓphetarū ꝓmiſſione ſuſtinuerant ꝑfidie ſue cōfuſione turbati ſūt: qꝛ eū quē ad ereptionē ſuā venire crediderāt: mortalem videbant. Qui igit in porta ſtat ſicut ſupius dictū eſt ex quadā ꝑte foris: ex quadā vero ꝑte intus videt. Unde nec ipſa iudeorū ꝑfidia ſine diuine virtutis oſtēſione eſt derelicta. Nā miracula ei⁹ vidētes: trahebant vt crederēt. Sꝫ rurſuꝫ paſſiones illi⁹ perpēdentes dedignabāt deū credere: quē carne mortalē videbāt: vnde factū eſt: vt de eius cognitione dubitarēt. Uidebāt enī eſurientē. ſitientē. comedentē. bibentē. laſſeſcentē. dormientē. ꝛ purꝫ hūc hominē eſſe eſtimabāt. Uidebāt mortuos ſuſcitantē. leproſos mundantem. cecos illuminantē. demonia eijcientē. ꝛ eſſe hūc vltra homīes ſentiebāt. Sꝫ ipſa eius miracula in eorū corde cogitata: humanitas ꝑturbabat. Uñ ſancta eccleſia ſub ſpōſe voce hūc apte iā videre deſiderans. ait: En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum. Cant. 2. Qui enī hūanis oculis hoc qd̄ de mortali natura aſſumpſit oſtendit. ꝛ in ſeipſo inuiſibilis ꝑmanſit: in apto ſe videre querētibus quaſi poſt parietē ſtetit. q̄a vidēdū ſe manifeſta maieſtate nō prebuit. Quaſi enī poſt parietē ſtetit: qui humanitatis naturā quā aſſumpſit oſtēdit. ꝛ diuinitatiſ naturā humanis oculis occultauit. Uñ ꝛ illic ſubdit. Reſpiciēs ꝑ feneſtraꝫ: ꝓſpiciēs ꝑ cācellos. Ibidem. Quiſquis enī ꝑ feneſtras vel ꝑ cācellos reſpicit: nec totus latet: nec totus videt. Sic nimiruꝫ redēptor noſter ante dubitantiuꝫ oculos factus eſt: qꝛ ſi miracula faciens nil ꝑtuliſſet vt hō: plene eis apparuiſſet de⁹: ꝛ rurſum hūana patiens ſi nulla feciſſet vt de⁹ purus putaret hō. Sed qꝛ ꝛ diuina fecit ꝛ hūana ꝑtulit: quaſi ꝑ feneſtras vel ꝑ cācellos ad homines proſpexit. vt deus et appareret miraculis: ꝛ lateret ex paſſionibus. ꝛ homo cerneretur ex paſſionibus: ſed tamen eſſe vltra hominē ex mira

culis agnoſceret. Sed quia vir iſte ſtare in porta dicit: querendũ nobis eſt: vtrũ facie interius ſtetit? Qua in re ſi ea que ſũt premiſſa ⁊ ſubiuncta conſpicimus: citius qualiter ſteterit inuenim⁹. Prius enim dicit: Erat quaſi edificiũ ciuitatis vergẽtis ad auſtrum: ⁊ introduxit me illuc. Et paulo poſt de eodem viro ſubdit.

Stabat autem in porta.

Statimq; ſubiungitur.

Et locutus eſt ad me idẽ vir.]

Qui enĩ introducto propheta in edificiũ ſtans in porta locutus eſt: ꝑfecto cõſtat: quia facie interius: ⁊ tergo exterius ſtetit Sed introductus ꝓpheta cui vir ſtãs in porta locutus eſt: ꝓculdubio faciẽ ad portã tenebat: vnde verba loquẽtiſ audiebat Quid eſt ergo ꝙ vir interius aſpicit: ꝓpheta foris? Quid eſt ꝙ eiuſdẽ viri facies ad edificiũ: ꝓphete vero oculi ad portã ſunt: niſi ꝙ vnigenitus patris: iccirco incarnatus eſt: vt nos ad ſpiritale edificium: ideſt ad ſancte eccleſie fidẽ introduceret? Cuius oculi edificiũ ſuũ ſemꝑ aſpiciũt: quia quantũ quiſq; in virtutibus ꝑficiat: indeſinẽter attendũt. Propheta vero ad portã reſpicit: q̃a qui verba dei audit: ſemꝑ oculos cordis ponere ad exitũ debet: ⁊ ſine ceſſatiõe meditari quãdo a p̃ſenti vita exeat: atq; ad eterna gaudia pertingat. Propter hoc quippe incarnatus eſt deus: vt nos introduceret ad fidem: ⁊ educat ad ſpeciẽ viſionis ſue. Unde quoq; in ſancto euãgelio loquit̃ dicens: Per me ſi quis introierit ſaluabitur: ⁊ ingredietur ⁊ egredietur: ⁊ paſcua inueniet. Iohis 10. Ingredietur videlicet ad fidẽ: egredietur autem ad ſpeciẽ: paſcua vero inueniet in eterna ſatietate. Hinc etiã pſalmiſta ait: Dñs cuſtodiat introitũ tuũ ⁊ exitũ tuum. ps.120. Cuſtodit enĩ dominus vniuſcuiuſq; anime introitũ quo intrat ad fidem: exitũ quoq; quo exit ad ſpeciẽ: vt neq; intrans eccleſiã erroribus ſupplantetur: neq; ab hac tempali ad eternã exiẽs: ab antiq̃ hoſte rapiatur. Propter hũc vero egreſſuꝫ noſtrũ quẽ quottidie debemus mẽte meditari: apl's de redẽptori noſtro loquit̃ dicẽs: Ut ſanctificaret per ſuũ ſanguinẽ populũ: extra portã paſſus eſt.. Heb. 8. Exeamus ad eũ extra caſtra: improperiũ eius portãtes. Ibidẽ. Non enĩ hic habemus manentẽ ciuitatẽ: ſed futurã inquirimus Uir itaq; qui apparuit: in porta ſtetit: atq; ita locutus eſt: quia mediator dei ⁊ hominũ xp̃s ieſus in ip̃o quoq; paſſiõis ſue tempe precepta vite diſcipulis dedit: vt hi qui in eũ credũt ad portã ſemper reſpiciãt: ⁊ paſſionẽ eius ſollicita cõſideratiõe penſantes: a ſuo quoq; exitu cordis oculos nõ auertant. Nos quoq; cũ iam clauſtra carnis deſpicere: mortalitatis noſtre anguſtias per immortalitatis deſideriũ trãſire: ad ſupne lucis libertatẽ tendere: ad celeſtis patrie gaudia anhelare ceperimus: ad portã oculos tenemus: quia dum a ſacramẽtis tempalibus trãſire ad eterna cupimus: quaſi iã preſenti vite terga dedim⁹: ⁊ cordis faciẽ in deſiderio nr̃i exitus habem⁹. Scriptũ q̃ppe eſt. Corp⁹ qđ corrumpit̃ aggrauat animã: ⁊ deprimit terrena inhabitatio ſenſũ multa cogitantẽ. Sapieñ.9. Si itaq; per cõtemplationẽ iaꝫ mẽte extra carnis anguſtias tẽdimus: adhuc tamẽ in ſacramẽtis que cognouimus: ip̃a carnali anguſtia intra portã tenemus. Sepe nãq; animus ita in diuina ꝯtemplatiõe ſuſpendit̃: vt iam ſe percipere de eterna illa libertate quã oculus nõ vidit: nec auris audiuit aliq̃d per quãdam imaginẽ letet̃. Eſaie.64. 1. Corint. 11. Sed tamen reuerberatus podere mortalitatiſ ad ima relabit̃ quibuſdã pene ſue vinculis ligatus tenet̃. Porte igit̃ intendit qui vere libertatis ſue gaudia cõſpicit iamq; ex ire cõcupiſcit: ſed adhuc nõ valet. Hinc eſt ergo ꝙ hebraicus populus de egypti ſeruitute liberatus: cũ loquẽte deo columnã nubis cerneret: vnuſquiſq; in tabernaculi ſui foribus ſtabat ⁊ orabat Exod.33. De quib⁹ paulo ſuperius dicit̃ Cum egrederet̃ moyſes ad tabernaculũ ſurgebat vniuerſa plebs: ⁊ ſtabat vnuſ

quiſqꝫ in oſtio papilionis ſue. Ibidē. Ibi etenī ſtamus vbi mētis oculos fugimus. Unde helias ait. Uiuit dn̄s in cui⁹ cōſpectu ſto. 3. Regū. 17. Ibi vtiqꝫ ſtabat vbi cor fixerat. Quid eſt autē populū colūnā nubis aſpicere ⁊ in tabernaculi ſui forib⁹ ſtare atqꝫ orare: niſi ꝙ hūana mēs cū ſuperiora illa atqꝫ celeſtia vtrūqꝫ in enigmate cōſpicit: iā clauſtra habitatiōis corporee ꝑ ſubleuatā cogitationē exit. atqꝫ illū humiliter adorat: cui⁹ ſi videre ſubſtātiā nō valet: iā tamē ei⁹ potentiā ꝑ illuminationē ſpūs mirat᷑. At cū moyſes tabernaculū ingredit᷑: eius terga popul⁹ aſpicit: ⁊ in papilionū ſuorū oſtijs cōſiſtit. Qr cū ſanct⁹ quiſqꝫ predicator alta de deo loq̄tur: ſupne habitatiōis iā vtrūqꝫ tabernaculū ingredit᷑. Qui⁹ p̄dicatōis infirmi q̄qꝫ ⁊ ſi virtutē plene p̄ſare nō poſſunt: tn̄ velut terga aſpiciūt: qr poſtrema q̄ preualēt ꝑ intellectū ſequunt᷑. Sꝫ in ipſis quoqꝫ q̄min⁹ cape ſufficiūt: iā de ſuis papilionib⁹ quaſi exeūt atqꝫ ī oſtijs ſtāt: qr ⁊ habitacula carnis relinquere. ⁊ ad illa eterne vite gaudia q̄ audiūt ꝓgredi conant᷑. Hinc ē etiā ꝙ helias cū vocē dn̄i ſecū loquentis audiret in ſpelūce ſue oſtiū ſtetiſſe deſcribit᷑ ⁊ faciē velaſſe. 3. Regū. 29. qr cū ꝑ cōtēplationis gratiā vox ſupne intelligētie fit in mēte: tot⁹ hō iā intra ſpeluncā nō ē. qr animū carnis cura nō poſſidet: ſed ſtat in oſtio: qr mortalitatiſ anguſtiaſ exire meditat᷑. Sꝫ iā qui in oſtio ſpelūce ꝯſiſtit et verba dei ī aure cordis ꝑcipit: neceſſe eſt vt faciē velet: qr dū ꝑ ſupernā gratiaꝫ ad altiora intelligēda ducimur: quāto ſubtilius leuamur tāto ſemꝑ ad humilitatem noſmetipſos intellectu noſtro p̄mere debem⁹. ne conemur pl⁹ ſape q̄ȝ oportet ſapere. Ro. 12. ſed ſape ad ſobrietatem. ne dū nimis inuiſibilia diſcutim⁹ aberrem⁹. ne ī illa natura corporea corpei lumīs aliquid queram⁹. Aure᷑ enī intēdere ⁊ faciē operire: eſt vocē interioris ſubſtātie audire ꝑ mentē: ⁊ tamē ab omni ſpecie corporea oculos cordiſ auertere. ne quid ſibi in illa corꝑale animus fingat que vbiqꝫ tota ⁊ vbiqꝫ in circūſpecta eſt. Nos itaqꝫ fratres chariſſimi qui iā ꝑ redēptoris mortē ac reſurrectionē atqꝫ ad celos aſcenſionē gaudia eterna didicim⁹: qui ī teſtimonio diuinitatis eius apparuiſſe exteri⁹ ciues noſtros angelos illi⁹ ſcim⁹. cōcupiſcam⁹ regem. deſideremus ciues quos cognouimus. atqꝫ ī hoc ſancte eccleſie edificio ſtātes oculos in porta teneam⁹. demus terga mētis huic corruptioni vite tēporalis: intēdamus cordis faciē ad celeſtis patrie libertatē. Sed ecce adhuc multa ſūt que nos de cura vite corruptibilis premunt. Nr ergo ꝑfecte exire nō poſſum⁹: ſaltem in ſpelūce noſtre oſtio ſtem⁹ exituri q̄n̄qꝫ ꝓſpere ꝑ gratiā redēptoris noſtri. Qui viuit ⁊ regnat cū patre in vnitate ſpūſſancti. per omīa ſecula ſeculorū. Amen.

Explicit omelia. XIII.

Incipit Omelia. XIIII. que exponit capitulum. XL. ab illa pte: fili homīs vide oculis tuis: vſqꝫ ad illam ptem. Et venit ad portā que reſpiciebat ad vitam orientalem.

Ne quidā me fortaſſe tacita cogitatione reprehēdāt: qui Ezechielis ꝓphete tā ꝓfunda myſteria a magnis expoſitoribus intētata diſcutere p̄ſumo: qua mēte id faciā agnoſcāt. Nō eniꝫ hoc temeritate aggredior: ſꝫ hūilitate. Scio enī qr plerūqꝫ multa in ſacro eloquio que ſol⁹ intelligere nō potui: corā fratrib⁹ meis poſit⁹ ītellexi. Ex quo intellectu ⁊ hoc quoqꝫ intelligere ſtuduit: vt ſcirem ex quorū mihi merito intellectus daretur. Patet eniꝫ quia hoc mihi ꝓ illis datur: quibus mihi preſentibus dat᷑. Ex qua re largiēte deo agitur: vt ſēſus creſcat ⁊ elatio decreſcat dū propter vos diſco quod inter vos doceo. Quia verū fateor: plerūqꝫ vobiſcum audio quid dico. Quicquid ergo in hoc ꝓ

pheta min⁹ intellexero: mee cecitatis eſt. ſi quid intelligere apte potuero: ⁊ diuino munere veſtre venerationis. Sepe enim per omnipotētis domini gratiā in ei⁹ eloquio quedam intelligūtur melius: cuʒ ſermo dei ſecretius legitur. atqꝫ animus culparum ſuaruʒ conſcius dum recognoſcit qđ audierit: doloris ſe iaculo percutit: et compūctionis gladio tranſfigit: vt nihil ei niſi flere libeat: ⁊ fluentes fletuū maculas lauare. Inter que etiā aliquando ad ſublimiora contemplāda rapitur: ⁊ in eorum deſiderio ſuaui fletu cruciatur. Dolet ſeſe hic eſſe anima vbi adhuc proſtratā per infirmitatem iacet: atqꝫ illic adhuc nō eſſe vbi illuminata fortiter vigeat: ⁊ iā mētis oculū ad mortalitatis tenebras nō reducat. Hinc itaqꝫ hic ardor naſcitur in mente: luctus oritur ex ardore. Et q꞉ inherere celeſtib⁹ necdū valet: feruore ſuo in lachrymis feſſa requieſcit. Sed aliud eſt cum de vnius profectu res agitur: aliđ cum de ediſicatione multorū. Ea itaqꝫ doctrine ſermone largiente deo proferenda ſunt: que vitam audientiū moreſqꝫ componant. Nunc ergo quicquid nos ad ſtudium bone operationis edificet: in ꝓphete verbis ſicut cepimus exequamur.

¶ Fili hominis vide oculis tuis ⁊ auribus tuis audi.

¶ Ad teſtimonium ſpiritalium rerum deducto: quid eſt ꝙ cum dicitur vide oculis additur tuis. ⁊ cuʒ ſubditur audi aurib⁹: adiungitur tuis? Sed ſciendū quia oculi atqꝫ aures corporis adſunt etiam carnalibus: eiſqꝫ ſunt in vſu rerum que corporaliter videntur. Oculi vero atqꝫ aures cordis ſolūmodo ſpiritalium ſunt. qui inuiſibilia per intellectum vidēt: ⁊ laudem ſine ſono audiunt. Has omnipotens dominus aures querebat cum diceret. Qui habet aures audiendi audiat. Luce. 8. Quis nanqꝫ in illo populo eſſe tunc poterat: qui aures corporis non haberet? Sed cum dicitur qui habet aures audiē di audiat: aperte monſtratur ꝙ illas aures quereret quas omnes habere non poterant. Dicatur ergo.

¶ Fili hominis vide oculis tuis: ⁊ auribus tuis audi.

¶ In priori autem locutionū noſtrarū parte iam diximus: cur propheta quotiēs ad videnda ſpiritalia ducitur: filius homīs appellatur. Sed ne hoc mente exceſſerit breuiter replicabo. Quia in hac appellatione memoratur ſemper quidē ex infirmitate: ne extollatur de contēplationis magnitudine. Et notandū quia diuerſa ſunt vt dicatur. oculis tuis vide: auribus tuis audi. ⁊ tamen filius hominis vocet. Sed per hec verba quid ei aliud aperte dicit: niſi ſpiritalia ſpiritaliter aſpice: ⁊ tamē infirmitatis tue memorare? Hinc eſt etiam qđ plerūqꝫ qui plus in contemplationem rapitur: contigit vt amplius in tētatione fatigetur. Sicut quibuſdā ſepe contingere bene proficientib⁹ ſolet. quorū menteʒ dum aut cōpunctio afficit: aut contemplatio ſuꝑ ſemetipſum rapit. Statim etiā tētatio ſequitur ne de his ad que rapta eſt extollatur. Nam cōpunctione vel contēplatione ad deum erigitur: ſed tētationis ſue pondere verberatur ad ſemetipſam. quatinus tētatio aggrauet: ne contemplatio inflet. ⁊ item contēplatio eleuet: ne tētatio demergat. Si enim ſic contemplatio attolleret vt tētatio funditus deeſſet: in ſuperbia animus caderet. Et ſi ſic tētatio premeret vt contemplatio non leuaret plene in culpa laberetur. Sed mira diſpēſatione in quodam medio anima liberat. vt neqꝫ in bonis ſuperbiat: neqꝫ in malis cadat. Unde ⁊ per beatum Job de domino dicitur ¶ Et aquas appendit menſura. Job. 28. Aquas quippe deo menſura appendere eſt inter proſpera ⁊ aduerſa. inter dona ⁊ temptationes. inter ſumma et infima animarum ſenſum humilitate cuſtodire. ¶ Sic etiam Helyas ignem de celo depoſuerat: aquas celo ligā

nerat: ⁊ tamē pauore vnius mulieris territus per deſerta fugebat. 3. Regū. 18. et 19. et. 4. Regū. 1. Apparet fugiēti angelus: cibum prebet: quia longū iter reſtat p̄dicit: ⁊ tamen timorē de corde nō excuſſit: quia in corde ꝓphete mentis magna erat cuſtodia fortitudinis illa infirmitas timoris. Sequitur.

Pone cor tuū in omnia que ego oſtendā tibi: quia vt oſtendatur tibi adductus es huc. Adnuncia omnia que tu vides domui iſrahel.]

Pone cor tuū. Ac ſi dicat: Conſidera: quia vt oſtendant tibi adductus es huc. Et annūcia oīa que vides Ad hoc ideo es adductus huc: vt videas. Et ideo vides: vt adnūcies. Quia quiſquis ſpiritalia vidēdo ꝓficit: oportet vt hec loquēda etiā alijs ꝑtinet. Uidet quippe vt annūciet qui ideo qđ in ſe ꝓfecerit: ⁊ predicādo de ꝓfectu ꝓximi curā gerit. Unde et alibi ſcriptū eſt. Qui audit: dicat veni. Apocal. 22. Cui em̄ iam vox vocātis dei efficit: in corde neceſſe eſt vt ꝓximi per p̄dicatōis officiū erumpat in voce. Et iccirco aliuꝫ vocet: quia iam ip̄e vocatus eſt. Unde ⁊ ſpōſus quoqꝫ in cāticis canticoꝝ loquit dicens: Que habitas in ortis amica: auſculta: fac me audire vocē tuā. Canticoꝝ. 8. In ortis em̄ ſancta eccleſia. In ortis vnaqueqꝫ anima habitat: que etiā viriditate ſpei eſt ⁊ bonoꝝ operū repleta. Sicca quippe ſpes eſt hui⁹ ſeculi: qꝛ omnia que hic amant: cū feſtinatiōe marceſcūt. Et petrus nos ap̄l'us feſtinare admonet dicēs: In hereditatē incorruptibilē: incontaminatā: immarceſſibilē. 1. Petri 1. Que ergo in ortis habitat: oportet vt ſponſū ſuū vocem ſuā audire faciat: ideſt canticū bone predicatiōis emittat: in qua ille delectet quē deſiderat: quia amici auſcultāt: videlicet om̄es electi: quia vt ad celeſtē patriam reuiuiſcāt: verba vite audire deſiderant. Sed iam ꝓpheta ea nobis que videt aperiat. Sequit.

Et ecce murus forinſecus in circuitu domus vndiqꝫ.]

Pleruͥqꝫ in ſacro eloquio ex protectiōis ſue munimīe murus dici ip̄e incarnatus dn̄s ſolet: ſicut de ſctā eccleſia p ꝓphetā dicit: Ponet in ea murus ⁊ antemurale. Eſaie. 26. Ipſe em̄ nobis murus eſt: qui nos vndiqꝫ cuſtodiendo circūdat. Antemurale autē muri noſtre ꝓphete oēs fuerūt: qui priuſꝗ̄ dn̄s appareret in carne ad conſtruendā fidē: ꝓphetando miſſi ſunt. In ſancta ergo eccleſia dn̄s murus nobiſ ⁊ ꝓphete eius antemurale ſūt poſiti. Qꝛ ad nos quos ip̄e perfecte ꝓtegit: etiā prophetaꝝ verba in fidei conſtructionē venerūt. Unde ⁊ bene prius murus ⁊ poſt antemurale ponit: quia vocati ex gentibus niſi prius dn̄m cognoſcerem⁹: ꝓphetarū illi⁹ dicta minime ſuſcepiſſem⁹. Et notādū ꝙ iſte mur⁹ ſpiritalis edificij eſſe forinſec⁹ dicit. Mur⁹ quippe qui ad munitionē edificij cōſtruit: nō interi⁹ ſꝫ exteri⁹ poni ſolet. Quid ergo neceſſariū fuit vt diceret forinſec⁹: dū nunꝗ̄ poni muros intrinſec⁹ ſoleat: qꝛ neceſſe ē vt exteri⁹ poſtus ea q̄ intus ſunt: defendat. Sꝫ in hoc verbo: quid apte niſi ipſa dn̄ica incarnatio demōſtrat: Mur⁹ enī nobis int⁹ ē deus: mur⁹ vero foris ē deus homo. Unde ⁊ p quendā ꝓphetā dicit. Exiſti in ſalutē populi tui: vt ſaluos facies chriſtos tuoſ. Abac. 3. Iſte etenī mur⁹ incarnatus: vicꝫ dn̄s mur⁹ nobis nō eſſet: ſi forinſec⁹ non fuiſſet. Qꝛ int⁹ nos nō ꝓtegeret ſi exteri⁹ nō appareret. Sed neqꝫ hoc negligenter pretereundū eſt qđ idē mur⁹ poſit⁹ dicit incircuitu dom⁹ vndiqꝫ. Dom⁹ q̄ppe dei nō ſoluꝫ angeli ſancti de quib⁹ pſalmiſta ait: Dn̄e dilexi decorē dom⁹ tue: ⁊ locuꝫ tabernaculi glorie tue. ps. 29. Sed etiaꝫ nos ſum⁹ quorū mētes inhabitare dignatur. Et mur⁹ iſte vndiqꝫ incircuitu dom⁹ eſt: qꝛ vnigenit⁹ patris q̄ ſurſum eſt firmitas angelorū: ipſe deorſum factus eſt redemptio hominū. Illis fortitudo ne ca-

dant: nobis adiutoriū vt ſurgam⁹ poſt caſum. Si vero ꝑ domū dei hoc loco ſola redemptorū hominū multitudo ſignat̄: vndiq; nobis domin⁹ ⁊ per circuitū murus eſt. q: vt nos ꝑfecte cuſtodiret om̄ia q̄ docuit oſtēdit. Sicut ſcriptū eſt. Que cepit Ieſus facere ⁊ docere. Act. i. Quia eniꝫ nos vocare ad celeſtē patriā venit: nimirꝫ deſpicere nos bona tranſitoria docuit: et mala tēporalia nō timere. Unde ⁊ obprobria deſpexit. iniurias pertulit. mortē nō timuit. crucis patibulū non refugit. ⁊ cuꝫ hunc voluiſſent rapere ⁊ regē conſtituere ſtatim fugit. Quid nobis aliud his exemplis innuens: niſi vt debeam⁹ huius mūdi ⁊ aduerſa nō metuere: ⁊ proſpera vitare? Nā plus plerūq; eius bona occupant animū: q̄ mala perturbēt. Ante paſſionē vero ſuā contumelias audiuit: nec tamen cōtumelias reddidit. Traditorē ſuū diu tacitus pertulit: ei ficte ſalutāti dare oſculum nō recuſauit. Suſcepit mortē ne mori timeremus. Oſtēdit reſurrectioneꝫ: vt nos reſurgere poſſe crederem⁹. Poſt paſſionē quoq; ſuā de his qui ſe crucifixerāt ad fidei gratiā vocauit: donū pro iniquitate reddidit. Qui ergo nos exemplo ſuo de omnibus inſtruxit: murus nobis ꝑ circuitū ⁊ vndiq; factus eſt. Sequit̄.

¶ B Et in manu viri calamus menſure ſex cubitorū ⁊ palmo.

¶ Preterita lectione iā diximus: quia per calamū ſcriptura ſacra ſignatur. Qui calamus mēſure eſſe dicit̄. quia in ipſa omnem vite noſtre actionē metimur. vt ſcilicet videam⁹ vel q̄tum proficim⁹: vel q̄tum longe a profectu diſcamus. Nam ſepe aliquid agētes: iam cuiuſdā meriti eſſe nos credimus: ſed cum ad verba dei recurrimus: precepta ſublimia audim⁹: ibi cognoſcimus q̄tum a perfectione minus habeamus. Calamus ergo menſure ē: q̄a per manus ſcribentiū vita menſuratur auditorum. Qui calamus in manu viri ⁊ eſſe dicitur: ſiue quia ſacrū eloquium in poteſtate eſt mediatoris dei ⁊ hominum hominis chriſti Ieſu: ſeu certe quia hoc q̄d ſcribi voluit operando cōpleuit. Idē vero calamus ſex cubitorū ⁊ palmo eſſe deſcribitur. Due eteni vite ſunt in quibus nos omnipotēs deus per ſacrū eloquium erudit. Actiua videlicet ⁊ contēplatiua. Et per ſex cubitos quid aliud q̄ actiua vita exprimitur? Quia ſexto die perfecit deus omnia opera ſua. Palmus vero q̄ ſuper ſex cubitos eſſe dicit̄ iam de ſeptimo eſt: ſed tamē cubitus nō eſt. Actiua ergo vita ſignatur ꝑ ſex cubitos. ꝯtēplatiua ꝑ palmū. Quia illā opere perficim⁹ de iſta vero etiā cū cor tendimus vix parū aliq̄d attingere valemus. Actiua eni vita ē panem eſurienti tribuere. verbo ſapiētie neſcientē docere. errantē corrigere. ad humilitatis viā ſuperbientē proximū reuocare. infirmitatiſ curā gerere. Que ſingulis quibuſq; expediūt diſpenſare: ⁊ cōmiſſis nobis qualiter ſubſiſtere valeant prouidere. Contemplatiua vero vita eſt charitatē quidem dei ⁊ proximi tota mente retinere: ſed ab exteriore actione quieſcere. Soli deſiderio conditoris inherere. vt nil iaꝫ agere debeat. ſed calcatis curis omnibus ad videndā faciem ſui creatoris anim⁹ inardeſcat. Ita vt iam nouerit carnis corruptibilis pondus cū merore portare: totiſq; deſiderijs appetere illis hymnidicis angelorū choris intereſſe. admiſceri celeſtibus ciuibus. de eterna in cōſpectu dei incorruptione gaudere. In palmo itaq; manus ⁊ digiti tendunt̄. Sed parū quid de menſura cubiti per palmū contingitur quia quantolibet amore animus ardeat: quātalibet virtute ſe in domino ⁊ cogitatione tetēderit: nō iam q̄d amat perfecte videt: ſed adhuc inchoat videre q̄d amet Quia ſicut fortiſſimus predicator dicit. Videmus nūc per ſpeculuꝫ in enigmate: tunc auteꝫ facie ad faciem: i. Cor. 13. Et nunc cognoſco ex parte: tunc autē cognoſcam ſicut ⁊ cognitus ſum. De ſeptimo ergo cubito palmū tangimus: qui in hac vita poſiti contēplationis intime ſola initia deguſtamus. Actiua autē vita quia per-

fecte teneri poteſt. ⁊ ſexto die homo eſt cõditus qui bona debet operari: ſex cubitos calamus habet. Bene has vtraſq; vitas due ille mulieres ſignauerũt: martha videlicet ⁊ Maria. quarũ vna ſatagebat circa frequens miniſteriũ. alia vero ſedebat ad pedes dei: ⁊ audiebat verba de ore eius. Luce. 10. Cũq; contra ſororẽ martha quereretur q; ſe adiuuare negligeret: reſpõdit domin⁹ dicens. Martha occupatis ⁊ ſatagis multa. Porro vnũ eſt neceſſariũ. Maria autẽ optimam ptem elegit: que nõ auferetur ab ea. Ecce pars Marthe nõ reprehẽditur: ſed marie laudatur. Neq; enĩ bonã ptem elegiſſe Mariã dicit: ſed optimã. vt etiã pars marthe indicaretur bona. Quare aũt pars Marie ſit optima ſubinfert cũ dicitur. Que nõ auferetur ab ea. Actiua eteñi vita cũ corpore deficit. Quis enim in eterna patria panẽ eſurienti porriget: vbi nemo eſurit: potum tribuat ſitiẽti vbi nemo ſitit. ? Quis mortuũ ſepeliat vbi nemo morit? Cũ preſenti ergo ſeculo vita auferẽ actiua. Contemplatiua autem hic incipit vt in celeſti patria perficiat. Quia amoris ignis qui hic ardere inchoat: cũ ipſum quẽ amat viderit in amore ipſi⁹: ampli⁹ igneſcit. Cõtẽplatiua ergo vita minime auferẽ. quia ſubtracta preſentis ſeculi luce perficitur. Has vtraſq; (ſicut ⁊ ante nos dictuʒ eſt) due beati iacob mulieres ſignauerũt. lia videlicet ⁊ rachel. Geñ. 29. Lia quippe interpretaẽ laborioſa. rachel vero ouis vl' viſum principiũ. Actiua autẽ vita laborioſa eſt. q: deſudat in ope. Contẽplatiua vero ſimplex ad ſolũ videndũ principium anhelat. videlicet ipm qui ait. Ego ſum principiũ: ꝓpter qd ⁊ loquor vobis. Ioh. 8. Beat⁹ autẽ iacob rachel quidẽ concupierat: ſed in nocte accipit liam. Q: videlicet oĩs qui ad deũ cõuertiẽ. contemplatiuaʒ vitã deſiderat: quietem eterne patrie appetit. ſed pri⁹ neceſſe eſt: vt in nocte vite pñtis opereẽ bona q̃ põt. deſudet in labore: id eſt liam accipiat: vt poſt ad vidẽdum principium in rachel amplexibus requieſcat. Erat autẽ rachel videns ⁊ ſterilis. Lia autem lippa: ſed fecũda. Rachel pulchra ⁊ infecũda. Quia contẽplatiua vita ſpecioſa eſt in aĩo. ſed dum quieſcere in ſilẽtio appetit filios nõ generat ex predicatione. Uidet ⁊ nõ parit: quia quietis ſue ſtudio minus ſe in aliorũ collectione ſuccendit. Et q̃tum introrſus conſpicit: aperire alijs predicãdo non ſufficit. Lia vero lippa ⁊ fecũda eſt. q: actiua vita duʒ occupaẽ in opere minus videt. ſed dũmodo per verbũ: mõ per exemplũ ad imitationẽ ſuã proximos accendit: multos in bono opere filios generat. Et ſi in contẽplatione mentẽ tendere nõ valet: ex eo tamẽ q; agit exterius gignere ſequaces valet. Recte ergo in menſura calami prius ſex cubiti ⁊ poſtmodũ palmus diciẽ. quia ante actiua agitur: vt ad cõtemplatiuã poſtmodũ veniaẽ. Sed ſciẽduʒ eſt quia ſicut bonus ordo viuẽdi eſt vt ab actiua in contemplatiuã tendatur: ita plerũq; vtiliter a contẽplatiua animus ad actiuã reflectitur. vt per hoc qd contẽplatiua mentem accenderit: pfectius actiua teneatur. Debet ergo nos ⁊ actiua ad contemplatiuaʒ tranſmittere: ⁊ aliquãdo tamẽ ex eo q; introrſus mente conſpeximus: ad actiuam melius contemplatiua reuocare. Unde ⁊ idẽ Jacob poſt Rachelis amplex⁹ ad liam redijt: q: ⁊ poſt viſum principiũ laborioſa vita boni operis nõ eſt funditus deſerẽda. Eſt autẽ in contẽplatiua vita magna mentis contẽtio: cum ſeſe ad celeſtia erigit. cum in rebus ſpiritalibus animũ tendit. cum tranſgredi nitiẽ omne qd corporaliter videẽ. cũ ſeſe anguſtat vt dilatet. Et aliquãdo quidẽ vincit: ⁊ reluctãtes tenebras ſue cecitatis exuperat. vnde in circũſcripto lumine quiddã furtim ⁊ tenuiter attingat. Sed tamẽ ſemetipſam protin⁹ verberata reuertiẽ. atq; ab ea luce ad quã reſpirando tranſijt: ad ſue cecitatis tenebras ſuſpirando atq; lamentando redijt. Nõ bene ſacra hiſtoria deſignat: que beatum Jacob cum angelo luctatum narrat. Cum eniʒ ad parentes proprios rediret:

in via angelum inuenit cum quo in lucta magnū certamen habuit. Geñ.32. Is enī qui certat in luctamine aliquādo ſuperio rem ſe: aliquādo vero eū cū quo contēde rit inferiorē inuenit. Deſignāt autē ange lus dñi ⁊ iacob qui cum angelo contēdit vniuſcuiuſq; pfecti viri animā: ⁊ in ɔtem platiōe eā poſitā exprimūt. Que videlicz cū contēplari deū nitit: velut in quodam certamine poſita modo quaſi exupat. qꝛ ĩ telligēdo ⁊ ſentiēdo de incircūſcripto lu mine aliquid deguſtat. mō ſuccūbit: qꝛ ⁊ deguſtādo iterū deficit. Quaſi ergo vin citur angelꝰ: quādo intellectu intimo ap prehēdit deus. Sz notandū ꝙ idē victꝰ angelus neruū femoris iacob tenuit. eūq; marceſcere ſtatim fecit. atq; ab eo Jacob tēpore: vno claudicauit pede. qꝛ ſcz omni potēs deꝰ cū iam p deſideriū ⁊ intellectū cognoſcit: omnē in nobis voluptatē car nis arefacit. Et qui priꝰ quaſi duobꝰ pedi bus innitētes. ⁊ deū videbamur querere: ⁊ ſeculū tenere. poſt agnitionē ſuauitatis dei vnꝰ in nobis pes ſanus remanet: atq; alius claudicat. qꝛ neceſſe eſt vt debilita to amore ſeculi: cōualeſcat ad amorē dei. Si ergo tenemꝰ angelū vno claudicamꝰ pede. qꝛ dū creſcit ĩ nobis fortitudo amo ris intimi: infirmat pculdubio fortitudo carnis. Omis quippe qui vno pede clau dicat: ſoli illi pedi innititur quē ſanuz ha bet. Quia ⁊ cui deſideriū terrenū iaz are factū fuerit: in ſolo pede amoris dei tota virtute ſe ſuſtinet. Et in ipſo ſtat. quia pe dem amoris ſeculi quē ponere in terra cō ſueuerat: iā a terra ſuſpenſum portat. Et nos ergo ſi ad parentes pprios: id eſt ad ſpiritales patres redimus: teneamus in via angelū: vt ſuauitate intima apprehen damus deū. Contēplatiue etenī vite ama bilis valde dulcedo eſt: que ſuper ſemet ipſam animā rapit. celeſtia aperit. terre na autē debere eſſe contēptui oſtēdit. ſpi ritalia mētis oculis patefacit. corporalia abſcondit. Vñ bene eccleſia in cāticis cā ticorū dicit. Ego dormio: ⁊ cor meū vigi lat. Cant. 2. Vigilanti etenim corde dor

mit. quia per hoc ꝙ interius contemplā do proficit: ab inquieto foris opere quie ſcit. Sed inter hec ſciendū eſt. quia ꝗdiu in hac mortali carne viuitur: nullus ita in virtute contēplationis proficit: vt in ipſo in circūſcripto luminis radio mentis ocu los infigat. Neq; enī omnipotēs deus iā in ſua claritate conſpicit ſed quiddaz ſub illa ſpeculatur anima vnde refota profici at: ⁊ poſt ad viſionis eius gloriam pertin gat. Sic nāq; Eſaias cum ſe dominū vi diſſe fatetur: dicēs. Anno quo mortuus ē rex Ozias: vidi dominū ſedentē ſuper ſo lium excelſum ⁊ eleuatū. Eſaie. 6. Pro tinus adiūxit. Et ea que ſub eo erāt imple bant templū. Dū ozias rex ſupbus ac p ſumptor morit: dñs videtur. quia cū mun di huius elatio a deſiderio mētis occidit tūc ipſa mens dei gloriā contēplatur. Et notandum ꝙ dominus ſuper ſoliuz excel ſum ⁊ eleuatum ſedit. Quid nāq; eſt eiꝰ ſoliuz: niſi creatura angelica vel humana cui per intellectum quem dedit preſidet. Quod videlicet ſolium excelſum ⁊ eleua tum dicitur. quia ⁊ natura humana ad ce leſtem gloriam eleuata proficit: ⁊ creatu ra angelica dū multis ſpiritibus cadenti bus iam ſolidata eſt in celo ne cadat. inde ⁊ eleuata eſt. vnde ⁊ confirmata. Tem plum vero eius hoc eſt qꝺ ſolium. quia eternus rex ibi habitat vbi ſedet. ¶ Nos ergo templum illius ſumus: in quorum mētibus habitare dignatur. Sed ea que ſub eo erant implebant templū. quia ꝗc quid de illo modo conſpicitur adhuc non eſt ipſe: ſed ſub ipſo eſt. Sic iacob ange lum vidit: ⁊ vidiſſe deū fatetur. quia cum miniſteria eius conſpicimus: iam multuz eſt quod ſuper noſmetipos leuamur. No tandū vero ꝙ dicit: implebāt templum. quoniā ⁊ ſi angelꝰ apparet: infirme tamē mētis deſiderio ſatiſfacit. vt ſi adhuc ma ius non poteſt: iā tamen minus qꝺ videt admiretur. Ea ergo que ſub eo ſunt im plent templū. quia ſicut dictuz eſt: ⁊ cum mens in contemplatiōe pfecerit non iam quod ipſe: ſed id qꝺ ſub ipſo eſt ɔtempla

tur. In qua videlicet ꝯtemplatiõe iã quietis interne guſtus contingit. Cuius quia quedã quaſi pars eſt: ⁊ pfecta eſſe nõ poteſt: recte in apocalipſi ſcriptũ eſt. Factũ eſt ſilentiũ in celo quaſi media hora. Apocal. 8. Celũ quippe eſt aĩa iuſti: ſicut p ꝓphetã domin⁹ dicit: Celũ mihi ſedes eſt. Et celi enarrant gloriã dei. p̄s. 102. et. 10 et. p̄s. 18. Cũ ergo quies cõtemplatiue vite agit in mente: ſilentiũ fit in celo: q꞉ terrenoꝝ actuũ ſtrepitus quieſcit a cogitatione: vt ad ſecretũ intimũ aurẽ anim⁹ apponat. Sed q꞉ hec quies mentis eſſe in hac vita perfecta nõ poteſt: nequaꝙ̃ hora integra factũ in celo ſilentiũ dicit: ſed quaſi media hora. Ut neq꞉ ip̄a media hora plene ſentiat: cum premittit quaſi: quia mox vt ſe animus ſubleuare ceperit: ⁊ quietis intime lumĩe perfundi: redeũte citius cogitationũ ſtrepitu de ſemetip̄o cõfundit: et cõfuſus cecat. Uita igit cõtemplatiua que illic hora quaſi media dicit: apud ezechielẽ prophetã nõ cubitus ſed palmus appellat. Ecce fratres cariſſimi dũ vniuſcuiuſq꞉ vite cauſas exp̄mere cupim⁹ paulolatius per exceſſum locuti ſumus. Sed bonis mentibus quibus vtraq꞉ eadẽ vita eſt agendũ amabilis: eſſe nõ debet ad audiendũ grauis. Sequit.

Et menſus eſt latitudinem edificij calamo vno: altitudinez quoq꞉ calamo vno.

Omnipotẽs deus qui nec in magnis tẽdit: nec in minimis anguſtat: ſic de tota ſimul eccleſia loquit: ac ſi de vna aĩa loquat. Et qđ ſepe ab eo de vna aĩa dr̄: nil obſtat ſi de tota ſimul eccleſia intelligat. Latitudo itaq꞉ edificij ad charitatẽ pertinet: de qua pſalmiſta dicit: Latũ mandatum tuũ nimis. p̄s. 118. Nil eñ latius ꝙ̃ omnes in ſinu amoris recipere: ⁊ nullas odij anguſtias ſuſtinere. Sic quippe lata eſt charitas: vt in amplitudine dilectiõis ſue capere etiã inimicos poſſit. Unde et precipit: Diligite inimicos veſtros: bene facite his qui oderũt vos. Math. 5. Conſiderandũ quoq꞉ nobis eſt: quia latitudo in eq̃litate: altitudo xp̄o in ſublimitate tẽdit. Latitudo ergo pertinet ad charitatẽ ꝓximi: altitudo ad intelligentiã cõtemplatoris. Sed latitudo ⁊ altitudo edificij vno calamo menſurat: q꞉ videlicet vnaqueq꞉ aĩa quantũ lata fuerit in amore ꝓximi: tantum ⁊ alta erit in cognitiõe dei. Dũ eñ ſe per amorẽ iuxta dilatat: per cognitionẽ ſupius exaltat. Et tantũ ſup ſemetip̄am excelſa fit: quantũ ſe iuxta ſe in ꝓximi amorẽ tendit. Et quia edificiũ qđ inhabitat deus ⁊ angelica ſimul ⁊ humana natura pficit: per hoc qđ angelica creatura ſurſum eſt ⁊ hũana adhuc deorſũ: poteſt per latitudinẽ atq꞉ altitudinẽ edificij vtraq꞉ hęc creatura ſignari. Quia iſta adhuc in imis degit: illud vero in ſublimibus permanet. Sed vno calamo mẽſurat vtraq꞉: q꞉ humilitas hoĩm qñq꞉ ad equalitatẽ perducit angeloꝝ. Uñ ſcriptũ eſt. Neq꞉ nubẽt neq꞉ nubent: ſed erunt ſicut angeli dei in celo. Math. 22. Mar. 12. Luce. 20. Et vñ per iohannẽ dicit: Mẽſura hoĩs que eſt angeli. Apoca. 21. Q꞉ vſq꞉ ad illã altitudinẽ glorie homo perducit: in qua ſolidatos ſe angeli letant. Latitudo ergo edificij tãta eſt quãta ⁊ altitudo: q꞉ electi quiq꞉ qui mõ in imis laborãt qñq꞉ illis beatiſſimis ſpiritib⁹ non erunt inequales. Sed nos inter hec redeamus ad mentẽ: ac totis medullis cordis deũ diligamus ⁊ ꝓximũ. Dilatemur in affectu charitatis: vt exaltemur in gloria celſitudinis. Cõpatiamur per amorẽ ꝓximo: vt coniũgamur per cognitionẽ deo. Condeſcẽdamus fratribus minĩs in terra: vt coequemur angelis in celo. Quia vir q̃ ſua imagine redemptorẽ ſignat: mẽſus eſt latitudinẽ edificij calamo vno: altitudinez quoq꞉ calamo vno. Nunc igit metit mores: penſat opera: cogitatiões cõſiderat: vt ſine fine poſtmodum retributionẽ reddat Jeſus xp̄us vnigenitus patris. Qui cũ eo viuit ⁊ regnat in vnitate ſp̄ũſancti per oĩa ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Explicit Omelia. XIIII.

Incipit Omelia. XV. que exponit litteram in capitulo. XL. ab illa parte. Et venit ad portã que reſpiciebat ad viam orientalem: vſq; ad illam partẽ in eodem capi. Et menſus eſt veſtibulũ porte octo cubitoꝝ.

Vir cuius calamus menſure in manu eius deſcribit: venit ad portã que reſpiciebat ad viam orientalẽ. Quis vero ali⁹ porte huius appellatiõe ſignat: niſi ipſe dñs ac redemptor noſter: qui nobis ianua factus eſt regni celeſtis: Sicut ipẽ ait: Nemo venit ad patrẽ: niſi per me. Sed cum eundẽ viruz lineis indutũ figurã domini tenere dixerim⁹: querendũ nobis eſt qua ratiõe conueniat: vt idẽ dñs ꝛ per virum deſignari valeat ꝛ per portã: dum vir veniat ad portã: Nunquid nã ipſe venit ad ſemetipm̃: An ita eſt: quia ꝛ in euãgelio ipſe teſtat dicens: Qui nõ intrat per oſtium in ouile ouiũ: ſed aſcendit aliũde: ille fur eſt ꝛ latro: Joh. 10. Qui autẽ intrat per oſtiũ paſtor eſt ouiũ. Et paulopoſt dicit: Ego ſum oſtiũ. Atq; iterũ ſubiũgit. Ego ſum paſtor bonus. Si ergo paſtor intrat per oſtiũ: ipſe eſt oſtiũ: ipẽ paſtor: ipẽ pculdubio intrat per ſemetipm̃. Ecce dũ ezechielis ſenſum enodare cupimus: de euãgelio etiã queſtionẽ ligamus. Querendũ nobis itaq; eſt qualiter ꝛ ipẽ intret ꝛ per ſemetipm̃ intret. Dñs em̃ ac redemptor noſter cũ ſancta eccleſia quã redemit ſm carnẽ vna ſubſtãtia eſt: paulo atteſtãte qui ait: Adimplebo ea que deſunt paſſionũ xp̃i in carne mea: p corpore eius qḋ eſt eccleſia. Coloſ. 1. Epheſ. 1. Cui⁹ capitis corpus eccleſia eſt: ꝛ hui⁹ corporis caput xp̃s. De quo ſuo capite exultat corpus: id eſt ſancta eccleſia: cũ per pſalmiſtã dicit: Nunc autẽ exaltauit caput meũ ſuper inimicos meos. ps. 26. Quia em̃ quãdoq; ipſa etiã exaltanda eſt: iam nũc caput ſuũ ſup inimicos ſuos exaltatũ gaudet in celis. Cum ergo electi quiq; ad vitam perueniũt: quia mẽbra eius per eũ intrãt ad eum: ipẽ per ſe intrat ad ſe. Ipſe em̃ in ſuis mẽbris eſt qui intrat: ipſe caput ad quod intrantia mẽbra perueniũt. Quod ezechiel ꝓpheta multipliciter inſinuat: qui virũ veniſſe dicit portã: ꝛ que eadẽ porta ſit oſtendit dicẽs:

Que reſpiciebat ad viaz orientalem.]

Ipſe etem̃ nobis eſt via: qui dixit: Ego ſum via veritas ꝛ vita. Joh. 18. Ipſe etiam orĩetalis via de quo ſcriptũ eſt. Ecce vir oriens nomen eius. Zacha. 6. Porta ergo viã orĩetalẽ reſpicit: quia illũ ſignat qui nobis iter ad ortũ fecit luminis. Poteſt etiã porte nomĩe vnuſquiſq; predicator intelligi: quia q̃ſquis nobis ianuã regni celeſtis ore ſuo aperit porta eſt. Unde ꝛ duodecim porte vel in iohãnis apocalipſi: vel in extrema huius prophete viſione deſcribunt. Apocal. 21. Poteſt etiam porte nomĩe ſcripture ſacre ſciẽtia nõ incõuenienter intelligi. Que duz nobis intellectũ aperit: celeſtis regni ianuã pandit. Poſſumus porte noĩe ꝛ fidẽ accipere: quã primã contingimus: vt ad virtutum edificia intremus. Unde hic aperte ſubiungitur.

Et aſcendit per gradus eius.

Quid em̃ gradus ſunt hui⁹ porte: niſi merita virtutũ: Siue eniz in cognitionẽ mediatores dei et hominũ hoĩs ieſu xp̃i: ſeu in ſciẽtia diuini eloquij ſeu in ipã fide quã de illo accipimus: quibuſdã gradib⁹ ad altiora incremẽta peruenim⁹. Nemo em̃ repente fit ſumm⁹: ſed in bona cõuerſatiõe a minĩs quiſq; inchoat: vt ad magna perueniat. De his gradibus per pſalmiſtã dicit: Deus in gradibus eius dinoſcit dum ſuſcipiet eã. ps. 47. Dum em̃ ſanctã eccleſiã domin⁹ ſuſcipit: in gradib⁹ eius dinoſcit: quia eius gloria per illius incrementa declarat. Quantũ enim ſancta eccleſia aſcẽdendo profecerit: tantũ deus hominibus ex eius virtutibus in-

noteſcit. De his quoq; gradibus beatuȝ iob loquitur dicens: Per ſingulos gradus meos pronunciabo illum. Job.31. Omnipotentem quippe dominū per ſingulos gradus ſuos pronūciat: qui per incrementa virtutū que cepit ei ſemper laudē ſue pietatis reddit. Si quidā gradus in cordis aſcenſiōe nō eſſent: pſalmiſta nō diceret: Ambulabūt de virtute in virtutē Ps.63. Nec mirū fide virtute in virtutē gradus ſūt: quādo vnaqueq; virtus quaſi quibuſdā gradibus agit: ꝛ ſic per incremēta meritoꝝ ad ſumma perducit. Alia nāq; ſunt virtutis exordia: aliud pfect⁹ aliud perfecti. Si em̄ ꝛ ipā fides ad perfectionē ſuam nō quibuſdā gradibus duceret: ſancti apl'i minime dixiſſent. Adauge nobis fidē. Luce.17. Et quidā venit ad ieſum qui curari voluit filiū ſuū: ſed requiſitus an crederet: reſpōdit: Credo domine: adiuua incredulitatē meā. Math.9. Penſate ergo quod dicit: Si credebat cur incredulitatē dicebat? Si vero incredulitatē habere ſe nouerat: quomō credebat? Sed quia per occultam inſpirationem gratie, meritoꝝ ſuorum gradibus fides creſcit: vno eodemq; tempore is qui necdum perfecte crediderat ſimul et credebat: ꝛ incredulus erat. Hos nimirum gradus dn̄s ſub meſſis noīe deſcribit dicens: Sic eſt regnū dei: queadmodū ſi iaciet homo ſemē in terra ꝛ dormiat: ꝛ exurgat nocte ac die: ꝛ ſemen germinet ꝛ creſcat dū neſcit ille. Mar.4. Ultro em̄ terra fructificat primū herbā: deinde ſpicā: deinde plenū frumentū in ſpica. Et cū ex ſe pduxerit fructus ſtatī mittit falcē: quoniā adeſt tempus meſſis. Semē homo iactat in terra cū cordi ſuo bonā intentionē inſerit. Et poſtq̄ ſemē iactauerit: dormit quia iā in ſpe boni operis quieſcit. Nocte vero exſurgit ac die: quia in aduerſa ꝛ pſpera pficit. Et ſemen germinat ꝛ creſcit dū neſcit ille: qꝛ dū adhuc metiri icremēta ſua nō valet ſemel cōcepta virtus ad perfectū ducit. Et vltro terra fructificat: qꝛ preueniēte ſe gratia: mens hoīs ſpontanee ad pfectū boni opis aſſurgit. Sed hec eadē terra primū herbā: deinde ſpicā deinde plenū frumentū producit in ſpica. Herbā quippe pducere eſt inchoationis bone adhuc teneritudinē habere. Ad ſpicā vero herba peruenit: cū ſe virtus anīo cōcepta ad profectū boni opis pertrahit. Plenū vero frumentū in ſpica fructificat qn̄ iam intantū virtus pficit vt eſſe robuſti ꝛ perfecti opis poſſit. Sed cū ex ſe perduxerit fruct⁹ ſtatim mittit falcē: qm̄ adeſt tp̄us meſſis. Omps em̄ deus pducto fructu falcē mittit: ꝛ meſſem ſuā deſecat: qꝛ cū vnūquēq; ad opa perfecte perduxerit: eius tpalē vitā per emiſſaȝ ſnīam incidit: vt granū ſuū ad celeſtia horrea perducat. Cū igit deſideria bona cōcipimus: ſemen in terrā mittimus. Cū vero opari recta incipim⁹: herba ſumus. Cūq; in eiuſdē operatiōis perfectiōe ſolidamur: iam plenū frumentū in ſpica pferimus. Herba etem̄ petrus fuerat: qui paſſionis tpe per amorē dn̄m ſequēs hunc ꝯfiteri an ancille vocē timebat. Luc.22. Math.26. Mar.14. Joh.18. Erat em̄ iā viriditas in mēte: qꝛ credebat oīm redemptorē: ſed valde adhuc flexibilis pede ꝯculcabat timoris. Jam in ſpicā ſurrexerat: qn̄ eū quē moriturū ꝯfiteri timuerat: nūciante angelo in galilea viuentē videbat. Sed ad plenū granū in ſpica peruenerat: qn̄ veniēte deſup ſpū: ꝛ ſuā mentē in illius amore roborāte ita ſolidat⁹ eſt: vt vires perſequētiū ceſus deſpiceret: ꝛ redemptorē ſuū libere inter flagella pdicaret. Null⁹ itaq; q̄ ad bonū ppoſitū adhuc in mētis teneritudine eſſe conſpicit deſpiciat: qꝛ frumentū dei in herba incipit vt granū fiat. Uir ergo veſtitus lineis venit ad portā: qꝛ dn̄s ac redemptor noſter mēbris ſuis intrantibus perducit ad ſe. Et aſcēdit per grad⁹ eius: qꝛ nobis pficiētibus: eo nobis amplius exaltat quāto altius ꝛ incōprehenſibilis eſſe cognoſcit. In virtute quippe noſtrarū mentiū gradibus ipſe aſcendere dicit: quia tanto ipe ſublimior nobis oſtēdit: quantū noſter animus a rebus infi-

mis ſeparat. Sequitur.

Et menſus eſt limen porte calamo vno latitudinē.

Cur poſtq̄ dictū eſt limen porte: ſtatim ſubiungit: limē vnū? Niſi quia aperte inuuit q̄ adhuc inferius limen aliud dicat porta autē a limine ſurgit vt porta ſit. Si igit porta dn̄s: quis hui⁹ porte limen eſt niſi illi antiqui patres ex quoꝝ progenie dn̄s incarnari dignat⁹ eſt? Sicut per paulū dicit: Quoꝝ patres ex q̄b⁹ xp̄s ſm carnē: qui eſt ſuper oīa deus bn̄dict⁹ in ſecula. Ro.9. Notandū nobis eſt in hac pauli ſentētia q̄ dij ⁊ ceteri hoīm ſunt vocati ſicut moyſi dicit: Ponā te in deū pharaoni. Exod.7. Et per pſalmiſtā dicit: Ego dixi dij eſtis. ps.81. Et rurſum. De⁹ ſtetit in ſynagoga deoꝝ. Sed aliud eſt nūcupatiue: aliud naturaliter dici deum. Et ſi moyſes in deū pharaoni eſt poſit⁹: ſed deus intra oīa non deus ſup oīa dicit: Qui vero eſt in vtero virginis incarnat⁹: deus ſuper oīa vocat. Itaq̄ limen porte antiq̄ patres ex q̄bus ille natus eſt: q̄ nobis aditū regni celeſtis aperuit. Limen autē porte vno calamo menſurat: qꝛ ipſi antiqui patres potuerūt redemptorē noſtrū ⁊ prophetādo ⁊ bene viuēdo p̄dicare: tanq̄ ſex cubita in perfectiōe operis: et palmū inchoatiōis per cōtemplationē habuerūt. Quia eñ eoꝝ vitā in vnitatē fidei: ⁊ perfecta opatio: ⁊ inchoata ꝯtemplatio ſub limē reddidit: in vno calamo menſura liminis fuit. Sequitur.

B Et thalamū vno calamo in longo: ⁊ vno calamo in latū.

Conſiderem⁹ quid agi in thalamo ſoleat atq̄ exinde hoc qđ in ſancta eccleſia agit colligamus. In thalamo quippe ſpōſus ⁊ ſponſa federant: ſibiq̄ in amore iungūtur. Qui ergo ſunt in ſancta eccleſia thalami: niſi eoꝝ corda in q̄bus anīe per amorē ſponſe inuiſibili iungūt: vt eius deſiderio mens ardeat: nulla iam que in mūdo ſunt cōcupiſcat: preſentis vite longitudinē penā deputet: exire feſtinet: ⁊ amoris amplexu in celeſtis ſpōſi viſione requieſcere. Mens itaq̄ que iam talis eſt nullā p̄ſentis ſeculi cōſolationē recipit: ſed ad illā quā diligit medullit⁹ ſuſpirat: feruet anhelat: anxiat. Vilis ei fit ipa ſalus ſui corporis: qꝛ trāſfixa eſt vulnere amoris. Unde in cāticis dicit: Uulnerata charitate ego ſum. Canti.2. Mala aūt ſalus eſt cordis que dolorē hui⁹ vulneris neſcit. Cū vero anhelare iā in celeſti deſiderio ⁊ ſentire vulnus amoris ceperit: fit anima ſalubrior ex vulnere que prius egrotabāt ex ſalute. Mente autē ſponſum ſuū fortiter amāti de amore vite p̄ſentis vna ſolet eſſe cōſolatio: ſi per hoc qđ ipſa ab eius viſione differt: alioꝝ anime eius verbo ꝓficiāt: ⁊ ad celeſtē ſponſum amoris facibus inardeſcāt. Meret: quia differre ſe cōſpicit: triſte eſt ei om̄e quod aſpicit: quia illū adhuc nō videt quem videre cōcupiſcit. Sed eſt vt dixi nō parua cōſolatio ſi feruens anīa differt: ⁊ per eā multe colligūtur: vt tarde cum multis videat: quē ſola videre citius volebat. Unde rurſus in cātico ſpōſa dicit: Fulcite me floribus: ſtipate malis: quia amore langueo. Canti.2. Quid nāq̄ ſunt flores: niſi anime bonū iam opus inchoantes ⁊ deſideriū celeſte redolentes? Quid mala de floribus: niſi perfecte iam bonoꝝ mentes que ad fructum perueniūt boni operis de initio ſancte ꝓpoſitōis? Que ergo amore languet fulciri querit floribus: ſtipari malis: quia ſi illū quē deſiderat videre adhuc nō permittit: magna eſt ei cōſolatio ſi aliorum profectibus letetur. Anima ergo ſancta amore languida florib⁹ maliſq̄ fulciat: vt requieſcat in bono opere proximi: quē adhuc cōtemplari nō valet vultum dei. Penſemus ergo qualis thalamus pauli mens fuerat: qui dicebat: Mihi viuere chriſtus eſt: et mori lucrum. Philipē.1. Omnipotenti deo inquantū ſe amore coniunxerat: qui ſibi vitam xp̄m tantūmodo ⁊ mori lucrum eſſe deputabat. Ibidem. Hinc eſt q̄ iterū dicit: deſideriū habens diſſolui: ⁊ cū xp̄o eſſe multomagis meli-

tis. Sed ecce qui diſſolui deſideras: quo amore langueas videm⁹. Quia interim differri te cōſpicis: fulciri queſo floribus nō requiris. Queris plane. nā ſequitur. Permanere autē in carne neceſſariū propter vos. Et proficiētibus diſcipulis dicit. Que eſt enī noſtra ſpes: aut gaudiuz aut corona glorie? Nōne vos ante dominum noſtrū ieſum chriſtū. Hinc eſt ꝙ idē thalamus vno calamo in longo: et vno calamo in lato dicit mēſus. Longitudo ꝗppe ad longanimitatē expectationis pertinet. et latitudo ad amplitudinē charitatis Tantū ergo vnuſquiſqꝫ thalamus habet in longitudinē: ꝗtum et in latitudinē: habere potuerit. qꝛ mēs celeſti deſiderio ſuccenſa: ꝗtum amorē habuerit ad colligendum proximū: tantū et longanimitatē exhibet ad expectandū deū. et pacienter portat moras longitudinis. qꝛ ſe in profectu ꝓximi dilatat amplitudo charitatis. Poteſt etiā ipſa longitudo longanimitate pacientie que exhibetur proximo deſignare Et qꝛ latitudo charitatē ſignat: que ſinuz mentis aperit: et amicos in amorē recipit tanta eſt longitudo thalami: quāta latitudo qꝛ ꝗtum lata mens fuerit per amorez tantū erit et patiens per longanimitatez. Nā tantū quiſqꝫ portat proximū: quantuz amat. Si enī amas portas. ſi deſiſtis amare: deſiſtis tolerare. Quē enim minus diligimus: minus etiaz toleramus . quia irruente faſtidio: citius facta proxi mi adducuntur in grauedine pōderis: que nobis non leuiat penna charitatis. Sequitur.

Et inter thalamos quinqꝫ cubitos.

Unū ſupra thalamū dixerat et poſtmodum quinqꝫ cubitos eſſe inter thalamos narrat. Ea videlicet ratiōe quia mlti thalami vnū faciūt: ſicut et multe eccleſie vna eccleſia vocatur. Unde et in iohānis Apocalipſi ſeptē eccleſijs ſcribit. ꝑ quas vna catholica deſignat. Apoca. i. Hi itaqꝫ ꝗ in ſancta eccleſia ſicut dixim⁹ feruēti amore deū videre ſitiunt. eiqꝫ iam per deſiderium cōiungunt thalami vocant. Sed tamen ſunt in ea quidā qui penetrare ſubtilia nō valētes. et quinqꝫ adhuc corpis ſenſibus depreſſi. tāto min⁹ amāt eū qui fecit oīa: quāto ampli⁹ in his que facta ſunt illigant. Et iam quidē exercere ſe in timore dñi et amore ꝓximi tēdere ſtudēt. bona opera corpaliter agere. elemoſynis peccata redimere. Sꝫ qꝛ vi amoris intimi ardere ad celeſte deſideriū neſciūt: quaſi adhuc deuincti corporeis ſenſib⁹ tenentur. Iſti itaqꝫ thalami nō ſunt: ſed tamē inter thalamos continent. qꝛ per eorū ducatuz qui viſionē dei ꝑfecte diligūt: et ipſi ad ꝑfectū mētis diligunt. Inter thalamos ergo quinqꝫ ſunt cubiti. qꝛ hi qui ab exterioribus quinqꝫ ſenſib⁹ adhuc ad intellectū myſticū nō aſſurgūt: dū inter eos ſunt qui ſpiritu amoris feruēt: velut manētes inter thalamos in fidei cōſtructione proficiunt. et a mēſura celeſtis edificij diſiuncti nō ſunt. Nā pauliſper ſe ab appetitu corporaliū ſenſuū ſubtrahūt. et dilatato mentis ſpacio imitātes charitatē quā conſpiciunt: hincinde ad thalamos extendunt. Qꝫ ergo nō per ſex cubitos: ſed ꝑ quinqꝫ deſcripti ſunt: ipſa adhuc eorū imperfectio deſignat. ſed tamē ꝑ bonū deſideriū in mēſura ſpiritalis edificij eſſe memorātur. qꝛ ex voce eccleſie per pſalmiſtā dicit. Imperfectū meū viderūt oculi tui et in libro tuo oēs ſcribent. ps. 138. Qui iteruz ꝑ pſalmiſtā dicit. Bñdixit omēs timētes ſe dñs: puſillos cū maioribus. Hi itaqꝫ et impfecti ſunt et puſilli. ps: 113. Inquātuz tamē cognoſcere preualēt: et deū et proximuz diligūt: atqꝫ ideo bona que pñt non negligūt opari. Qui et ſi necdū ad ſpiritalia dona ꝓficiūt: vt vel ad ꝑfectā opationē: vel ad ſuccēſam ꝯtēplationē aīam exarant. tamē ab amore dei et ꝓximi inquātū capere preualēt non recedūt. Unde fit vt ipſi quoqꝫ et ſi minori loco: in ſancta tamen edificatione ſint poſiti. Quia et ſi ad doctrinā. ſi ad prophetiā. ſi ad miraculorū gratiam. ſi ad contemptū mundi pleni us exequēdū fortaſſe minores ſunt: tamē

in timoris ⁊ amoris fundamento ſunt in quo ſolidant̄. Quia ſi igne celeſtis deſiderij non ardēt: in ipſis exteriorib⁹ que exercere ſufficiūt vapore charitatis aiantur. ⁊ inter proximorū precellentiū edificia continent̄. Unde ⁊ recte ſponſa in cāticis canticorū loquit̄ dicens. Ferculū fecit ſibi rex Salomon de lignis libani. columnas eius fecit argenteas. reclinatorium aureū. aſcenſum purpureū. media charitate proſtrauit: ꝓpter filias hieruſalem. Cant. 3. Neq; eni credendū eſt Salomonem tante magnitudinis regē: qui ſic immēſis diuitijs affluebat. vt pond⁹ auri eius eſtimari nō poſſit ⁊ argentū in diebus illis preciū non haberet. q2 ferculū ſibi ligneū fecit. Sed eſt Salomon videlicet pacificus noſter: qui ſibi de lignis libani ferculū fecit. Libani quippe ligna cedrina valde ſunt imputribilia. Ferculū itaq; regis noſtri ſancta eccleſia eſt. que de fortibus patrib⁹. i. de imputribilib⁹ mētib⁹ eſt cōſtructa. Que recte ferculū dicit̄: q2 ipſa fert quotidie aīas ad eternū cōuiuiū cōditoris ſui. Cui ferculo colūne argētee facte ſunt. quia predicatores eccleſie ſancte eloquij luce reſplendēt. Eſt autē cum colūnis argenteis reclinatoriū aureū. q2 per hoc qd a ſanctis predicatorib⁹ lucide dicitur: mētes audientiū fulgorē charitatis intime ī qua reclinent̄ inueniūt. Per hoc enī ꝙ luculente ⁊ aperte audiunt: in illud qd clareſcit in corde requieſcūt. Columne ergo argentee ⁊ reclinatorium aureum factū eſt. quia per lucē ſermonis inuenitur apud animū claritas quietis. Illius iā quippe fulgor intern⁹ mentē irradiat. per intentionē ibi requieſcat: vbi ꝑdicationis gratia nō queratur. De eadē quippe ſancta eccleſia ſcriptū eſt. Pēne colūbe de argētate: ⁊ poſteriora dorſi ei⁹ in ſpecie auri. ps. 67. Que enī hic ſpiritu māſuetudinis impleta: quaſi colūba pēnas deargētatas habet in poſteriora dorſi eius ſpeciē auri cōtinet. q2 hic predicatores ſuos ſermonis luce induit. In poſteriori autē ſeculo: fulgorem in ſe claritatis oſtendit. Sed ad hoc ꝙ clarū intus oſtenditur qualis ſit aſcenſus adiungit cū de eodē ferculo protinus ſubdit. Aſcenſum purpureū. Vera quippe purpura. quia de ſanguine tingitur non immerito in colore ſanguinis videtur. quia maxima multitudo fideliū in exordio naſcētis eccleſie per martyrij ſanguinē peruenit ad regnum. Rex noſter aſcenſum purpureū fecit ī ferculo. quia ad clarū qd intus aſpicit̄: ꝑ tribulationē ſanguinis peruenit̄. Quid ergo nos miſeri atq; ab omni fortitudīe deſtituti. quid acturi ſum⁹? Ecce in hoc ferculo colūna eſſe nō poſſumus. quia in nobis nec fortitudo operis: nec lumen emicat predicationis. Reclinatoriū aureum nō habemus. q2 necdū ſicut oportet ꝑ intellectū ſpiritalē requiē interne claritatis aſpicimus. Aſcenſus purpureus nō ſum⁹ quia pro redemptore noſtro fundere ſanguinē nō valemus. Quid ergo de nobis agendū eſt? Que ſpes erit ſi nullus ad regnū peruenit niſi qui ſummis virtutibus preditus fuerit. Sed adeſt quoq; noſtra cōſolatio. Amem⁹ inquātum poſſumus deū. diligamus ⁊ proximū: ⁊ ſimul quoq; nos ad dei ferculū pertinemus. q2 ſicut illic ſcriptū eſt. Media charitate cōſtruxit. Cant. 3. Habe quippe charitatē: ⁊ ibi ſine dubio ꝑtines vbi ⁊ colūna argētea erigitur: ⁊ aſcēſus purpureus tenet̄. Nam q2 hoc ꝓpter noſtrā infirmitatē dicitur: apte moſtratur cū illic ꝓtinus ſubdit. Propter filias hieruſalē. Ibidē. Sermo etenim dei qui non filios: ſed filias dicit: qd aliud per ſexum femineū ꝙ mentium infirma ſignauit? Quod ergo illic inter colūnas argenteas reclinatoriū aureū ⁊ aſcēſum purpureū ineſſe media charitas dicitur propter filias hieruſalem: hoc hic inter thalamos per quinq; cubitos deſignatur: quia ⁊ qui in virtutibus infirmantur ſi ipſi bona que poſſunt facere cum charitate nō negligunt: a dei edificatiōe alieni non ſunt. Sequitur.

Et limen porte iuxta veſti

bulum porte intrinſecus calamo vno.

Dum limen qḋ modo deſcribitur iuxta veſtibulū porte intrinſecus eſſe memoratur: aperte oſtēditur quia limen quod prius ſcriptū eſt extrinſecus fuit. Sed ſi porta eſt dominus: qḋ ſit limen porte intrinſecus: extrinſecus requiramꝰ. Per limē etenim portā vnuſquiſq̧ ingreditur. Et que ſunt duo hec limina: niſi patres teſtamenti veteris ꝛ patres teſtamenti noui? Non ſolū quippe hi de quibuſ dominus incarnari dignatus eſt: ſed omēs teſtamēti veteris patres porte huius limen fuerunt. Quia hi qui eum predicare ꝛ in eo ſperare meruerūt: cunctis ad eum venientibus aperuerūt aditū fidei. vt omnis qui crediderit dominū: quaſi iam portā huiꝰ liminis intraret. Sed cur ante limen exterius ꝛ poſt limen interius dicit: niſi qꝛ prius teſtamēti veteris patres: ꝛ poſtmodum noui teſtamēti doctores fuerūt? Recte autē limen exterius teſtamēti veteris patres deſignat. quia per eorū predicationem opera peruerſa punita ſunt. Per dicta vero nouorū patrum vniuſcuiuſq̧ animus etiam ab illicitis cogitationibꝰ coercetur: dum reatus eſſe perfectus in deliberatione cordis oſtēditur. Illi quippe a flagitijs. a crudelitatibus. a rapinis. auditorum animas prohibere curauerunt. Iſti vero dum non ſoluz peruerſa opera: ſed etiā illicita cogitationū reſecant: quid nobis aliud niſi limē intrinſecus facti ſūt Unde ꝛ ipſa veritas loquitur dicēs. Audiſtis quia dictū eſt antiquis: nō occides qui autē occiderit reus erit iudicio. Ego autē dico vobis: quia omīs qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa reꝰ erit iudicio. Ma. 5. Recte quoq̧ exterius limen illos patres deſignat: qui ab ipſa incarnatione redemptoris noſtri per interualla temporū longius conſtiterūt. Et quidem ab Abel ſanguine paſſio iaz cepit eccleſie. Et vna eſt eccleſia electorū precedentium atq̧ ſequentiuz. Sed tamen quia diſcipulis dicitur. Multi reges ꝛ prophete voluerūt videre que vos videtis ꝛ non viderunt. Luce. 10. Antiquis patribus quaſi foris ſtetiſſe eſt: redēptoris noſtri preſentiā corporaliter nō vidiſſe. Exterius igitur ſed tamen non diuiſi a ſancta eccleſia fuerunt quia mente. opere. predicatione iſta iaz q̄ dei ſacramenta tenuerunt. Iſtā ſancte eccleſie celſitudinē conſpexerunt: quaz nos non adhuc preſtolādo: ſed iam habendo conſpicimus. Sicut enī nos in preterita paſſione redemptoris noſtri: ita illi per fidem in eadem ventura ſunt ſaluati. Illi ergo foris non extra myſterium: ſed extra tempus. Unde ꝛ in conſtructione tabernaculi vt colūne argentee interius ſtarēt: paxilli erei figi per circuitū exterius iuſſi ſunt: in quibus religatum tabernaculum teneretur. Colūne itaq̧ argentee interiꝰ: paxilli vero erei in circuitu figuntur: atq̧ in ipſis funes ligati ſunt vt tabernaculum fixum maneret. quia videlicet vt ſancti apoſtoli in luce ſermonis ſui ſolidi ſtarent ꝛ totum tabernaculū. id eſt ſancta eccleſia in fidei integritate cōſiſteret: tanq̄ paxilli erei patres teſtamēti veteris ac ꝓphete exterius fixi ſunt: qui verborū ſuorum funibus predicatorū mentes in ſoliditate ſtringerent. atq̧ in hoc dei paxilli ſunt: vt habitaculū in ſtatu fidei ligarent. Extra ergo paxilli ſunt: qui ante tempus huius ſancte eccleſie fuerunt. Sed tamen eos ligant qui in ipſa ſunt. quia dū celeſtia myſteria ventura predicāt hec poſtq̄ oſtenſa ſunt: credibilia omnibus fecerūt. Ut ergo intus colūne īmobiles ſtent: foris paxilli funes continent. quia vt ſancti apoſtoli perfecte incarnationis dominice myſteriū crederent: illorū predicatio obtinuit qui hoc priuſq̄ fuerit ꝛ videre ꝛ predicare potuerunt. Unde recte quoq̧ ipſe primus apoſtolorū magna ſcilicet columna veri tabernaculi loquitur dicens. Habemus firmiorem propheticū ſermonem

cui benefaciris intendētes: quaſi lucerne lucenti in caliginoſo loco. 2. Pe. I. In quibus verbis indicat quāuis ad altiora ſurrexit ex culmine vbi religata perſiſtat in fide. Que tamen lucerna ꝓpbetici ſermonis iam quidē intelligentibus lucet: ſꝫ adhuc non intelligētibus cooperta allegoriarum obſcuritatibus permanet. Unde etiam per pſalmiſtā de iſdem dictis ꝓphetarum dicitur. Tenebroſa aqua ī nubibus aeris. ps. 17. Quia videlicet occulta eſt ſcientia ī prophetis. Nec immerito colūne argentee paxilli vero erei facti ſunt. quia qꝺ clare iaꝫ apoſtoli predicāt hoc prophete ſub intellectu myſtico obſcure locuti ſunt. Recte ergo per eris metallum ſignati ſunt: qui clari in ſuis predicationibus non fuerunt. Sancti vero apoſtoli qui ad redēptoris noſtri myſterium lucem predicationis habuerūt: argenteis colūnis expreſſi ſunt. Et notandū ꝙ argētum ſonat ⁊ lucet. es vero ſonat ⁊ non lucet. quia predicatores noui teſtamenti apte locuti ſunt que etiam monſtrare potuerunt. Predicatores vero teſtamēti veteris quia per allegoriarū vmbras de celeſti myſterio obſcura dicta protulerūt: quaſi ſine luce ſonitū dederunt. Qꝺ ergo illic per paxillos ⁊ colūnas. hoc hic per limen exterius deſignaꝭ. Si vero portā ſcripturam ſacrā hoc in loco accipimus: ipſa quoqꝫ duo limina habet exterius ⁊ interius. quia in littera diuiditur: ⁊ allegoria Limen quippe ſcripture ſacre exteriꝰ littera. limen vero eius interius allegoria. Quia enim per litterā ad allegoriam tendimus: quaſi a limine qꝺ eſt exterius ad hoc qꝺ eſt interius venimus. Et ſunt ī ea per multa que ita iuxta litterā menteꝫ edificant. vt per hoc quod exterius agiꝭ: audientis mens interius trahatur. Ibi q̄ppe inuenimus predicamenta operis ⁊ exempla virtutis. ibi iubetur quid agere etiam corporaliter debemus. ibi hoc qꝺ ad operandū precipitur: in ſanctorū virorum ac fortium actione monſtratur. vt poſtq̄

nos apertiora precepta atqꝫ exempla iuſtorum ad bonā operationē inſtruunt: tūc ad limen interius: id eſt ad intellectū myſticum intime contemplationis tendamꝰ ſi poſſumus pedē mentis. Studete queſo fratres chariſſimi dei verba meditari: nolite deſpicere ſcripta noſtri conditoris que ad nos miſſa ſunt. multum valde eſt ꝙ per ea animus refricatur ad caloreꝫ: ne iniquitatis ſue frigore torpeſcat. Cum illa precedentes iuſtos fortiter egiſſe cognoſcimus. ⁊ ipſi ad fortitudinē bone operationis accingimur. ſanctorū exemplorū flamma animus legentis incenditur. Uidet que fortia ab eis facta ſunt ⁊ valde indignatur ſibi. quia talia non imitaꝭ. Unde recte ſponſi voce ad ſponſam diciꝭ. Sicut turris dauid collū tuum: que edificata eſt cum propugnaculis ſuis. Mille clipei pendent ex ea: omnis armentura fortium. Cant. 4. In collo etenim guttur ī gutture vox eſt. Quid ergo per collū ſancte eccleſie: niſi ſacra eius eloquia deſignantur. In qua dum mille clipei dependere memorantur: per hunc perfectū numerum. numerus vniuerſus oſtenditur. quia vniuerſa noſtra munitio in ſacro eloquio continetur. Ibi quippe ſunt precepta dei. ibi exempla iuſtorū. Si enim torpet animus a conditoris ſui deſiderio: audiat quod dicitur. Diliges dominum deum tuum ex tota mente tua: ⁊ ex tota virtute tua. Mathei. 22. Marce. 12. Si quis in odio fortaſſe labitur proximi: audiat quod dicitur. Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Ibidem. Res aliena concupiſcitur: audiat quod illic ſcriptum eſt. Non concupiſces rem proximi tui. Exo. 12. Mathei: 19. De iniuria que proximi ore vel facto illata eſt: ad iram mens accenditur: audiat quod dicitur. Non queres vltionem nec memor eris iniurie ciuium tuorū. Leuiꝭ. 19. In carnis ꝯcupiſcentiā male ſaucia mens accēditur: ne ſequatur oculꝰ mentē: audiat qꝺ paulo ſuperiꝰ dictū ē. Qui viderit mulierē ad cō

cupiſcendũ eã: iam mechatus eſt eã in cor
de ſuo. Mat. 5. Cõtra inimicũ forſitã q̃ſ-
q̃ aĩm ſuũ relaxare ponit in odio: audiat
qḋ illic ſcriptũ eſt. Diligite inimicos ve-
ſtros: bñfacite his q̃ vos oderũt. Ibidē.
Sed is q̃ aliena iã nõ rapit: adhuc forſitã
ſua inordinate retinet: audiat qḋ illis di-
cit: Vendite que poſſidetis ⁊ date elemo
ſynã. Luce. 12. Infirmãtis animus per-
frui deſiderat deo ſimul ⁊ ſeclo: audiat qḋ
illic ſcriptũ eſt. Nemo põt duobus dñis
ſeruire Math. 6. Alius nõ ad neceſſitatē
ſtipēdij: ſed ad voluntatē deſiderij poſſeſ
ſa retinet: audiat qḋ illic dicit: Qui non
renũciauerit oĩbus que poſſidet: non põt
eſſe meus diſcipulus. Luce. 14. Quidã
eñi relinquũt oĩa: multi aũt poſſidēdo re-
nũciant: qui ſic ad vſum poſſeſſa retinent
vt eis deſiderio non ſuccũbant. Torpere
quiſq̃ appetit: ⁊ laborē ſubire ꝓ dño etiã
cũ preualet refugit: audiat qḋ illic ſcriptũ
eſt: Qui mecum nõ colligit: ſpargit. In
collo ergo eccleſie idē in ſacri eloquij p̄di
catiõe que ꝓ ſua munitiõe ⁊ altitudĩe tur
ri dauid ſimilis dicit: mille clipei depen-
dēt: q: quot illic p̄cepta ſunt: tot etiã pe-
ctoris noſtri munimĩa. Ad ſeruandã ita-
q̃ innocentiã etiã leſi a ꝓximo perdura-
re in hũilitate feſtinamus: abel ante ocu-
los veniat: qui ⁊ occiſus a fratre ſcribit: ⁊
nõ legit reluctatus. Geñ. 4. Mentis mũ
dicia etiã cũ ꝯiugali copula eligit: enoch
debet imitari: qui ⁊ in cõiugio poſitꝰ am-
bulauit cũ deo: ⁊ nõ inueniebat: q: trãſtu
lit illũ deꝰ. Geñ. 5. Precepta dei feſtina
mus p̄ſenti noſtre vtilitati p̄ponere: noe
ante oculoſ veniat: q̃ cura domeſtica poſt
poſita ex iuſſione oĩpotentis dñi per cen-
tũ annos ad arche fabricã vixit occupatꝰ
Geneſ. 6. Subire obediētie virtutē niti-
mur: aſpicere abraã debemus: qui relicta
domo: cognatiõe: patria: obediuit exire
in locũ quē accepturus erat inhereditatē
Geneſ. 12. ⁊ exijt neſciens quo iret: qui
paratus exitit vt pro eterna hereditate di
lectũ quem acceperat occideret heredē.
Geñ. 22. Et quia vnicũ dño offerre nõ di
ſtulit: vniuerſaꝝ multitudinē gentiũ in ſe
men accepit. Morum ſimplicitas placet:
iſaac ad mentē veniat: quē in oĩpotentis
dei oculis vite ſue tranquillitas ornauit.
Geñ. 24. Laborioſa fortitudo vt obtine
re debeat querit: iacob ad memoriã dedu
cat: qui poſtq̃ ſcijt fortiter ſeruire homi-
ad eã quoq̃ virtutē deductus eſt: vt non
potuiſſet a luctante angelo ſuperari. Geñ.
31. et. 32. et. 29. Conamur carnis illece-
brã vincere: ioſeph ad memoriã redeat: q̃
tentante ſe dña ſtuduit carnis cõtinentiã
etiã cũ vite periculo cuſtodire. Geñ. 39.
Unde factũ eſt vt quia mēbra ſua bene no
uerat regere: regēde quoq̃ omni egypto
p̄eſſet. Manſuetudinē atq̃ patientiã ob-
tinere querimꝰ: moyſen ante oculos de-
ducamus: qui exceptis paruulis ac mulie
ribus ſexcēta milia armatoꝝ regēs: mitis
fuiſſe deſcribit ſuper oēs hoĩes qui habi-
tabãt ſuper faciē orbis terre. Nu. 12. Re
ctitudinis zelo ꝯtra vicia accēdimur: phi
nees ãte oculos deducat: qui coeũtes gla
dio trãſfigēs caſtitati populũ reddidit: ⁊
irã dei iratus placauit. Num. 25. De ſpe
oĩpotentis dei p̄ſumere in dubijs queri-
mus: ioſue ad memoriã reuocemꝰ: qui dũ
dubia certamina certamēte ſubijt: ad vi-
ctoriã ſine dubietate peruenit. Deu. 34.
et Ioſue. 3. 4. et. 8. Iam mētis inimici-
tias punire cupimus: in benignitate ani-
mũ dilatare. 1. Regũ. 8. ſamuel in cogita
tiõe deducat: qui de principatu deiectus
a populo cũ idē populus peteret vt ꝓ eo
dñs preces effunderet: reſpõdit dicens:
Abſit a me hoc peccatũ in dño: vt ceſſem
orare ꝓ vobis. 1. Regũ. 12. Culpã quip-
pe vir ſanctꝰ perpetrare ſe credidit: ſi eis
quos aduerſarios ꝑtulerat vſq̃ ad dele-
ctionē benignitatē gratie nõ reddidiſſet
in p̄ce. Qui rurſus cũ iubente dño mitte
ret vt dauid vngeret in regē: reſpondit.
Quõ vadam: inueniet eñi me ſaul ⁊ occi
det me? 1. Reg. 16. Et tñ q: iratũ deũ ei-
dē ſauli cognouerat: in tãto ſe luctu affli-
xerat: vt ei per ſe dñs diceret: Quouſq̃
tu ſaulē luges cũ ego illũ abiecerim? Den

ſemus ergo eius animũ quant⁹ ardor cha ritatis incenderat: qui ⁊ illũ flebat a quo timebat occidi. Cauere autem volumus quem timem⁹: ſollicita nobis mēte pēſandum eſt ne ſi locũ repimus: malis fortaſſe ꝑ malo reddamus ipſi quē fugimus. Dauid ergo ad memoriā redeat qui pſequentem ſe regē ⁊ inuenit vt potuiſſet occidere: ⁊ tamen in ipſa feriēdi poteſtate poſit⁹ elegit bonũ qꝺ ipſe deberet facere. nō autem malũ qꝺ ille merebat pati: dicēs. Abſit a me vt mittā manū meā in chriſtũ domini. 1. Reg. 24. ⁊. 26. Et cum idē ſaul poſt ab hoſtibus fuiſſet interempt⁹: eum quē pſecutorē dū viueret ptulit: fleuit occiſum. 2. Reg. 1. Errātibus huius mūdi potētibus libere loqui decernim⁹: iohannis auctoritas ad animũ reducat. qui herodis nequiciā reprehendēs ꝑ verbi rectitudine occidi nō timuit. Luce. 3. Et quia xp̄us veritas: ipſe ideo pro chriſto qꝛ pro veritate animā poſuit. Mar. 6. Carnem iam noſtrā ꝑ deo ponere in mortē feſtinamus: petr⁹ ad mentē veniat. qui inter flagella gaudet: qui ceſus principibus reſtitit. qui vitā ſuā ꝑ vita deſpicit. Act. 4. Cū mortis apperitu diſponimus aduerſa contēnere: paulus ante oculos deducat. qui non ſolũ alligari: ſed ⁊ mori paratus pro chriſto nō facit precioſiorē animā ſuā ꝙ ſe. Act. 20. Succēdi cor noſtrum igne charitatis querim⁹: iohānis verba penſemus. cui⁹ omē qꝺ loquit charitatis igne vaporat. 1. ioh. p totā. Nꝛ ergo in voce ſacri eloquij cui⁹libet querim⁹ munimen virtutis ⁊ inuenim⁹: mille clipei pendēt ex ea: oīs armatura fortiū. Cant. 4. Si enī pugnare cōtra ſpiritalia nequitie volum⁹: in collo eccleſie que nobis ſicut dauid turris erecta eſt: id eſt in diuino eloquio protectionis arma requiram⁹. vt ex diſcretione precepti cōtra vitia ſumat virtus adiutorij. Ecce enī contra aerias poteſtates feſtinamus fortes exiſtere: in hac turri armaturā noſtre mentis inuenimus vt inde precepta cōditoris. inde ſumam⁹ exempla precedentiũ per que ꝯtra aduerſarioſ noſtros inexpugnabiliter armemur Quū enī quālibet virtutē ſubire appetis: ⁊ hanc illic a patrib⁹ iam impletā vides. ibi armaturā tuā inuenis: ꝑ quā cōtra ſpiritalia bella muniaris. Dependēt ī ea quippe clipei. ſi qs pugnare appetit aſſumat. ⁊ ex ea virtute pectus muniat. ⁊ verborū iacula emittat. At notandũ quia edificata cū ꝓpugnaculis ſuis dicit. Hoc quippe agūt ꝓpugnacula qꝺ clipei. qꝛ vtraqꝫ pugnantē muniūt. Sed inter vtraqꝫ diſtat. qꝛ clipeoſ ꝑ noſtro munimine vbicūqꝫ volum⁹ mouem⁹. Propugnaculo āt defendi poſſum⁹: ſꝫ hoc mouere nō poſſumus. Clipe⁹ in manu tenet. nā ꝓpugnaculū nō tenet. Quid ergo inter ꝓpugnacula ⁊ clipeos diſtat: niſi ꝙ in ſacro eloq̄o patrū precedentiū ⁊ miracula legim⁹: ⁊ virtutes bonorū operū audim⁹. Ibi nāqꝫ cognoſcim⁹ ꝙ ali⁹ potuit mare diuidere. alius ſolē figere. ali⁹ mortuū ſuſcitare. alius paraliticū verbo erigere. vmbra egros curare. ali⁹ per ſuā ſnīam infirmantiū febrib⁹ obuiare. Qui tn̄ oēs ⁊ pacientie lōganimitate mites. ⁊ zelo rectitudinis feruētes fuerūt. verbi predicatiōe diuites: ſimul ⁊ mīa largi. Hi itaqꝫ ꝙ vera de deo dixerint. teſtant miracula. qꝛ talia p illū nō facerēt: niſi de illo vera narrarēt. Et ꝙ pij: ꝙ humiles. ꝙ benigni extiterit: eorū teſtant opationes. Si igit de fide tentamur quā ex illorū p̄dicatione cōcepimus loquentiū miracula cōſpiciamus. ⁊ in fide quā ab eis accepim⁹ cōfirmamur. Quid ergo illorū miracu la niſi noſtra ſunt ꝓpugnacula. Nꝛ ⁊ muniri p illa poſſumus: ⁊ tn̄ hec ī manu noſtri arbitrij nō tenemus nā talia facere nō valem⁹. Clipe⁹ vero ī manu ē ⁊ defendit. qꝛ virt⁹ patiētie. virt⁹ mīe precedēte nos gratia ⁊ in ptāte eſt arbitrij: ⁊ a piculo ꝓtegit aduerſitatiſ. Turris itaqꝫ nr̄a cū ꝓpugnaculis ſuis edificata eſt: in qua mille clipei depēdēt. qꝛ ſcriptura ſacra ſub miraculis patr iaculo aduerſitatis abſcōdimur: ⁊ cōuerſatiōis ſancte munimina etiā in manu opis tenem⁹ Notandū vero ꝙ limen porte vno cala

mo menſurat. Calamus autē in ſex cubi-
tis ꝛ palmo tendit. qꝛ vicꝫ in ſcriptura ſa
cra doctrina ꝑfecte opationis ꝛ initiū ſu-
perne contemplatiōis inuenit. Sin vero
porta hoc loco vnuſquiſqꝫ predicator ac-
cipit: limen exteriꝰ in porta eſt vita acti-
ua. limē vero īteriꝰ vita ꝯtēplatiua. Per
illā quippe ambulat in fide: ꝑ hāc vero fe
ſtinat ad ſpeciē. Illa exteriꝰ ducit vt vnꝰ
quiſqꝫ bene viuere debeat. iſta interius ꝑ
ducit vt ex bona vita ad gaudia eterna ꝑ-
tingat. Hec nos hodie tractaſſe ſufficiat.
quia enī trāſeuntes ad alia: diu ꝑ excelſuꝫ
locuti ſumꝰ: ea que ſubiecta ſunt lectioni
alteri reſeruemꝰ: repandi per ſilentiū: ſpe
rantes in verbo: qđ viuit ꝛ regnat cū pa-
tre in vnitate ſpūs ſancti. Per omnia ſe-
cula ſeculorum. Amen.

Explicit omelia. XV.

Incipit omelia. XVI. que exponit litterā in capi. XL. ab illa ꝑte. Et menſus eſt veſtibulum porte octo cubitorū. vſqꝫ ad illā ꝑtem in eodē capi. Thalami āt ſex cubitorū erant hincinde.

Vir cuiꝰ erat ſpēs quaſi ſpēs eris mēſus ē veſtibulū porte octo cubitorū. ꝛ frontē eiꝰ duobꝰ cubitis.

Ac ne hoc veſtibulū extra portā eſſe cre-
deremus: ſubditur.

Veſtibulū autem porte erat intrinſecus.

Quid ergo ꝑ interiꝰ veſtibulū niſi eter-
ne vite latitudo ſignat. que mō inter an-
guſtias vite ꝓ̄ſentis iā ſpe mēte ꝯcipitur.
De qua ꝑ pſalmiſtā dr̄. Intrate portas ei
us in ꝯfeſſione: atria eiꝰ in hymnis ꝯfeſſi
onū. ps. 99. Cū enī pctā noſtra ꝑ la-
chrymas cōfitemur: anguſte vite portam
ingredimur. Sꝫ cū poſt hec ad eternā vi-
tā ꝑducimur: porte noſtre atria in cōfeſſio
nuꝫ laudibꝰ intramꝰ. qꝛ ibi iam anguſtia
nō erit: cū nos leticia eterne ſolēnitatꝫ aſ-
ſumpſerit. Propter cōfeſſionis noſtre an
guſtiā veritas dicit. Intrate ꝑ anguſtam
portā. Mat. 7. Et cū ſe pſalmiſta recipe ī
latitudine gaudia eterna ꝓ̄ſumpſerat di-
cebat. Statuiſti in loco ſpacioſo pedes
meos. ps. 30. Ad atriū ergo ꝑ portā ten-
ditur. qꝛ ad latitudinē ſolēnitatis ꝑtingi
tur ab anguſtia cōfeſſionis. Illa itaqꝫ gau
dia que apud dauid atria: apud Ezechie-
lem veſtibulū intrinſecꝰ vocatur. Unde ꝛ
hoc ipſum veſtibulū octo cubitis dicitur
menſuratū. Ibi enī omēs recipiēdi ſunt q̄
nūc in exercitio operis laborāt: ꝛ ad eter-
na gaudia per contēplationis gratiam ſu
ſpirāt. Nec īmerito mēſura veſtibuli ī oc-
to cubitis ponit. quia ſeptem diebus vni
uerſum tēpus euoluitur. Eterna etenī di-
es que expletā ſeptem dierum viciſſitudi
nem ſequitur: ſcilicet octaua ē. Unde etiā
pſalmiſta reſurrectionis diē conſiderans.
quia de extremi iudicij diſtrictione erat
locuturus: premiſit titulū: dicens in fineꝫ
ps. dauid pro octaua. Ut enī quā octauaꝫ
diceret demonſtraret: diē illā tremēdi ter
roris in pſalmi inchoatione ſecutus eſt di
cens. Dn̄e ne in ira tua arguas me: neqꝫ ī
furore tuo corripias me. ps. 6. Modo enī
quiſquis ꝑ flagella corripit: ꝛ correptio-
nibꝰ emendat in māſuetudine corripitur
nō ī ira. In diſtricto autē illo examīe om
nis argutio atqꝫ correptio ira eſt. qꝛ venia
poſt correptionē nō eſt. Huius octonarij
numeri cauſa ē ꝙ poſt ſabbatum dn̄s vo
luit a morte reſurgere. Dies quippe dn̄i-
cus qui tertiꝰ eſt a morte dn̄ica. a cōditio
ne dierū numerat octauus: qꝛ ſeptimū ſe-
quit. Unde ꝛ ipſa vera redēptoris noſtri
paſſio ꝛ vera reſurrectio: figurauit aliq̄d
de ſuo corpe in diebꝰ paſſionis ſue. Sex-
ta enī feria paſſus eſt. ſabbato quieuit ī ſe
pulchro. dn̄ica die ſurrexit a morte. Pre
ſens etenī vita nobis adhuc ſexta eſt feria
qꝛ in doloribus ducit ꝛ in anguſtijs cru-
ciatur. Sed ſabbato quaſi in ſepulchro

quieſcimus quia requiem anime poſt cor-
pus inuenimus. Dominico vero die vi-
delicet a paſſione tertio: a conditione vt
diximus octauo. iam corpore a morte re-
ſurgemus: ⁊ in gloria anime etiã cuȝ car-
ne gaudebimus. Quod ergo mire ſalua-
tor noſter fecit in ſe: hoc veraciter ſignifi-
cauit in nobis. vt nos dolor in ſexta: ⁊ re-
quies in ſeptima: ⁊ gloria excipiat in oc-
taua. Hinc per Salomonem dicitur. Da
partes ſeptẽ necnon ⁊ octo. quia ignoras
quid mali futurũ ſit ſuper terraȝ. Eccl'. 6.
Partes etenim ſeptẽ ſimul ⁊ octo dam⁹:
quando ſic ea que ſeptẽ diebus euoluunt
diſponim⁹: vt per hec ad bona eterna ve-
niamus. Et dum modo caute agit: poſt-
modum venientis tremẽdi iudicij ira de-
uitetur. Octo itaq; cubitos veſtibulũ mẽ-
ſuratur intrinſecus. quia per lucem que
poſt ſeptem dies ſequitur: latitudo nobis
eternitatis aperitur. Sed nemo ad illam
venit: niſi qui hic dilectionẽ dei ac proxi-
mi deuota mẽte tenuerit. Unde ⁊ ſubdit.

¶ Et frontẽ ei⁹ duob⁹ cubitis.

¶ Frons eteni porte eſt boni meritum vi-
te preſentis. Sicut enĩ veſtibulũ intrinſe-
cus ſuperna requies debet intelligi: ita p
frontem porte neceſſe eſt qualitatẽ viſibi-
lis vite ſignari. Frons ergo porte duob⁹
cubitis menſuratur. quia quiſquis hic di-
lectionẽ dei ac proximi ſeruare ſtuduerit:
ipſe ad eternitatis atrium pertingit. Ui-
ta igitur noſtra vt duobus cubitiſ ſit men-
ſurata: tendi quotidie per charitatem de-
bet in amorẽ dei ſimul ⁊ proximi. Non ẽ
enim charitas vera ſi minus a duobus cu-
bitis habet. Unde moyſes cum per colo-
res veſtiũ electorum virtutes exprimeret
in ornamento pontificis bis tinctũ coccũ
iubet adhiberi. Exo. 28. Quid namq;
per coccũ niſi charitas deſignatur: q̃ ſem-
per flamma amoris accendit. Sed cocc⁹
bis tingitur quando non ſolum ex amore
dei: ſed etiã proximi noſtra charitas inflã-
matur. Nã quiſquis ſic amat deum vt cõ-
miſſi ſibi proximi curaȝ relinquat: adhuc
in eo coccus ſemel tinctus eſt. Et quiſq̃s
ſic amat proximum vt minuat deſideriuȝ
qđ flagrare debet in deum: non eſt adhuc
in eo color tincture geminatus. Debem⁹
ergo ⁊ amare eos cum quibus viuim⁹: et
ad illum totis deſiderijs anhelare in quo
veraciter viuamus. Ecce enĩ ad fidem at-
q; ad audiendũ verbum omnipotẽtis do-
mini nos qui religioſo induti habitu vi-
demur: ex diuerſa mundi qualitate conue-
nimus: atq; ex diſſimilibus iniquitatib⁹
in ſancte eccleſie concordia congregati ſu-
mus. ita vt iam patenter factũ eſſe videa-
tur quod de promiſſiõe eccleſie per Eſa-
iam dicitur. Habitabit lupus cum agno
⁊ pardus cum hedo accubabit. Eſa. 11.
Nam per ſancte charitatis viſcera lupus
cũ agno habitat. quia hi qui in ſeculo ra-
ptores fuerunt cum manſuetis ac mitib⁹
in pace conquieſcũt. Et pardus cum he-
do accubabit. quia is qui peccatorũ ſuoꝝ
maculis varius fuit: cum eo qui ſe deſpi-
cit ⁊ peccatorũ fatetur humiliare cõſentit
Ubi ⁊ ſubditur. Uitulus ⁊ leo ⁊ ouis ſi-
mul morabuntur. Quia ⁊ is qui per con-
trarium cor ad quotidianum ſe deo ſacri-
ficium preparat. ⁊ alius qui tanq̃ leo ex
crudelitate ſeuiebat. ⁊ alter q̃ velut ouis
in innocentie ſue ſimplicitate perdurat: ĩ
caulis ſancte eccleſie conuenerunt. Ecce
qualis eſt charitas que per diuerſitates
mentium accenditur. cõcremat. conflat. ⁊
quaſi in vnam auri ſpeciẽ reformat. Sed
in eo q; ſe electi ſic amant: ad illum neceſ-
ſe eſt vt feſtinent: quẽ eterno gaudio in ce-
lis videre mereantur. Unus eſt eteniȝ do-
minus ac redemptor noſter: qui ⁊ hic ele-
ctorum ſuorũ corda ad vnanimitatẽ ligat
⁊ ad ſupernum amorẽ per interna deſide-
ria ſemp ſtimulat. Unde ⁊ illic ſubditur.
Et puer paruulus minabit eos. Ibidem.
Quis iſte eſt puer paruulus: niſi de quo
ſcriptum eſt. Puer natus eſt nobis: fili⁹
datus eſt nobis? ¶ Qui ſimul habitan-
tes minat: quia ne in terrenis rebus cor-
da noſtra inhereant: et hec per internum
deſiderium quotidie inflammat. ¶ Et
hoc ipſuȝ eius minare: eſt ad ſuum nos a-

morē inceſſanter accendere: ne cū nos viciſſim diligimus mēte in hoc exilio remaneamus: ne quies hui⁹ vite ſic placeat vt ad obliuionē patrie perducat: ne delectata mens ꝓſperis torpeat. Unde ⁊ donis ſuis flagella ꝑmiſcet: vt nobis om̄e quod nos in ſeculo delectabat amareſcat: ⁊ illď incendiū ſurgat in aīo qď nos ſemꝑ ad celeſte deſideriū inquiete excitet: atqꝫ (vt ita dicā) delectabiliter mordeat: ſuauiter cruciet: hylariter cōtriſtet. Puer ꝗ nos paruulus minat: qꝛ is qui paulominus ꝙ angeli minorat⁹ eſt per charitatē quā nobis tribuit: in hoc nos mūdo mentē figere nō permittit. Bis tinctus itaqꝫ in nobis coccus eſt: ſi ⁊ hic ꝓximos noſtros ſicut nos diligim⁹: ⁊ ad auctorē omniū cū ipſis quos diligimuſ feſtinamus. Si igiť vita noſtra de perfecta charitate bis tingitur: frons in nobis porte duob⁹ cubitis menſurať. Siue igiť doctor: ſeu ſacrū eloquiū vel certe fides porte nomīe ſigneť: in mēſura vtriuſqꝫ cubiti charitas nō incōuenienter accipiť: quia ⁊ ille vera ꝑdicat: qui dei ac ꝓximi amorē docet. Et ipſa eſt certa ſciētia quā charitas edificat: ⁊ fides robuſta eſt que ſe in dilectiōe dei ac ꝓximi exercet. Sequitur.

[Et] Porro thalami porte ad viam orientalem tres hinc: ⁊ tres inde: ⁊ menſura vna triū.]

Quid thalami: quid via orientalis deſignet iā ſuperius diximꝰ: nec replicare latius neceſſariū putamus. Sed querendū nobis eſt: qď eſt qď diciť: tres hinc ⁊ tres inde? Thalami quippe iuxta viā orientalē ſunt corda feruentiū in amore dei. Et ſiue hi qui electi in teſtamēto veteri fuerūt ſiue hi qui in teſtamēto nouo ſecuti ſunt: nimirū cōſtat: quia om̄es ex amore trinitatis accēſi ſunt. Neqꝫ em̄ vere deū diligerēt: ſi eiuſ[d]ē trinitatis que deus eſt gratiā nō accepiſſent. Iuxta viā ergo orientalē tres hinc ⁊ tres inde ſūt thalami: quia dū inter veteres ⁊ nouos patres dñs incarnari dignat⁹ eſt: quaſi in medio thalamoꝝ via orientalis apparuit: qui thalami ad verā ſpeciē ex trinitatis ſunt cognitione decorati. Sin vero ad virtutes electorū eundē numerū referamus: tres ſūt virtutes ſine ꝗbus is qui aliqď operari iam poteſt: ſaluari nō poteſt: videlicet fides: ſpes: charitas. Et quia eadē fides: ſpes: ⁊ charitas in antiquis patrib⁹ que in nouis doctorib⁹ fuit: iuxta orientalē viā tres hinc ⁊ tres inde thalami deſcribunť. Uel certe quia tres patrū veterū diſtinctiōes fuerūt: treſ quoqꝫ nouoꝝ ſub gratia ſequūtur. Uetus quippe popul⁹ habuit p̄res ante legē: ac deinde in lege: et poſtmodū ꝓphetas. In nouo autē populo prius hebreoꝝ primicie crediderūt: poſtmodū plenitudo gentiū fidē ſecuta eſt: ac deinde in fine ſeculi hebreoꝝ reliquie ſaluanť. Roma. 9. Quia ergo incarnatio dñi ⁊ ex ſuperiori parte p̄res ante legē: patres in lege: atqꝫ ad extremū ꝓphetas habuit: et ex poſteriore fideles ex hebreis: ⁊ fideles ex gētibus: ac poſtmodū hebreoꝝ oēs reliquias collegit: orientalis via tres hinc: ⁊ tres inde thalamos habere memorať. Sꝫ hoc quoqꝫ nō incōuenienter accipim⁹: ſi tres eſſe fideliū ordines dicamus. Siue nāqꝫ in veteri ſeu in nouo teſtamēto: alius eſt ordo predicantiū: alius cōtinentiū atqꝫ alius bonoꝝ cōiugatoꝝ. Unde ⁊ idē ꝓpheta in ſuperiori parte tres viros liberatos vidit: noe daniel ⁊ iob. Ezech. 14. in quib⁹ videlꝫ tribus ꝑdicatores: ꝯtinentes: ⁊ cōiugati ſiḡti ſunt. Naꝫ noe archā mūdis rexit: atqꝫ ideo figuram rectoꝝ tenuit. Daniel in aula regia abſtinētie deditus fuit: ⁊ icirco vitā cōtinentiū ſignauit. Iob vero in cōiugio poſitus: ⁊ curam domus ꝓprie exercens placuit: per quē digne bonoꝝ coniugatoꝝ ordo figuratur. Quia ergo etiā ante mediatoris aduentum ⁊ ꝑdicatores ⁊ cōtinentes ac boni cōiugati fuerūt: qui eundē eius aduentū ꝑſtolarenť: ⁊ magna hūc ſiti deſiderij videre cuperent: ⁊ poſtmodū predicatores: cōtinentes: ac boni cōiugati ſicut cernimus exiſtūt. Qui redemptorē noſtrū iam deſi

deramus incarnatũ: ſed in maieſtatis ſue gloria cõtemplandũ: orientalis via tres hinc et tres inde thalamos habet: iuxta pſalmiſte vocẽ: qui de eadẽ via videlicet redẽptore noſtro dicit: In circuitu ei⁹ tabernaculũ eius. ps. 17. Sed penſandum nobis eſt ſollicita intentiõe quod dicitur quia menſura vna triũ. Cum eñ longe ſit a continẽtibus ⁊ tacẽtibus excellẽtia predicatorꝫ: ⁊ valde a cõiugatis diſtet eminẽtia continentiũ: quid eſt ꝙ vna mẽſura dicitur triũ? Coniugati quippe quãuis ⁊ bene agãt: ⁊ omnipotentẽ deũ videre deſiderẽt: domeſticis tamen curis occupanꝭ: ⁊ neceſſitate cogẽte in vtroqꝫ mẽtẽ diuidũt. Continẽtes autẽ ab huius mũdi actione remoti ſunt: ⁊ voluptatẽ carnis etiam a licito cõiugio reſtringũt: nulla cõiugis: nulla filiorꝫ cura: nullis noxijs ac difficilibus reifamiliaris cogitatiõibus implicanꝭ. Predicatores vero nõ ſolũ ſe a vicijs coercẽt: ſed etiã alios peccare ꝓhibent: ad fidẽ ducũt: in ſtudio bone cõuerſatiõis inſtruunt. Quomõ ergo vna eorũ menſura eſt: quorꝫ vite equalitas vna nõ eſt? Sed mẽſura vna triũ eſt: quia etſi in eis meritorꝫ magna eſt diuerſitas: tamen diſtãtia in fide in qua tendunꝭ nõ eſt. Nã eadẽ fides que iſtos ſolidat in maximis: illorꝫ infirmitatẽ continet in paruis. Uel certe triũ vna mẽſura eſt: qꝛ in retributione vltima quãuis eadẽ dignitas oĩbus nõ ſit: vna tamen erat oĩbus vita beatitudinis. Unde per ſemetipm dñs dicit: In domo patris mei mãſiones multe ſũt. Iohis. 14. Sed tamẽ qui in ea ducti ſũt: quãuis in diuerſis horis venerint: vnum denariũ perceperũt. Qua itaqꝫ ratiõe cõueniant mãſiones multe cũ vno denario: niſi quia diuerſe quidẽ beatorꝫ ciuium dignitates erũt: ſed tamen vna requies eterne retributiõis? Nam ⁊ ſi diſpar erit meritũ ſingulorꝫ: non erit diuerſitas gaudiorũ: quia ⁊ ſi alter minus: atqꝫ alius amplius exultat: omnes tamen vnũ gaudium de cõditoris ſui viſiõe letificat. Hoc quoqꝫ eſt ſiue de veteribus ſeu de nouis patribus ſentiendũ: quia oriẽtalis via cũ tres hinc ⁊ tres inde thalamos habet: menſura vna triũ eſt: quoniã ipa fides atqꝫ ipm meritũ tenuit corda precedentiũ: que repleuit corda ſequentiũ ſub teſtamẽto nouo poſitorꝫ: ſicut ⁊ per paulũ dicitꝭ: Habẽtes autẽ eundẽ ſpiritũ fidei. 2. Corint. 4. Sicut ſcriptũ eſt. Credidi ꝓpter quod locutus ſum. ps. 115. Et nos credimus ꝓpter qḋ ⁊ loquimur. Spiritales quippe illi patres oĩpotentẽ deũ trinitatẽ ita eſſe crediderunt: ſicut eandẽ trinitatẽ noui patres aperte locuti ſunt. Eſaias nãqꝫ audiuit angelica agmina in celo clamãtia. Sanctus: ſanctus: ſanctus dñs deus ſabaoth. Eſaie. 6. Ut eñ perſonarꝫ trinitas monſtrarenꝭ tertio ſanctus dicitꝭ: Sed vt vna eſſe ſubſtãtia trinitatis appareat: nõ dñi ſabaoth: ſed domin⁹ ſabaoth eſſe perhibeꝭ. Quod dauid quoqꝫ ſentiens ait: Benedicat nos deus de⁹ noſter: benedicat nos deus. ps. 66. Qui tertio dixiſſet deus: vt vnũ eſſe hũc oſtenderet: ſubdit. Et metuãt eum oẽs fines terre. Paul⁹ quoqꝫ loquitꝭ dicens: Quoniã ex ipo: et per ipm: ⁊ in ipo ſunt oĩa. Roman. 12. Ex ipo videlicet: ex patre. Per ipm: per filiũ. In ipo autẽ: in ſpirituſancto. Quẽ ergo ipm cũ tertio dixiſſet: adiunxit. Ipſi gloria in ſecula ſeculorũ amen. Qui eñ nõ dixit: ipis ſed ipi: dicendo ter ipm diſtinxit ꝑ pſonas. Et ſubiũgendo: ipi gloria nõ diuiſit ſubſtantiã. Quia itaqꝫ vna eſt veterꝫ ac nouorꝫ patrũ fides: recte thalamorꝫ deſcribitꝭ menſura vna triuꝫ. Quod verbis alijs replicatꝭ cũ ſubditꝭ.

Et menſura vna frontiũ.

Ex vtraqꝫ eñ parte eſt menſura frontiũ quia patres noſtri vel prius a veteri: vel nunc a nouo teſtamẽto venientes: in vna mediatoris fide cõueniũt. Qui pro eo ꝙ charitate pleni ſunt: carnẽ ſuam abſtinẽtia edomant: corda audientiũ predicationis lumĩe illuſtrãt: ſigna faciũt: virtutes operanꝭ. Per hoc quod eorꝫ bona nobis foris innoteſcũt: non immerito hui⁹ cele

ſtis edificij frontes vocant. Omne enim quod nūc in aperto oſtendit frons eſt: vt illud ſit veſtibulū edificij: quod nobis interius reſeruatur. Unde ⁊ ſancte eccleſie in cantico canticoꝝ dicitur: Sicut cortex mali punici gene tue abſq; occultis tuis. Canti. 6. Gene quippe ſunt ſancte eccleſie ſpiritales patres: qui nūc in ea miraculis coruſcant: ⁊ velut in eius facie venerabiles apparent Cum enī videmus multos mira agere: ventura prophetare: mūdum perfecte relinquere: celeſtibus deſiderijs ardere: ſicut cortex mali punici ſancte gene rubent. Sed quid iſtud omne quod miramur in illius rei comparatione de qua ſcriptū eſt. Eſaie. 64. Quod oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in corda hominis aſcendit: que preparauit deus diligentibus ſe. 1. Corinth. 12. Gene ergo cum miraretur genas eccleſie: ſubdidit. Abſq; occultis ſuis. Ac ſi aperte diceret. Ea quidem que in te non latēt magna ſunt: ſed illa valde ineffabilia que latent. Sequitur.

Et menſus eſt latitudinem liminis porte decem cubitorū: et longitudinē porte tredecim cubitorum.]

Multa ſuperius de porte ſignificatione iam diximus. Sed vnū tenere aliquid debemus per quod poſſit et cetera lectoris prudētia penetrare. Dictum quippe eſt: per portam ſcripturam ſacram poſſe figurari. Sed hoc nobis modo laborioſe diſcutiendū eſt: cur latitudo liminis porte decem cubitis: et longitudo porte tredecim menſuratur. Hoc autem loco longitudo porte altitudo dicitur: ſicut nos longe ſtature dicim⁹: quem altum videm⁹. Nam longitudo porte dici in tranſuerſum nō poteſt: cuius latitudo per decem cubitos demōſtratur. Quid ergo latitudo liminis porte: niſi lex teſtamēti veteris fuit: ⁊ longitudo porte: niſi gratia teſtamenti noui? Quia videlicet ſcriptura ſacra dum per teſtamentum vetus crimina operum compeſcuit dare decimas precepit: quaſi per mandata humilia in liminis latitudine iacuit. Sed dum per teſtamentum nouum cogitationes prauas coercuit: derelinqui omnia: et pro deo vitam corporis iuſſit cum preſenti ſeculo deſpici: quaſi porta noſtra in longitudīs altitudine ſurrexit Minora quippe precepta iſrahelitico populo per legē date ſunt. Unde ⁊ eidem populo moyſes in campo locutus eſt. Exodi. 19. Altiora dominus ſanctis apoſtolis dedit. Mathei. 5. Unde et eoſdem mandatis vite in monte docuit. Dum vero redemptor noſter per euangeliū dicit: Nolite putare quoniā veni ſoluere legem: aut prophetas: non veni ſoluere ſed adimplere. Ibidem. Adimplere enī venerat legē: qui legis iuſticie gratiam addidit: vt quod illa iubebat in minimis ipē perfici adiuuaret in ſūmis. Et quod illa coercebat ab opere: ipē reſecaret a corde. Intellecta ergo lex que in latitudine iacuit: in altitudine ſurrexit. Ipa enim dei cognitio que apud illam in ſpiritalibus patribus fuit: nota omni hebreorum populo non fuit. Nam omnipotentē deum: ſanctam videlicet trinitatem cum prophete predicarent populus ignorabat: ſolum decalogum tenebat in fide: legem trinitatis neſciens. Menſuretur ergo latitudo liminis porte decē cubitis. Et quia durus ille populus ſubtilitatem fidei ignorans: mandatis ſeruiebat decalogi. Menſuretur ergo longitudo porte tredecim cubitis: quia per teſtamentum nouū in corde fidelis populi ſuper mandata decalogi quem verius cuſtodit cognitio trinitatis creuit. Et cum mādata legis perficit: trinitatem eſſe omnipotentem dominū credidit. Ubi ⁊ queri rationabiliter poteſt: cur iſtam latitudinem liminis porte quaꝫ ſuperius dixerat vno calamo menſurari: inferius ſubiūxit:

ꝙ decem cubitis menſuretur: ac deinde ſubditur: ꝙ longitudo porte tredecim ſit cubitis mẽſurata: vnus etenim calamus iam ſicut ſepe dictum eſt ſex cubitos habet ⁊ palmũ: decem vero cubiti iam menſuram ſuam calamũ tenent: tredecim vero amplius q̃ decem. Quid eſt ergo ꝙ prius vno calamo limen porte: poſtmodum latitudo eius decem cubitis: ad extremum quoq; longitudo porte tredecim menſuratur: niſi ꝙ ſancti Patres quos per ſacram ſcripturam ante legem fuiſſe cognoſcimus: vnũ quidem omnipotentẽ deū ſanctam videlicet trinitatẽ eſſe nouerũt: ſed eandem trinitatem quam cognouerunt aperte minime predicauerunt: qui eius iuſſionibus obediẽtes ⁊ vite mũdiciam conſeruantes quaſi in ſex cubitis calami habuerũt perfectionem operis: ⁊ ſepe angelos videntes habuerunt palmũ contemplatiõis. Data autem lege rudus ille hebreorum populus mandata decalogi ſeruare conatus eſt: ſed tamen de cognitione ſancte trinitatis eruditus non eſt. Et quamuis hanc ſpiritales patres perfecte cognouiſſent: multitudo tamen ſynagoge nec inuenire myſteriũ trinitatis potuit: nec querere ſciuit. Superueniente autem gratia per teſtamentũ nouũ: omnis fidelis populus vnũ deum trinitatem eſſe cognouit: ⁊ virtutem decalogi eius agnitiõe compleuit. Prius ergo limen porte mẽſuretur calamo vno: poſtmodum latitudo eius cubitis decẽm: atq; ad extremũ lõgitudo porte cubitis tredecim: quia ⁊ ſanctis patribus ãte legẽ actiua et contemplatiua vita non fuit: et ſub lege decalogi populus diuine ſubſtãtie myſterium neſciens in mandatoꝝ latitudinem ſeruiuit. At nunc ſub gratia cuſtoditis verius decalagi preceptis omĩs qui ad fidem venerit: ſancte trinitatis ſacramenta cognoſcit. Qua in re hoc quoq; nobis ſciendum eſt: quia et per incrementa temporum creuit ſcientia ſpiritalium patrum. Plus namq; Moyſes q̃ abraham: plus prophete q̃ moyſes: plus apoſtoli q̃ prophete in omnipotentis dei ſcientia eruditi ſunt: fallor ſi hec ipa ſcriptura non loquitur. Pertranſibunt plurimi: ⁊ multiplex erit ſcientia. Danie. 12. Sed hec eadem que de abraham moyſe prophetis et apoſtolis diximus: ex eiuſdem ſcripture verbis ſi poſſumus: oſtendamus. Quis enim neſciat quia abrahã cum deo locutus eſt: ⁊ tamen ad moyſen domin⁹ dicit: Ego ſum deus abrahã: deus yſaac: ⁊ deus iacob: ⁊ nomen meũ adonay nõ indicaui eis. Exod. 6. Ecce plus moyſi q̃ abrahe innotuerat: qui illud de ſe moyſi indicat quod ſe abrae non indicaſſe narrabat. Sed videamus ſi prophete pluſq̃ moyſes diuinam ſcientiam apprehendere potuerunt. Certe pſalmiſta dicit: Quomodo dilexi legem tuam domine: tota die meditatio mea eſt. ps. 118. Atq; ſubiunxit. Super omnes docentes me intellexi: quia teſtimonia tua meditatio mea eſt. Et iterum. Super ſeniores intellexi. Ibidem. Qui ergo legem meditari ſe memorat: et ſuper omnes docentes ſe: ac ſuper ſeniores intellexiſſe teſtatur: quia diuinam ſciẽtiam pluſquã moyſes acceperat: manifeſtat. Quomodo autem oſtenſuri ſum⁹: quia plus ſancti apoſtoli edocti ſunt q̃ prophete? Certe veritas dicit: Multi reges et prophete voluerunt videre que videtis: et audire que auditis: ſed non viderũt. Luce decimo. Plus ergo q̃ prophete de diuina ſcientia nouerunt: quia quod illi ſolo ſpiritu viderant: ipſi etiam corporaliter videbãt. Impleta itaq; eſt ea quam ſuperius diximus danielis ſententia: quia pertranſibunt plurimi: et multiplex erit ſcientia. Daniel. 12. Menſura ergo calami qui eſt ſex cubitorum et palmo ducatur ad cubitos decem: et menſura decem cubitorum ad extremum ſurgat in tredecim. Quia quanto mundus ad extremitatem ducitur: tanto nobis eterne ſcientie adit⁹ largius aperitur. Sequitur.

Et marginē ante thalamos cubiti vnius.

Sicut ſepe diximus: thalami corda electorū ſunt omīpotētis amore feruētia. q̄d per marginem ante thalamos: niſi fides exprimitur? Q: nō prius ipſa teneat. nullo mō ad ſpiritalē amorē ꝑtingit. Nō enī charitas fidē: ſed fides charitatē ꝓcedit. Nemo enim pōt amare qđ nō crediderit. Margo itaq; eſt ante thalamos: fides ante ardorē charitatis. Q: ſicut dictū eſt niſi ea q̄ audis crediderís: ad amorē eoꝝ q̄ audieris nullaten⁹ inflāmaris. Sz margo ante thalamū cubiti vni⁹ eſt. q: tūc fides corda audientiū in amore copulat qñ ꝑ errores ⁊ ſciſmata diuiſa nō eſt: ſz in vnitate ꝑdurat. Ut videlicet margo vni⁹ cubiti audiētis animū ad thalamū ꝑducat: qui celeſtis ſpūs ſpeciē quā hic predicat: poſtmodū in celeſtib⁹ demōſtrat. Ubi et bene ſubdit.

Et cubit⁹ vn⁹ finis vtrūq;.

Utrūq; autē dicit: ac ſi dicat vtrorūq;. Per latitudinē quippe liminis ⁊ longitudinē porte: vetus ac nouū teſtamētū diximus deſignari. Ad extremū vero addit q; cubit⁹ vnus ſit finis vtrorūq;. q: videlicet ⁊ teſtamētū vetus vnū nobis mediatorē dei ⁊ hominū nunciauit. ⁊ teſtamentū nouū eundē nobis nūciat in eterna claritate venturū. quē iam ꝓ nobis cognouimus incarnatū. Cubit⁹ ergo vnus vtrorūq; eſt. q: ⁊ quē lex predixit in carne apparuit. ⁊ ipſe quē nunc teſtamentū nouū loquit in gloria maieſtatis apparebit. Et tūc vtrorūq; finis erit: cū viſus in diuinitatis ſue potētie oīa que ſunt predicta cōpleuerit. Scriptum nāq; eſt. Finis legis chriſtus ad iuſticiā credēti. Rom. 10. Finis videlicet nō qui cōſumit: ſed qui perficit. Tūc enī legē ꝑfecit: cū ſicut lex predixerat incarnat⁹ apparuit. Sed adhuc de eius iudicio multa nouū teſtamentum loquit. adhuc multa de regno illius narrat que necdū videm⁹ impleta. Ecce quotidie euangeliū legit. ventura predicant. Tūc ergo erit ⁊ noui teſtamēti finis: cum ⁊ que de ſe ꝓmiſit cōpleuerit. Finiet vero teſtamentū nouū q: perficiet. Nam cū ipſe de quo loquit viſus fuerit: eiuſdē teſtamenti verba ceſſabūt. Unde ⁊ ſancte eccleſie veri luminis diē quaſi tēpus vernale preſtolanti per ſponſi vocē dicitur. Surge propera amica mea. colūba mea. formoſa mea ⁊ veni. Jam enī hyems trāſijt: imber abijt ⁊ receſſit. flores apparuerunt in terra. Cant. 2. Siue enī ſancta eccleſia ſeu vnaqueq; electa anima. celeſti ſponſo eſt amica per amorē. colūba ꝑ ſpiritū. formoſa per moꝝ pulchritudinem. Que cū iam de corruptione carnis ducitur: ei ꝓculdubio hyems tranſit. quia p̄ſentis vite torpor abſcedit. Imber quoq; abijt ⁊ recedit. q: cum ad contemplandū in ſua ſubſtātia omnipotontē deū educit: iam verborū gutte neceſſarie nō erunt: vt pluuia debeat predicatiōis infundi. Naz qđ minus audire potuit: ampli⁹ videbit. Tunc apparēt flores in terra: quia cū de eterna beatitudinis vita quedā ſuauitatſ primordia preguſtare anima ceperit: quaſi iam in florib⁹ odorata exit. Quod poſt quā egreſſa fuerit: in fructu vberius habebit. Unde ⁊ illic ſubditur. Tempus putationis aduenit. Ibidem. In putatione q̄ꝑpe ſarmenta ſterilia reciduntur: vt ea que preualent vberius fructū ferant. Noſtre itaq; putationis temp⁹ tunc aduenit: quādo infructuoſam ac noxiā corruptionem carnis deſerimus: vt ad fructū anime peruenire valeamus. Qui fruct⁹ nobis erit vberrimus: viſio vnius cubiti. Ergo vn⁹ eſt finis vtrūq;. quia vnus eſt ille qui dixit. Singulariter ſum ego donec tranſeaz. ps. 140. Qui ſolus cum patre ⁊ ſancto ſpiritu preſidet in celo: ſicut paſſer vnic⁹ in edificio. Quem admodum impleuit legem per myſterium incarnationis et perfecte humanitatis ſue: ita teſtamenti noui promiſſa impleturus eſt per oſtenſam gloriam claritatis ſue. Nunc vnum nobis cubitum menſura quoque arche

locuta eſt. Archa eñ que trecentis cubi-
tis fieri in longitudine iuſſa eſt: ſexaginta
vero latitudine: triginta autẽ in altitudi-
ne: in vno eſt cubito cõſummata. Quid
eñ per archã niſi ſancta eccleſia figurat.
que inferius ampla eſt: ſupius anguſta?
Que a trecẽtis ꝛ ſexaginta ac trigĩta cu
bitis ad vnũ cubitũ colligit: qꝛ latitudinẽ
quã ſancta eccleſia in mẽbris ſuis adhuc
infirmãtibus habet: pauliſper anguſtata
ꝛ in altũ ꝓficiẽs ad vnũ tendit. Ipſa enim
ratio exigit vt credamꝰ ꝙ in illa arche la-
titudine oẽs beſtie: cũcta quadrupedia
atqꝫ reptilia in inferioribꝰ fuerũt. Homo
vero atqꝫ volatilia nimirũ in ſuperioribꝰ
Iuxta ſuperiorẽ etenĩ partẽ feneſtra fuit
in latere: de qua coruũ vel columbã dimi
ſit homo: vt ſi iã diluuij trãſiſſet aqua co-
gnoſceret. Et qꝛ archa eadem in vno fuit
cubito ꝯſummata: homo ꝛ volatilia iuxta
cubitũ fuerũt. Recte itaqꝫ per archã vni-
uerſa eccleſia deſignat: que adhuc in mul
tis ſuis carnalibꝰ lata eſt: in paucis ſpiri-
talibus anguſta. Et quia vnũ hoĩem qui
eſt ſine peccato colligit: quaſi in vno cubi
to ꝯſumat. Videmus etenĩ multos intra
eiuſdẽ ſancte eccleſie ſinũ in ſuperbia eri-
gi: in carnis voluptate diſſolui: acqrẽdis
terrenis rebꝰ inhiare: impetrãte auaricia
mare tranſire: deſeruire iracũdie: iurgijs
vacare: ꝓxios quos preualẽt ledere. Sꝫ
qꝛ eos adhuc ſancta eccleſia tolerat vt cõ
uertat: quaſi in arche latitudine deorſuꝫ
beſtie morant. Videmus alios iã aliena
nõ querere: illatas iniurias equanimiter
portare: rebus ꝓprijs eſſe ꝯtentos: humi
liter viuere. Sed quia iſti iam pauci ſunt
anguſtat archa. Alios autẽ cõſpicimus
etiã poſſeſſa relinquere: nullũ terrenis re
bus ſtudiũ dare: inimicos diligere: carnẽ
a cũctis voluptatibus domare: motꝰ om
nes ſub ratiõis iudicio premere: per cele
ſte deſideriũ contemplatiõis pennas ſub-
leuare. Sed qꝛ tales quiqꝫ valde rari ſũt:
in archa iuxta cubitũ ducunt vbi homĩes
ꝛ volatilia cõtinent. Querat tamen ſiqs
in eis eſſe valeat ſine peccato: ꝛ nullus in

uenit. Quis itaqꝫ homo ſine peccato eſt
niſi ille qui in peccato natus non eſt? In
vno ergo cubito cõſummat archa: qꝛ vnꝰ
eſt auctor ꝛ redemptor ſancte eccleſie ſine
peccato: ad quẽ omnes proficiũt qui ſe eſ
ſe peccatores nouerũt. Dicat itaqꝫ de li-
mine ꝛ porta. Et cubitus vnus finis vtrũ
qꝫ. Quia cum vnus mediator dei ꝛ homi
nũ xpus Ieſus in maieſtate ſua apparue-
rit: oĩa vtriuſqꝫ teſtamẽti que predicta
ꝛ ꝓmiſſa ſunt compleuit. Sin vero vtra
qꝫ hoc loco marginẽ ac thalamos memo-
rat: neqꝫ hoc ab hac ſententia abhorret:
quia cũ maieſtas redemptoris noſtri fue-
rit oſtenſa finit fides: cũ iam ceperit vide-
re homo qđ credidit. Et ad finem ſuũ per
ueniũt thalami: quia corda fideliũ incom
parabiliter longe ꝙ̃ modo ſunt in amore
illius perficiunt. Cubitus ergo finis vtrũ
qꝫ eſt: quia vnius domini ꝛ ſaluatoris vi
ſio in electis ſuis fidem finit: ꝛ charitateꝫ
perficit. Conſiderare libet: qui nos ſu-
mus qui iſta tractamus. Certe ex gentibꝰ
venimus: certe parẽtes noſtri lignoꝝ ac
lapidum cultores fuerũt. Vnde ergo hoc
nobis: vt (ea quoqꝫ que nũc vſqꝫ hebrei
neſciũt) ezechielis ꝓphete tam ꝓfunda
myſteria rimemur? Agamus ergo grati-
as toto deſiderio vni: qui cũcta que de eo
in ſacro eloquio ſcripta ſunt opere imple-
uit: vt que intelligi audita nõ poterãt: vi-
ſa panderent. Ibi quippe incarnatio: ibi
paſſio: ibi mors: ibi reſurrectio: ibi aſcen-
ſio illius continet. Sed quis noſtrũ hec
audita crederet: niſi facta cognouiſſꝫ? Si
gnatũ ergo librũ ſicut in iohãnis apocali
pſi legit: quẽ aperire ꝛ legere nemo pote
rat: leo de tribu iuda aperuit. Apocal. 5.
quia oĩa eius nobis myſteria in ſua paſ
ſione ac reſurrectiõe patefecit. Et per hoc
ꝙ ĩfirmitatis noſtre mala pertulit: ſue no-
bis potẽtie ꝛ claritatis bona monſtrauit.
Caro eñ factus eſt vt nos ſpiritales face
ret: benigne inclinatꝰ eſt vt leuaret: exijt
vt introduceret: viſibilis apparuit vt in-
uiſibilia mõſtraret: flagella pertulit vt ſa-
naret: opprobria ꝛ irriſiones ſuſtinuit: vt

ab opprobrio eterno liberaret: mortu⁹ eſt vt viuificaret. Agam⁹ ergo gratias viuificāti τ mortuo: τ ideo amplius viuificāti: qꝛ mortuo. Nā hū̄ ſalutē noſtrā τ paſſionē illius eſaias cōtemplatus ait: Ut faciat opus ſuū: alienū eſt opus eiuſ: vt operet̃ opus ſuū: peregrinū eſt opus eius ab eo. Eſa. 27. Opus etem̄ dei eſt animas quas creauit colligere: ad eterne luciſ gaudia reuocare. Flagellari autem atq̧ ſputis liniri: crucifigi: mori: atq̧ ſepeliri nō hoc in ſua ſubſtātia opus dei eſt: ſed opuſ homis peccatoris: qui hec om̄ia meruit per peccatū. Sed peccata noſtra ip̄e pertulit in corpe ſuo ſuper lignū. 1. Petri. 2 Et qui in natura ſua ante ſemꝑ incōprehēſibilis: in natura noſtra cōprehendi dignatus eſt ac flagellari: niſi ea que erant infirmitatis noſtre ſuſciperet: nunꝙ̄ nos ad ſue fortitudinis potentiā ſubleuaret. Unde ergo faciat opus ſuū: alienū opus eius: τ vt operet̃ opus ſuū: peregrinū eſt opus eius ab eo: quia incarnatus de⁹ vt nos ad ſuā iuſticiā colligeret: dignat⁹ eſt pro nobis tanꝙ̄ peccator homo vapulare Et alienū opus fecit vt faceret propriuꝫ: quia per hoc ꝙ infirmās mala noſtra ſuſtinuit: nos qui creatura illius ſumus ad fortitudinis ſue gloriā perduxit. In qua viuit τ regnat cū patre in vnitate ſp̄ūſſancti: per oīa ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Explicit Omelia. XVI.

Incipit Omelia. XVII. que exponit litterā capituli. XL. ab illa parte: Thalami autem ſex cubitorum erant hincinde: vſq̧ ad illam partem in eodem capitulo. Et eduxit me ad atrium exterius.

Memoratis ſuperius thalamis ꝓpheta ſubiūgit: quia thalami ſex cubitoꝝ erant hinc τ inde. Qua in re magna nob queſtio generat: cur ſuperius thalamū vno calamo menſuratū dixit: quē videlicet calamū ſex cubitos τ palmū habere perhibuit: atq̧ inferiuſ thalamos ſex ſolūmodo dicit cubitis mēſurari. Si em̄ non calamo: ſed ſex cubitis menſurant̃: palmus deeſt qui ſuperius in mēſura calami dicebat̃ adeſſe. Sed ſi thalami ſunt ſenſus atq̧ cogitatiōes fideliū: in quibus caſte anīe cōditori ſuo in amore iungunt̃: τ per ſex cubitos perfecta operatio: per palmū vero inchoatio contemplatiōis exprimit̃: ſancte vniuerſalis eccleſie debemus mēbra ꝯſpicere: τ citius inuenim⁹ qꝛ ſunt in ea thalami vno calamo: τ ſunt alij ſex tantūmodo cubitis mēſurati. Nam fideles quidā in illa oīpotentē deū ita amāt: vt in opere perfecti ſint τ in cōtemplatiōe ſuſpēſi: hi ꝑfecto calamū in menſura habēt: qꝛ et ſex cubitos operatiōis τ palmū ꝯtemplatiōis poſſident. Quidā vero oīpotenteꝫ quidē deū diligūt: τ perfecte in bōis operibus exercent̃: ſed tamen cōtemplari ei⁹ magnitudinē ſubtiliori intellectu neſciūt Amant autē: ſed inueſtigare gaudia eius claritatis ignorāt: hi itaq̧ ſex cubitos habēt τ palmū nō habēt: quia ei iā per amorem iūcti ſunt: ſed ex cōtemplatiōe diſiuncti Qui tamē thalami poſt cōmemoratione cubiti vnius hinc τ inde eſſe referunt̃: quia videlicet in amore auctoris ac redēptoris noſtri fideles anīe τ ex iudaico populo τ ex gentilitate cōuenerūt. Unde τ idē redemptor noſter cum aſello ſedens hieruſalē tenderet (ſicut euāgeliſta teſtat̃) multi veſtimenta ſua ſtrauerūt in via: alij autē frondes cedebāt de arboribus τ ſternebāt in via: τ qui preibant τ q̄ ſequebant̃ clamabāt dicētes: Oſanna benedictus qui venit in nomie dn̄i. Marci 11. Math. 21. Luce. 19. Saluator etem̄ noſter aſellū ſedens hieruſalē tendit: quādo vniuſcuiuſq̧ fidelis anīa regēs videli

Applicat:: palmay

cet iumentū ſuū: ad pacis intime viſionē ducit. Iumentū ſedet etiā cum ſancte eccleſie vniuerſaliter p̄ſidet: eam q̄ in ſuperne pacis deſideriū accendit. Multi autē veſtimēta ſua in via ſternūt: quia corpora ſua per abſtinentiā domāt: vt ei iter ad mentē parent: et exempla bona ſequētib⁹ prebeant. Alij autē ramos vel frondes de arboribus cedūt et ſternūt in via: quia in doctrina veritatis verba atq̄ ſentētias patruʒ ex eoꝝ eloquio ſerpunt. Et hec in via dei ac laudatoris animū venſētes: humili precatiōe ſubmittunt: quod indigni quoq̄ et nos mō facimus. Nam cū patrū ſentētias in ſermone exhortatiōis aſſumim⁹: frōdes de arborib⁹ cedim⁹: et has in via dei om̄ipotentis domini ſternimus. Sed qui preibāt et qui ſequebant̄ clamabāt: oſanna. Preceſſit q̄ppe iudaicus popul⁹ ſecutus eſt gentilis. Et q̄r oēs electi ſiue qui in iudea eſſe potuerunt: ſiue qui nūc in eccleſia exiſtūt: in mediatorē dei et hominūe crdiderūt et credunt: qui preeūt et qui ſequūtur: oſanna clamāt. Oſanna autem latina lingua ſalua nos dicit̄. Ab ip̄o enim ſalutē et priores queſierūt: et preſentes querūt: et benedictum qui venit in nomine domini confitent̄: quoniam vna ſpes: vna fides eſt precedentiū atq̄ ſequētium populorū. Nam ſicut illis peccata paſſione ac reſurrectiōe eius ſanata ſunt: ita nos preterita paſſione illius: ac permanenti in ſecula reſurrectiōe ſaluamur. Quem rem̄ priores noſtri ex iudaico populo crediderunt: atq̄ amauerūt venturum: hūc nos et veniſſe credimus et amamus: eiuſq̄ deſiderio accēdimur: vt eum facie ad faciem cōtemplemur. Thalami ergo eius hinc et inde ſunt: q̄r corda amātiū fidem que in illo eſt: et a priori parte ſeculi et ab vltima cōplectunt̄. Sequit̄.

Et menſus eſt portam a tecto thalami vſq̄ ad tectum eius latitudinem viginti et quinq̄ cubitorum.]

Sepe iam diximimus portam fidem: et per eandem fidem ip̄m dominū ac redemptorem noſtrū mediatorem dei et hominū Ieſum xp̄um poſſe ſignari: quia per fidem que in eo eſt: introitus ad fidem patet. Sed etiam ſcripturam ſacram que nobis eandem ip̄am fidem in redemptoris noſtri intellectū aperit: nō immerito portam accipimus: quia ea vt oportet cognita: ad intelligenda inuiſibilia intramus. Si igitur hoc in loco vt prediximus porta ſcriptura accipitur: querendū eſt quid per tectum thalami: quid per tectum porte ſignetur? Sed habet thalam⁹ tectum: quia operta eſt mens amātium: et adhuc feruor amoris in occulto eſt. Habet quoq̄ et porta tectum: quia ſcriptura tota quidem propter nos ſcripta eſt: ſed non intelligitur a nobis. Multa quippe in illa ita aperta ſnnt vt paſcāt paruulos: quedam vero obſcurioribus ſentētijs vt exerceant fortes: quaten⁹ cū labore intellecta plus grata ſint. Nonnulla autē ita in ea clauſa ſunt: vt dū ea non intelligimus: agnoſcentes infirma noſtre cecitatis: ad humilitatem magis q̄ ad intelligentiā proficiamus. Sunt em̄ quedam que ita de celeſtibus loquūtur: vt ſolis illis ſupernis ciuibus in patria ſua perſiſtētibus pateāt nec dūq̄ nobis peregrinātibus reſerant̄. Nam ſi quis ad vrbem incognitam pergens: multa de illa in via audiat: quedā quidem ex ratiōe colligit: quedam vero quia necdū videt nullo modo cognoſcit: ip̄i vero ciues qui in ea ſunt: et que de illa tacentur vidēt: et que de illa dicūtur intelligūt. Nos igitur in via adhuc ſum⁹: multa de illa celeſti patria audimus: alia iam per ſpiritū et rationem intelligimus: quedā vero nō intellecta veneramur. Unde et de eodē ſacro eloquio ſcriptū eſt. Extendēs celū ſicut pellē: qui tegis in aquis ſuperiora eius. ps. 103. Celum quippe ſicut pellis extendit̄: quia per ora mortaliū ſcriptura ſacra nobis in expoſitiōibus explicat̄. Sed ſunt aque in celo ſuperiores videlʒ multitudines: ideſt angeloꝝ agmi

na:in quibus eiuſdē celi tegunt̄ ſuperiora. quia ea que in ſacro eloquio altiora et obſcuriora ſunt. angelicis ſolūmodo ſpiritibus patent: ⁊ nobis adhuc incognita ꝑdurant. Habet ergo thalamus tectum. q2 neſcit adhuc proximus q̄tuʒ amatur a ꝓximo. Porta quoqꝫ id eſt ſacrum eloquiuʒ habet tectū. quia necdum omnia penetrare intellectu poſſumus que de celeſtibus audimus. Reſtat ergo vt in his que intelligimus: in profectu quotidie charitatis ambulemus. Et quāuis in nobis ꝓximi quoqꝫ noſtri non videāt q̄tum diligantur a nobis: atqꝫ in ſacro eloquio ea q̄ necdum intelligimus humiliter veneramur. in his tamen ad que intelligēdo peruenimus: dilatari per bonā opationē debemus. Unde ⁊ dicitur.

Et menſus eſt portam thalami vſqꝫ ad tectum eius latitudinem viginti ⁊ quinqꝫ cubitorū.

Quinqꝫ eni carnis ſenſibus prediti ſumus. videlicet viſu. guſtu. olfactu. auditu. atqꝫ tactu. Hiſdē vero quinarius numerus per ſemetipſum multiplicatus ad viceſimū ⁊ quintū numerū ſurgit. Operari autem exterius quiddā de mādatis celeſtibus ſine iſtis corporeis quinqꝫ ſenſibus nō valemus. His quippe officijs ſuis iudex animus interius preſidet. ⁊ quid exterius agere iuſte vl' miſericorditer poſſit: quaſi eiſdē officijs renunciantibus ac deſeruiētibus agnoſcit. Cuʒ ergo timore omnipotētis domini anim⁹ implet̄: neceſſe eſt vt quinqꝫ noſtri ſenſus nobis velut ſubiecta officia in bona opatione deſeruiant. Per quos cum aliquid agere miſericorditer ceperim⁹: pl⁹ ſe quotidie ipa miſericordia apit: ⁊ quaſi quidaʒ ſinus boni operis expādit. Quinqꝫ igit̄ ſenſus multiplicātur in ſe dū hoc quod per ipſis agitur in bono quotidie opere per profectuʒ multiplicat̄. Unde ⁊ latitudo eſſe viginti ⁊ quinqꝫ cubitorū dicitur. quia timor tenacia ⁊ pigredo anguſtia eſt. Quiſquis eni ideo indigenti dare panē metuit ne ſibi deſit: adhuc ī anguſtia timorꝭ ē. Quiſquis igitur veſtimentū algenti non porrigit: quia hoc ſolus habere concupiſcit: adhuc tenacie ſue anguſtia coartat̄. Quiſquis ideo bonuʒ nō agit quia torpore animi torpeſcit: ipſe ei ſuus torpor anguſtia eſt. Reſpicere autē inopem exaudire precem. largiri ſtipem. prebere defenſionem atqꝫ pro eiuſdē defenſionē paupis aduerſantis cuiuſlibet inimicitias non timere: magne mentis latitudo eſt. Menſuretur ergo inter thalamū ⁊ portā ea que ītereſt latitudo cubitis viginti ⁊ quinqꝫ. quia in exteriore ſenſuū operatione probatur ⁊ cognoſcitur que intrinſecus largitas bonitatis habeatur. Nā quid iam de ſcriptura ſacra didiceris: ⁊ q̄tum proximū tacitus ames: in latitudine boni operis oſtendis. Pateat itaqꝫ viginti ⁊ quinqꝫ cubitis latitudo inter thalamū ⁊ portaʒ. quia inter charitatē ⁊ ſcientiam teſtis eſt bona operatio. Que ſi fortaſſe defuerit: profecto certum eſt nec cognouiſſe te deū. nec diligere proximuʒ: id eſt nec portam ſacri eloquij: nec amoris thalamū habere. Et notandū etiam q̄ a tecto thalami vſqꝫ ad tectū porte dicitur mēſuratū. Per ea eni que nobis in ſacra ſcriptura cooperta ſūt noſtra humilitas approbatur. quia quicquid in illa non intelligimus non ſuperbe reprehendere: ſed venerari humiliter debemus. Unde ⁊ de domino eſt ſcriptū. Palpebre eius interrogāt filios hominū ps. 10. Palpebre quippe eius interrogāt quando aliquid nobis claudūt ⁊ aliquid aperiunt. Aperiēdo nos interrogāt: ſi intelligendo nō extollimur. Claudēdo nos interrogant ſi nō deſpicimus que intelligere nō valem⁹. Per ea autē que de charitate noſtra proximis noſtris non loquimur in conſpectu dei verius probamur. In quorundā eni ore charitas ficta eſt: in quorundā cordibus vera. Et ſepe de charitate oſtēditur qd non eſt: ⁊ demonſtrat̄ qd eſt. Amorem itaqꝫ noſtrū erga ꝓximū plus bona operatio loquitur q̄ lingua: vt in ipſo bono opere proximus noſter ama

ri ſe videat. At cum tantũ nõ poſſum⁹ q̃s tum volum⁹ opari: omnipotẽti deo occulta amoris noſtri ſufficiant. A tecto ergo thalami vſq₃ ad tectũ porte fit magna latitudo: vt ab occultis noſtre charitatis propter proximũ vſq₃ ad humilitatẽ ſcientie ⁊ ppter deũ inq̃tum intelligim⁹ ⁊ valemus bona ſemp opemur. Poteſt enĩ portalipſe iam aditus regni celeſtis intelligi. Habet nũc thalamus tectũ. habet ⁊ porta tectũ. quia ⁊ quãta ſit noſtra charitas inter deũ ⁊ proximũ non cognoſcitur. ⁊ quãdo de hoc ſeculo ad eterne vite requiẽ introducamur ignorat. Eſſe enĩ nob condi tor noſter diẽ mortis noſtre incognitũ voluit: vt dum ſemp ignorat. ſemp eſſe proximus credat. ⁊ tanto quis feruentior ſit in opatione: quanto ⁊ incertus eſt de vocatione. Unõ ⁊ latitudo viginti ⁊ quinq₃ cubitorũ a thalamo ad portã tenditur. quia charitatẽ quã ſemel in deo ⁊ primo cõcepimus: vſq₃ ad ingreſſum regni debemus omne qđ poſſum⁹ multipliciter atq₃ iceſſanter operari. A tecto itaq₃ thalami vſq₃ ad tectũ porte magna latitudo eſt. quia ex gratia qua inchoam⁹ deũ diligere: vſq₃ ad ipſam dilectionẽ que nobis aditu₃ regni celeſtis aperit. debemus noſmetipſos in magna bonorũ operum actione dilatare. aduerſa patiẽter perpeti. benigna charitatis obſequia libẽter impẽdere. ipſos etiã quos patimur amare. habita tribuere. non habita nõ ambire. proximos ſicut ſemetipſos diligere. eorũ bona noſtra credere. eorum mala quaſi ppria deflere. In tali ergo mente magna latitudo eſt: in qua anguſtia odiorũ non eſt. Quã profecto latitudinẽ ex dei ⁊ proximi amore cõcipimus: q̃tum per ſacra mãdata cognouimus. Nã ⁊ ipſos latitudines viginti et quinq₃ cubitos nõ incõuenienter intelligimus: ſi eos iuxta ſacrũ eloquiũ diſcutere velimus. Sex enĩ cubitis menſuratos thalamos dixerat: ⁊ ſexto die homo eſt cõditus. eo quoq₃ die dominuſ pfeciſſe opera ſua deſcribitur. Geñ. I. Unde etiã pro perfectione poni ſenarius numerus ſolet. Et quia omnez operationẽ bonã per quatuor ſancti euangelij libros agnouimus: ſi ſex quater ducimus ad viginti ⁊ quatuor peruenimuſ. Cui monas addit. quia in vno ſemper deo bene omnes opamur. Uigiti ergo ⁊ quinq₃ cubitij latitudo hec explicare debuit. quia omĩs bona operatio per quattuor ſancti euangelij vt diximus libros agnoſcit: ⁊ in vnius dei cognitione ⁊ confeſſione cõpletur. Sequit.

Et oſtium contra oſtium.

Hoc loco contra: nõ pro aduerſitate ponitur ſed ad rectitudinẽ. Oſtiũ enim contra oſtium eſt cũ recto itinere ab exteriore ad interiorẽ aditu₃ peruenitur. In cognitione vero omnipotẽtis dei primum oſtiu₃ noſtrũ fides eſt. ſecundũ vero ſpecies illius ad quã per fidem ambulãdo peruenimus. In hac etenĩ vita hanc ingredimur vt ad illam poſtmodũ perducamur. Oſtiu₃ ergo contra oſtiũ eſt. quia per aditu₃ fi dei aperit aditus viſiõis dei. Si quis vero vtraq₃ hec oſtia in hac vita velit accipere: neq₃ hoc a ſalubri intelligentia abhorret. Nam ſepe volum⁹ omnipotẽtis dei naturã inuiſibilẽ conſiderare: ſed nequaquã valem⁹: atq₃ ab ipſis difficultatibus fatigata aĩa ad ſemetipſam redit. ſibiq₃ de ſe ipſa gradus aſcenſionũ facit: vt primũ ſemetipſam ſi valet conſideret. Et tũc illa₃ naturã que ſuper ipſam eſt inq̃tum potuerit inueſtiget. Sed mens noſtra ſi in carnalibus imaginib⁹ fuerit ſparſa: nequaq̃ vel ſe vel aĩe naturã conſiderare ſufficit. Quia per quot cogitationes ducit: quaſi per tot obſtacula cecatur. Primus ergo gradus eſt vt ſe ad ſe colligat. Secundus vt videat qualis eſt collecta. Terti⁹ vt ſuper ſemetipã ſurgat: ac ſic contemplationi auctoris inuiſibilis intendendo ſubijciat. Sed ſe ad ſe nullaten⁹ colligit: niſi prius didicerit terrenarũ atq₃ celeſtiũ imaginũ fantaſmata ab oculo mentis cõpeſcere quicquid de viſu. quicq̃d de auditu. quicquid de odoratu. quicquid de tactu ⁊ guſtu corporeo cogitationi eius oc

currerit reſpuere atqꝫ calcare. quatenus
talem ſe querat intus:qualis ſine iſtis eſt
Nam hec quādo cogitat quaſi quaſdam
vmbras corporū introrſus verſat. Abigē
da ergo ſunt omnia manu diſcretionis ab
oculis mentis. quatenus talem ſe anima
conſideret:qualis ſub deo ſuper corpꝰ cre
ata eſt:vt a ſuperiore viuificata: viuificet
inferius qđ adminiſtrat. Que ⁊ ſic infuſa
eſt corpori:vt non per membrorū partes
partibus ſit diuiſa. Nam in quolibet loco
pars corporis percutitur:tota dolet. Mi
ro autem modo vna eadēqꝫ viuificatione
membrorū preſidens cum ipſa per natu
ram nō diuerſa ſit:per corpus tamen agit
diuerſa. Ipſa quippe eſt que per oculos
videt. per aures audit. per nares odorat
per os guſtat. per mēbra omnia tangit et
tangendo lene ab aſpero diſcernit. Et cū
taꝫ diuerſa per ſenſus opatur non hec di
uerſa:ſed vna illa in qua creata eſt ratio
ne diſponit. Cum ergo ſeipſam ſine ima
ginibus corporis cogitat anima: iam pri
mum oſtiū intrauit. Sed ab hoc oſtio ad
illud tenditur:vnde de natura dei omni
potentis aliquid contempletur. Anima
itaqꝫ in corpore vita eſt carnis. Deus ve
ro qui viuificat omnia:vita eſt animarū.
Si igitur tante eſt magnitudinis vt com
prehēdi nō poſſit vita viuificata: quis in
tellectu comprehendere valeat quāte ma
ieſtatis ſit vita viuificans. Sed hoc ipſū
conſiderare atqꝫ diſcernere iā eſt aliqua
tenus intrare. quia ex ſua eſtimatione ani
ma colligit quid de incircūſcripto ſpiritu
ſentiat:qui ea incōprehenſibiliter regit q̄
incomprehenſibiliter creauit. Conditor
etenim noſter longe incompabiliter crea
ture ſue preſidet. ⁊ quedā opatur vt ſint
nec tamen viuant. quedā vero vt ſint ⁊ vi
uant. nec tamen diſcernere aliquid de vi
ta valeant. quedā autem vt ſint:viuāt: at
qꝫ diſcernant. Et opatur vnus oīa: ſed
in omnibus non diuiſus. i. Corinth. 12.
Eſt enim vere ſummꝰ:⁊ nunquā ſibi diſ
ſimilis. Anima autem ⁊ ſi per naturā ſi
bimetipſi diuerſa non eſt:per cogitationē
tamen diuerſa eſt. Eo enim momēto iſte
quo de viſu cogitat:đ auditu cogitare ob
liuiſciſcitur. ⁊ eo momēto iſte quo de au
ditu vel guſtu cogitat:de odoratu vel ta
ctu cogitare non preualet. quia per contē
tionem ⁊ obliuionem fit ſemper ſibimetip
ſi diſſimilis:vt nunc hoc:nunc illud cogi
tatione teneat. Omnipotēs autem deus
quia ſibimetipſi ſimilis eſt:ea virtute vi
det qua audit. omnia ea virtute creat qua
iudicat creata. Eius ergo ⁊ videre ſimul
omnia adminiſtrare eſt:⁊ adminiſtrata cō
ſpicere. Nec alia cogitatione iuſtos adiu
uat. atqꝫ alia iniuſtos dānat. ſed vna ea
demqꝫ vi nature ſingularis ſibi ſemper in
diſſimilis diſſimilia diſponit. Cur autem
hoc de potētia creatoris admiremur: qui
virtutis eius veſtigia ⁊ in creatura cōſpi
cimus? Natura quippe luti ⁊ cere diuer
ſa eſt. ſolis vero radius nō eſt diuerſus. ⁊
tamen cum diuerſus nō ſit:diuerſa ſunt q̄
in luto operatur ⁊ cera. quia vno eodēqꝫ
ſui ignis calore lutū durat ⁊ ceraꝫ liquat.
Sed fortaſſe hoc in natura luti vel cere ē
non in ipſa ſolis ſubſtātia:que in naturis
diuerſis diuerſa videtur opari. Omnipo
tens autem deus in ſemetipſo habet ſine
īmutatione mutabilia diſponere. ſine di
uerſitate ſui diuerſa agere. ſine cogitatio
num viciſſitudine diſſimilia formare. Lō
ge ergo diſſimiliter opat̄ diſſimilia. nūqꝫ
ſibi diſſimilis deus:qui ⁊ vbiqꝫ eſt:⁊ vbi
qꝫ totus eſt. ait enim. Celū mihi ſedes ē:
terra autē ſcabellū pedum meorum. Eſa.
66. Et de ipſo ſcriptum eſt. Qui celum
metit palmo: ⁊ terram pugillo cōcludit.
Eſa. 4. Ex qua re conſiderare neceſſe eſt:
quia is qui celum velut ſedem preſidet:
ſuper ⁊ intus eſt. Et qui celum palmo et
terram pugillo concludit exterius. ſuperi
us ⁊ inferius eſt. Vt ergo indicaret omni
potens deus interiorem ſe eſſe ⁊ ſuperio
rem omnibus:celū ipſe ſedem eſſe perhi
buit. Vt vero ſe oſtenderet omnia circū
dare:celum metire palmo:⁊ terram ſe aſ
ſerit pugillo concludere. Ipſe eſt interior
⁊ exterior:ipſe inferior ⁊ ſuperior. regens

do ſuperior: portando inferior. replendo interior: circūdando exterior. Sicq̧ ē intus vt portet: ſic circūdat vt penetret. ſic preſidet vt portet: ſic portet vt preſideat. Cum ergo eleuata ad ſeipſam anima ſuū moduluz intelligit: ꝛ quia corporalia omnia tranſcendat agnoſcit. atq̧ ab intellectu ſuo ſe ad auctoris intellectuz tendit: quid iam hec: niſi oſt iuz contra oſtiū aſpicit. Unde ꝛ auctori omniū propheta dicit Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me. Ps. 138. Quia quantūlibet intēderit: nec ſemetipſam anima perfecta ſufficit penetrare. quanto magis illius magnitudinē qui potuit ꝛ animā condere. Cumq̧ ī ſcientie dei intellectu laboraret: laſſeſcens ac deficiens ſubdidit. Confortata eſt: nec potero ad eam. Ibidem. Sed cum conantes atq̧ tendētes quidam iam de inuiſibili natura conſpicere laſſamur. reuerberamur. repellimur. Et ſi interiora penetrare non poſſumus: tamen iam ab exteriore oſtio interius oſtium videmus. Ipſe conſiderationis labor oſtium eſt. quia oſtendit aliquid eo qđ intus eſt: ꝛ ſi adhuc ingrediendi poteſtas nō eſt. Sequitur.

¶ B Et fecit frontes per ſexaginta cubitos ad frontem atriū porte vndiq̧ per circuitum.

¶ Sepe iam diximus ſenario numero perfectionem boni operis deſignari: non illos ſequentes quod conati ſunt huius ſeculi ſapientes aſtruere. dicentes iccirco ſenarium numerum eſſe perfectū quia ſuo ordine numeratus perficitur: vt cum vnus duo tres dicunt: ſenarius numerꝰ impleatur. vel quia in tribus partibus diuidit. id eſt ſexta tertia ꝛ dimidia: videlicet in vno duobus ꝛ tribus. Sed iccirco ſenarium numerum eſſe perfectū. quia ſicut paulo ante dictum eſt. ſexto die perfecit deus omnia opera ſua. Quoniam vero peccatori homini legem dedit: que in decē preceptis ſcripta eſt. ꝛ ſex decies ducta in ſexagenarium ſurgunt: recte per ſexaginta cubitos bonorum operum perfectio deſignatur. Quod aperte etiam dominus in euangelio deſignat: qui cum parabolam ſeminantis exponeret dixit. Aliud cecidit in terram bonam ꝛ dabit fructum aſcēdentem ꝛ creſcentem. afferebat vnum triginta. ꝛ vnum ſexaginta. ꝛ vnum centuz. Luce. 8. Mathei. 13. Mar̄. 4. Fructus etenim terre bone triginta affert cuz mēs perfectionem fidei que eſt in trinitate conceperit. Sexaginta affert: cum bone vite opera perfecte protulerit. Centum vero affert: cum ad eterne vite contemplationem profecerit. Siniſtra enim noſtra ē vita preſens. Dextera vero eſt vita ventura. Et recte per centenarium numerū eterne vite contemplatio deſignatur. Quia cum poſt triginta ac ſexaginta ad centeſimum numerum computandum peruenimus: idem centenarius numerus in dexteram tranſit. Fides atq̧ operatio adhuc in ſiniſtra eſt: quia hic adhuc poſiti ꝛ credimus quod nō videmus: ꝛ operamur vt videamus. Cum vero iam ſe animus in contemplatione eterne vite ſuſpenderit: quaſi ad dexteram manum compotus peruenit. ¶ Fecit itaq̧ frontes per ſexaginta cubitos. ¶ Quia enim per ſexagenarium numerum perfectio: quid per frontes edificij niſi ipſa opera deſignantur: que exterius videntur. Predicationis enim verbum tribuere. alimenta eſurientibus. veſtimenta algētibus dare: ꝛ pro bono opere pacienter aduerſa tolerare: quid aliud quam frontes ſunt edificij celeſtis? Quia pulchritudo operum exteriorū ornat habitaculum dei. quod adhuc latet intrinſecus. Sed iſte frontes habent atrium vndiq̧ per circuituz. quia in hoc magna ſūt opera. ſi hec in mente dilatat amplitudo charitatis ¶ De charitate quippe ſcriptum eſt ¶ Latum mandatum tuum nimis. Ps. 118. De hac iterum pſalmiſta ait. Statuiſti in loco ſpacioſo pedes meos. Ps. 30. Sed ecce duz loquor animo

occurrit quomõ lata eſt charitas. Si per charitatẽ pertingit ad deũ: et per ſemetipſam veritas dicit: Intrate per anguſtam portã. Math. 7. Rurſum pſalmiſtã audio dicentẽ: Propter verba labiorum tuorũ ego cuſtodiui vias duras. ps. 16. Atque in euãgelio dominus dicit: Iugũ enim meum ſuaue eſt: et onus meũ leue. Mat. 11. Quomodo ergo: aut lata charitas ſi anguſta porta: aut quomõ iugũ ſuaue eſt et onus leue: ſi in preceptis dei vie dure ſunt que cuſtodiunt? Sed hanc nobis queſtionẽ citius ipſa veritas ſoluit: quia via dei et inchoantibus anguſta eſt: et perfecte iam viuẽtibus lata. Et dura ſunt que contra vſum ſpiritaliter animo proponimus: et tamen onus dei leue eſt poſtquam hec ferre ceperimus: ita vt pro amore eius etiã perſecutio placeat: et omis pro eo affectio in mẽtis dulcedine veniat. Sicut ſancti quoque apoſtoli gaudebãt: cum pro domino flagella tolerabãt Actuũ. 5. Ipſa ergo anguſta porta amãtibus lata fit: ipſe vie dure ſpiritaliter currẽtibus molles et plane fiũt dũ ſcit animus ſe pro tempalibus doloribus gaudia eterna recipere: et hoc incipit qđ affligit amare. Atriũ ergo ante frõtes eius in perfectiõe operis eſt latitudo dilectionis. Et notãdũ quod dicit vndique per circuitũ: vt videlicet homo per omne quod agit ſemper ſe in charitatis amplitudine dilatet ne hũc aut timor: aut odia anguſtent. Si quis ergo de verbo dei loquit: et charitatem quã predicat in mẽte non ſeruat: edificij frontẽ habet: ſed atriũ ante frontẽ nõ habet. Si quis elemoſynã indigentibus largit: et per hãc fortaſſe in corde extollit nec ex charitate proximi inopie ſubuenit: ſed ſe elatiõe tacita extollit: frontẽ quidẽ in edificio oſtendit: ſed iuxta frontẽ atriũ nõ fecit. Si quis illatas a proximo contumelias tolerat: et mala obiecta tacitus portat: magna eſt patientia quã demonſtrat: ſi dolorẽ in corde nõ habeat: ſi lucrari ad tranquillitatẽ manſuetudis: etiam ipſum qui male exceſſerat querat. Nam ſi patiẽtiã exterius adhibẽs intus dolorẽ tenet: nec amat eum quẽ ſuſtinet: habet quidem frontẽ in edificio: ſed ante frontẽ atrium non habet: quia is qui ſe anguſtie odiorũ ſubdidit: profecto charitatis latitudinem amiſit. Non ſicut ſuperiori parte iam diximus: patientia enim vera eſt: et ipſum amat quẽ portat. Nam tolerare ſed odiſſe non eſt virtus mãſuetudinis: ſed velamentum furoris. Et notandũ quod hocipſum atriũ porte dicit. Porta quippe noſtra eſt: aditus ad regnũ. Et deũ ac proximũ perfecte amare iam ad ingreſſum regni eſt tẽdere. Inquantũ enim quiſque amat: intantũ ad ingreſſum propinquat. Inquantũ vero amare negligit: intantũ ingredi recuſat: quia nec ſtudet videre qđ appetit. Tunc ergo habemus atriũ porte: quãdo ex latitudine charitatis ad ſupernã vitã quã adhuc cõtingere minime poſſumus: iam per deſideriũ intramus. Itaque cũ bonũ opus erga proximũ agitur: reſtat vt eiuſdem boni operis intẽtio diſcernat. Si nõ preſentis gratie retributionẽ querit: ſed ſpem ſuam animus ad futurã promiſſionẽ tendit vt ex tempalibus eterna: ex terrenis celeſtia ſperet. Spes enim celeſtiũ mentem ſolidat: ne cõcutiat fluctibus tumultuũ terrenorum. De qua et per paulũ dicit: Quam ſicut anchorã habemus anime tutã ac firmã: et incedentẽ vſque ad interiora velaminis. Hebre. 6. de quibus interioribus hic quoque ſubiungit.

¶ Et ante faciẽ porte que pertingebat vſque ad faciem veſtibuli porte interioris quinquaginta cubitos.]

¶ Hoc quod hoc loco dicit ante faciẽ porte: nõ exterior ſed interior ante portã locus deſcribit: dum vſque ad faciẽ veſtibuli porte iterioris pertingere perhibet. Unde et idẽ locus quĩquaginta cubitis dicitur menſuratus. Per quinquagenariũ enim numerum requies eterna ſignat. Habet enim ſeptenarius numerus perfectionẽ ſuam: quia eo die dierũ numerus eſt completus. Et per legem ſabbatũ in requiẽ datũ eſt. Ipſe au-

tem ſeptenarius per ſemetipm̄ multipli-
catus ad quadraginta ⁊ nouē ducit̄. Cui
ſi monas addit̄: ad quinquagenariū per-
uenit̄: quia omnis noſtra perfectio in illi-
us vnius cōtemplatiōe erit: in cuius no-
bis viſione iam minus aliquid ſalutis et
gaudij nō erit. Hinc etiā iubileus qui eſt
annus quinquageſimus in requiē datus
eſt: quia quiſquis ad omipotētis dei gau
dia peruenerit: laborē ⁊ gemitū vlterius
nō habebit. Notandū vero quia locus q̄
deſcribit̄ per quinquaginta cubitos ten-
di: ad faciē veſtibuli porte interioris per-
tingere memorat̄. Non ergo hoc loco pro
pheta iam ipm̄ veſtibulū porte interioris
ſed locū interiꝰ qui tendit ad veſtibulum
porte interioris narrat: per quē locū vti-
q̄ ſicut diximus ſpes noſtra ſignat̄. Que
dum eternā requiē querit: mentē ad ve-
ſtibulū porte interioris ducit. Hoc ipſuȝ
enim ꝙ deſideramꝰ celeſtia: ꝙ ad ꝓmiſ-
ſa gaudia ſuſpiramus: ꝙ eterne vite re-
quiē querimus: iam ad interioris veſtibu
li faciē propinquamus. Signet̄ ergo per
portam fides: per atriū charitas: per locū
vero qui ad faciē veſtibuli porte interio-
ris ꝓpinquat figuret̄ ſpes: ſine quibꝰ tri-
bus virtutibꝰ quiſquis iam vti ratiōe po
teſt: ingredi ad celeſte edificiū nō ꝑoteſt.
Habeat̄ ergo fides in porta: quia intro-
ducit ad intelligentiā. Charitas in atrio
quia mentē dilatat in amorē. Spes in lo
co quinquaginta deſcribit̄ cubitis: quia
per deſideria atq̄ ſuſpiria introducit ani
mū ad ſecreta gaudia quietis. De qua q̄
tē ⁊ ſi adhuc ſicut eſt veritatis lumen nō
cernimus: iam tamē per rimas intelligē-
tie ad aliquid videmꝰ. Unde ⁊ hic ſubdit̄

¶ Et feneſtras obliquas in thalamis.

¶ In feneſtris obliquis pars illa per quā
lumen intrat anguſta eſt: ſed pars interi-
or que lumen ſuſcipit lata. Quia mentes
contemplantiū quāuis aliquid tenuiter
de vero lumine videāt: in ſemetipſis ta-
men magna amplitudine dilatant̄. Que
videlicet ⁊ ipa que cōſpiciūt capere pau-
ca vix poſſunt. Exigiū valde eſt ꝙ de eter
nitate cōtemplātes vident: ſed ex ipo exi-
guo laxat̄ ſinus mentiū in augmento fer-
uoris et amoris. Et inde apud ſe ample
ſunt: vnde ad ſeueritatis lumē quaſi per
anguſtias admittunt̄. Que magnitudo
cōtemplatiōis quia concedi nō niſi aman
tibus poteſt: in thalamiſ oblique feneſtre
eſſe perhibent̄: vel in his que iuxta thala
mos nō iam extrinſecus: ſed eſſe intrinſe-
cus dicunt̄. Nā de eiſdē feneſtris ſubdit̄

¶ Et in frontibus eorum que erant intra portam vndiq̄ per circuitum.

¶ Erant em̄ in thalamis: erāt ⁊ in fronti-
bus eoꝝ: que intra portā vndiq̄ per cir-
cuitū fuerant conſtructa: quia qui cor in-
tus habet: ipe quoq̄ lumen cōtemplatio
nis ſuſcipit. Nam qui adhuc exteriora im
moderatius cogitāt: que ſint de eterno lu
mine rime cōtemplatiōis ignorant. Ne-
q̄ em̄ cum corporearū rerum imaginibꝰ
illa ſe infuſio incorporee lucis capit: quia
dū ſola viſibilia cogitant̄: lumen inuiſibi-
le ad mentē non admittit̄. Sed quiſquis
iam lumini cōtemplatiōis intendit: cura-
re magnopere debet: vt mentē ſemper in
humilitate cuſtodiat: nunꝙ̄ ſe de gratia
qua infundit̄ extollat: ⁊ ipas obliquas fe-
neſtras que mētes contemplantiū ſignāt
quales ſint cōſideret. Per obliquas ete-
nim feneſtras lumē intrat ⁊ fur nō intrat:
quia hi qui vere ſpeculatores ſunt: ſempꝛ
ſenſum in humilitate deprimūt: atq̄ ad
eoꝝ mentes intelligētia contemplatiōis
intrat: ſed iactātia elatiōis non intrat Et
patēt itaq̄ feneſtre: ⁊ munite ſunt: quia ⁊
aperta eſt in mentibus eoꝝ gratia qua re
plent̄: et tamen ad ſe aduerſariū ingredi
ad ſuperbiā non permittūt. Notandū ve
ro ꝙ intra portā vndiq̄ per circuitū fene
ſtre oblique eſſe memorant̄. Non em̄ cō-
templatiōis gratia ſummis dat̄: ⁊ mini-
mis non dat̄: ſed ſepe hanc ſummi: ſepe
minimi: ſepius remoti aliquādo eam cō-

ſugati percipiūt. Si ergo nullū eſt fideliū officiū a quo poſſit gratia cōtemplatiōis excludi: quiſquis cor intus habet illuſtrari etiā limine cōtemplatiōis poteſt. Quia intra portā vndiqꝫ per circuitum feneſtre oblique cōſtructe ſūt: vt nemo ex hac gratia quaſi de ſingularitate glorieť. Nullus ſe donū veri luminis eſtimet habere priuatū: quia in eo ꝙ ſe habere precipuum putat: ſepe alter eſt ditior què habere apud ſe boni aliquid non putat. Unde hic quoqꝫ adhuc aperte ſubiūgitur.

Similiter autem erant et in veſtibulis feneſtre per gyrū intrinſecus.]

Poſtꝙ dixit feneſtre in frontibꝰ: adiungit feneſtras in veſtibulis per gyrū intrinſecus. Quia nō ſolum alta ſancte eccleſie mēbra que prominēt habent contemplatiōis gratiā: ſed plerūqꝫ hoc donū etiam illa membra percipiūt: que ⁊ ſi iaȝ per deſideriū ad ſumma emicāt: tamē adhuc per officiū in ima iacēt. Niſi ⁊ his qui de deſpecti videnť: omnipotēs deus lumen cōtemplatiōis infuderit: feneſtre in veſtibulis nō fuiſſent. Uidemus itaqꝫ alios in ſummis locis ſancte eccleſie cōſtitutos alta de celeſtibus loqui: miro ſtudio inquātū illuſtrata mens ſufficit ſuperne patrie ſecrete rimari: quia feneſtre ſunt in frontibus. Alij vero in ſancte eccleſie ſinu cōtinenť: ⁊ deſpecti humanis oculis videnť: ſed apud ſe ſapiētie ſtudijs vacant: ad celeſtia anhelāt: atqꝫ inquantū preualent: que ſint gaudia eterna conſiderant: feneſtre itaqꝫ oblique ſunt: ſed in veſtibulis. Bene autē dicit per gyrū: quia oīs inqſitio ſecretarū rerū gyrū habet: dū in cogitatiōe ſua dicit animus: putaſne hoc illud eſt: quaſi circuit vt inueniat qđ querit. Cui cū incircūſcriptū lumen erumpere in cogitatōe ceperit: quaſi per obliquā feneſtrā radius veritatis venit. Sic quippe in cōtemplationē noſtrā multa cogitatiōibus circūeundo ꝓficimus: ſicut exempla bonoꝝ ſepe querimus: vt in moribus ꝓficiamus. Nam cū iam cogitat animus ad meliora trāſire: quicquid meliꝰ de aliis audire poſſit exquirit: nūc huius: nunc ſancti alterius vitā ventilat. Unde ⁊ electus quidā qui in expanſo riuo ſancte eccleſie per vniuerſum mūdum mentis oculos miſerat: bonoꝝ vitam ad imitationē requirēs dicebat: Circuibo ⁊ īmolabo in tabernacula dei hoſtiā iubilatōis. ps. 26 Ecce vt īmolaret iubilatiōis hoſtiā circuibat: quia niſi animā huc illucqꝫ ad bonorum vitam exquirendā mitteret: ipē vſqꝫ ad iubilatiōis ſacrificiū non perueniret. Cum vero ſancti viri intra eccleſiā ad loca ſumma perducunť: eoruȝ vita quaſi in ſpeculo ponitʒ: vt cuncti videāt bona que debeant imitari. Unde ⁊ adhuc apte ſubiūngitur.

Et ante frontes pictura palmarum.]

Quid per palmas: niſi premia victorie deſignanť? Ipſe quippe dari vincētibus ſolent. Unde de his quoqꝫ qui in certamine martyrij antiquū hoſtem vicerāt: ⁊ iam victores in patria gaudebāt: ſcriptū eſt. Et palme in manibus eoꝝ: Apoca. 7 et clamabāt voce magna dicētes: Salus deo noſtro qui ſedet ſuper thronū ⁊ agno. Palmas quippe in manibꝰ tenere eſt victorias in operatiōe tenuiſſe. Cuiꝰ operatiōis palma ibi retribueť: vbi iam ſine certamine gaudebit. Unde ⁊ hic nō dicitur palme ante frontes: ſed ante frontes pictura palmarū. Ibi eni victorie palma videbiť: vbi iam ſine fine gaudebit. Nā hic plerūqꝫ ſanctos viros aſpicimꝰ mira agere: virtutes multas facere: leproſos mūdare: demonia eijcere: tactu egritudinis corpora ſanare: ꝓphecie ſpiritu ventura pdicere: cūcta itaqꝫ hec necdū palme ſunt ſed adhuc pictura palmarū. Nam hec aliquādo danť ⁊ reprobis. Unde ⁊ per euāgeliū veritas dicit: Multi dicent mihi in illa die: domie dñe: nōne in nomine tuo ꝓphetauimus: ⁊ in tuo nomie demonia eiecimꝰ: ⁊ in tuo nomie virtutes multas

fecimus? Math. 7. Et tunc cõfitebor il-
lis: quia nunq̃ noui vos: diſcedite a me
qui operamini iniquitatẽ. Unũ vero ſignũ
electiõis eſt ſoliditas charitatis: ſicut ſcri
ptũ eſt. In hoc ſcient: quia diſcipuli mei
eſtis: ſi dilectionẽ habueritis ad inuicẽ.
Johis. 13. Hec autẽ miracula cũ electi fa-
ciũt: longe diſſimiliter a reprobis fiũt: qꝛ
qd electi ex charitate: hoc reprobi ſtudẽt
agere per elationẽ. Sed eiſdẽ electis ipa
mira que per charitatẽ faciũt non iam pal
me ſunt: ſed adhuc pictura palmarũ: quia
de eis foris oſtendit: quales apud omnipo
tentẽ dominũ intus habeant. Ibi autem
eis palma erit: vbi iam mortis cõtentio
nõ erit. Nam p̃dicator egregius tũc aſpe
xit palmã veram vincẽtibus dari: cũ re-
ſurrectionẽ preuidit mortuorũ fieri: ſicut
dicit: Oportz enĩ corruptibile hoc indue
re incorruptionẽ et mortale hoc induere
immortalitatẽ. 1. Corinth. 15. Cum autẽ
mortale hoc induerit immortalitatẽ: tũc
fiet ſermo qui ſcriptus eſt: Abſorpta eſt
mors ĩ victoria: vbi eſt mors victoria tua
vbi eſt mors ſtimulus tuus? Tũc erit per
fecta victoria: cũ mors plene fuerit abſor
pta. In omne autẽ qd modo mirabiliter
de ſignis agi cõſpicimus nõ iam ipam vi
ctoriã: ſed adhuc imagines victorie vide
mus. Quia plerũq3 ſanctis etiã ⁊ in locis
ſublimiorib9 poſitis vt ad bona opa alij ꝓ
uocent: virtutes ⁊ ſigna dant: ante fron-
tes iterioris edificij palmarũ pictura oſtẽ
dit. Hec hodierno die tractata ſufficiant:
vt ad ea que ſubiũcta ſũt valẽtiores adiu-
uãte dño noſtro ieſu xp̃o veniamus Qui
viuit ⁊ regnat cũ patre in vnitate ſpũſſan
cti: per oĩa ſecula ſeculorũ. Amen.

Explicit Omelia. XVII.

Incipit Omelia. XVIII. que exponit litterã. XL. capituli ab illa parte: Et eduxit me ad atrium exterius: vſq3 ad illam partem eiuſdẽ capituli Portã vero

que reſpiciebat viam aquilonis
atrij exterioris.]

Poſtq̃ de ↄtemplatiõis gratia
obliquas feneſtras inſinuãs ꝓ
pheta multa locut9 eſt: eductũ
ſe exterius dicit: ⁊ gazaphila-
tia vidiſſe cõmemorat. In q̃bus gazaphi
latijs quid aliud q̃ doctorũ ſcientia deſi-
gnat? Sed recte hac in re queri poteſt: cũ
doctores ſancti ſpiritalia atq3 interna do
ceant: cur ꝓpheta eductũ ſe exterius dicit
et gazaphilatia foris vidiſſe? Sed ſcien
dũ eſt: quia alia eſt cõtemplatio que tan-
tũ videt quantũ dicere nõ valet: alia ve-
ro ſcientia atq3 doctrina que tantũ videt:
quantũ exprimere per linguã poſſit. In
cõparatiõe al's cõtemplatiõe quippe illi9
luis qd voce exprimi nõ poteſt: q̃ſi hoc to
tũ foris eſt qd exprimi voce põt: ait itaq3.

Et eduxit me ad atriũ exteri
us: ⁊ ecce gazaphilatia et paui-
mentũ ſtratum lapide in atriuz
per circuitum.]

Quia ſermone greco philaxe ſeruare di
cit: ⁊ gaza lingua perſica diuitie vocant.
Gazaphilatiũ loc9 appellari ſolet in quo
diuitie ſeruant. Quid itaq3 ꝑ gazaphila
tia deſignat: niſi vt p̃diximus corda docto-
rũ ſapie atq3 ſcie diuitijs plena? Nã iu-
xta pauli vocẽ: alij dat per ſpm̃ ſermo ſa-
piẽtie: alij ſermo ſcie in eodẽ ſpũ. 1. Cor.
13. Sunt enĩ quidã qui per donũ gratie ⁊
ipa intelligũt que exponi a doctorib9 nõ
audierũt: hi videlz ſermonẽ ſapie perce-
perũt. Et ſunt quidã q̃ per ſemetipos in-
telligere audita nequeũt: ſed ea que in ex
poſitorib9 legerint retinẽt: atq3 ſciẽter ꝓ-
ferũt que lecta didicerũt Hñ itaq3 iſti niſi
ſermone ſcie pleni ſũt? Quãuiſ hoc intel
ligi ⁊ alit poſſit: qꝛ ſapia ad vitã: ſcia ꝓ
ptinet ad doctrinã. Qui igit bñ viuit et
prudent p̃dicat: gazaphilatiũ ſpiritał edi
ficij recte noĩat: qꝛ ab ei9 ore celeſtes diui
tie diſpẽſãt: his diuitijs abũdare diſcipu
los idẽ mgr̃ gẽtiũ viderat cũ dicebat: Di

uites facti eſtis in illo:in omni verbo:et
in omni ſcientia.1.Cor.1. Sunt itaqꝫ in
ſancte eccleſie edificio conſtructa gazaphi
latia qꝛ abūdat diuitijs ſciētie ꝛ lingua do
ctorū. Has veras eſſe diuitias ipſa per ſe
veritas denūciat:cū de trāſitorijs diuitijs
dicit. Fallacia diuitiarū ſuffocat verbum
ſciētie. Mat.13. Sapiētia etenī atqꝫ ſciē-
tia doctrine ſpiritales vere ſunt diuitie:ī
quorū compatione que tranſire poſſūt fal
ſe nominant. De his diuitijs ꝑ Salomo
nem dicit. Theſaurus deſiderabilis re-
quieſcit in ore ſapientis. Prouerb.21.
Excepto autē eo ꝙ ad eternā patriā diui
tie ſpiritales ducūt. eſt eis a terrenis diui
tijs magna diſtātia. quia ſpiritales diui-
tie erogate proficiūt:terrene autē diuitie
aut erogant ꝛ deficiūt:aut retinent ꝛ vita
les nō ſunt. Qui ergo has in ſe veras di-
uitias continent:recte gazaphilatia no-
minant. Et habent ipſa gazaphilatia pa-
uimentū per circuitū. quia eis adheret ac
ſubiacet humilitas auditorum. Quod paui
mentū recte ſtratū lapide in atriū dicit. qꝛ
in latitudinē charitatis viciſſim ſibi iun-
cte ſunt anime fideles. Que ꝛ lapides ap
pellant pro fortitudine fidei. ꝛ ſtrate ī pa
uimēto ſunt in cōpage humilitatis. Has
fideliū mentes petrus apoſtolꝰ fortes in
fide cōſpexerat cū dicebat. Et vos tanꝙ
lapides viui ſupedificamini domos ſpiri
tales.1.Pet.2. De his lapidibꝰ ſancte
eccleſie dominꝰ per Eſaiā dicit. Ponam
iaſpidē ꝓpugnacula tua. ꝛ portas tuas ī
lapides ſculptos. vniuerſos terminos tu
os in lapides deſiderabiles. oēs filios tu
os doctos a dño. Eſa.54. Omnipotens
enī deus ſancte eccleſie ꝓpugnacula iaſ-
pidē (qui lapis viridis coloris eſt) poſuit
quia predicatorū illius mētes interne vi-
riditatis amore ſolidauit:vt trāſitoria cū-
cta deſpiciāt. nihil in hoc mūdo quod fi-
ne claudit appetāt. cūcta eius gaudia ve-
lut arida contēnant. Unde ꝛ ipſe paſtor
eccleſie auditores ſuos ad paſcua eterne
viriditatis vocās:de eo loquit dicens.
Secundū magnā miſericordiā ſuā rege-
nerauit nos in ſpem viuā. ꝑ reſurrectionē
ieſu chriſti ex mortuis. in hereditatē icor
ruptibilē. ꝛ incontaminatā. ꝛ īmarceſſibi
lem conſeruatā in celis.1.Pet.1. Huius
ſancte eccleſie porte in ſculptos lapides
ponunt. qꝛ hi per quorū nos vocē ad vi-
tam eternam ingredimur:ſancta opa que
diuinitus precepta ſunt dū in ſemetipſis
oſtenderēt:quaſi in ſe ſculpta tenuerunt.
Porte etenim nō ſculpte ſed pure eſſent
ſi vocē quidē promererēt:ſed ſancta ī ſe ope
ra nō demonſtrarēt. At vbi ſecundū hoc
ſe oſtendūt viuere qđ loquunt ꝛ porte ſūt
qꝛ intus ducūt. ꝛ ſculpte quia viuēdo cu-
ſtodiunt que alijs loquunt. Huiꝰ ſctē ec-
cleſie vniuerſos terminos in lapides deſi-
derabiles poſitos videmus:dū in ea fide-
les quoſqꝫ fortes in fide ꝛ charitate con-
ſpicimus:qui (vt quoſ dixerit lapides de
mōſtraret) adiūxit. Omēs filios tuos do-
ctos a dño. Eſa.54. Quod ergo Eſaias
vniuerſos eccleſie termios deſiderabiles
vidit:hoc Ezechiel pauimentum lapide
ſtratū ꝑ circuitū eſſe ꝓhibuit. qui adhuc
de gazaphilatijs ſubdit.

¶ Triginta gazaphilatia in circuitu pauimenti.

¶ Denarius numerꝰ ꝓ pfectione ſemper
accipit. quia in decē preceptis legis cuſto
dia continet. Actiua etenī ac contempla-
tiua vita ſimul in decalogi mādatis con-
iūcta eſt. quia in ea ꝛ amor dei ꝛ amor ſer
uare proximi iubet. Amor quippe dei ad
contemplatiuā. amor vero ꝓximi ptinet
ad actiuā. Sed vnuſquiſqꝫ doctor vt ī ac
tiuam vitā plene ſe dilatet. atqꝫ in contē-
platiuā vigilanter ſurgat:in ſancte trini-
tatis fide debet eſſe pfectus. Unde ꝛ ea-
dem gazaphilatia triginta eſſe cōmemo-
rantur. vt cū denariꝰ ter ducit:vita ꝛ lin-
gua doctoris in trinitate ſolidet. Sꝫ hac
in re illud nobis eſt vigilāter intuendum
qđ ꝓpheta dum gazaphilatia deſcripſiſ-
ſet:adiunxit. Pauimentū ꝑ circuitū. At
qꝫ inferius ſubiūxit. Gazaphilatia in cir-
cuitu pauimenti. Quatenus ꝛ gazaphi-

latia in circuitu paulmēti: ⁊ paulmentum ī circuitu gazaphilatiorū eſſe videat. Pauimentū quippe ⁊ gazaphilatia eo ſūt ordine diſtincta. vt gazaphilatia inter paulmentū: ⁊ pauimentum inter gazaphilatia fuerit ſtratū. Nō hoc fratres ſine magno myſterio eſt ꝙ in circuitu gazaphilatiorū dicitur eſſe pauimentū: ⁊ in circuitu pauimēti narrat eſſe gazaphilatia. Habet enī pauimentū in circuitu gazaphilatia. qꝛ vita audientiū erudit quotidie: ⁊ cuſtodit linguam doctorū. Doctores etenī boni in ſancte eruditionis verbis modo fomētis dulcedinis: modo aſperitate increpatiōis inuigilant: vt auditorū ſuorū vitam a vitijs defendant. Sed habent ipſa quoqꝫ gazaphilatia in circuitu pauimentū. quia ſepe etiā doctorū cor vitiorum tētationibus tangitur: vt modo eleuetur iactationis ſuperbia: modo ire ſtimulis inflammetur. Sed cum bonorū auditorū vitam cōſiderant. eāqꝫ profeciſſe ſuis exhortationibus penſant: erubeſcūt tales non eſſe quales auctore deo per ſe conſpiciūt alios factos eſſe. ⁊ ante ſe in mente etiā ſtabiliūt ꝙ plene in culpā labantur. Nam cum ipſa ſua doctoribus verba ad memoriam reducunt: erubeſcunt nō ſeruare qđ dicunt Unde per Salomonē quoqꝫ dicit. Anima laborātis laborat ſibi. quia compulit eum os ſuū. Prouerb. 16. Os enī noſtrū nos cōpulit ad laborem: quando per hoc qđ diximus a vitijs refrenamur qꝛ turpe nimis eſt ibi nos negligendo cadere. vnde predicando conati ſumus alios leuare Habent ergo gazaphilatia in circuitu pauimentū. quia doctorum magna cuſtodia eſt vita venerabilis auditorū. Et ſuus ei ſermo fit in adiutorio. quia erubeſcūt pulſantibus vitijs nō reſiſtere qui contra vitia alios armauerunt. Quia enī ꝗdiu in hac vita viuimus: cōtra malignos ſpiritꝰ quid aliud ꝙ in acie ſtamus. Sicut prediximus: doctoris animꝰ forſitan aliqua elatione pulſatur. Sed ſiue ne ipſe pereat: ſeu ne per exemplū ſuum alios ad perditionem trahat. vigilanter ſe ⁊ feſtine circūſpicit: in cogitationibꝰ remordet. Adducta auditorū ſuorum vita ad memoriā ſemetipſum humiliat. ⁊ quibꝰ preualet modis agit: ne elatio principetur in mente: ne dominetur in opere. Scriptū quippe eſt. Initium omnis peccati ſupbia. Eccl. 9. Quis ergo ante dei oculos fructus boni operis: ſi ex radice putruit elationis. Sepe vt predictū eſt eiuſ animus tētatur ex ira: ſed citius ad circūſpiciendum recolligit: ⁊ diſcipline pondere deprimēs agit ne motꝰ animi trāſeat in ſermone: ne erūpat in voce. Fitqꝫ vt ira perturbati animi vbi per negligentiā oritur: ibi per iudiciū ſuffocata moriatur. Qua ex re agitur vt excepta culpa animus virtutem pariat. qꝛ ⁊ ſi ſe fortiter cuſtodire noluit ne ad motū ſurgeret: ſe tamen in cōmotione fortiter vicit. Unde bene per Salomonē dicitur Melior eſt patiens viro forti: ⁊ qui dominat animo ſuo expugnatore vrbiū. Prouerb. 16. Patiens prefertur. quia in illa actione victorie: homo victor eſt hominū In hac autem manſuetudine pacientie: animus victor eſt ſuus. Sequit.

B Et pauimentum in fronte portarum ſecundū longitudinē portarum erat inferius.

Si portarum longitudinē ad locum referimus in quo porte fuerunt cōſtructe ſecundū longitudinē portarum: pauimentum erat inferius. quia ꝗtum tenere locꝰ portarū poterat: tantū tenebatur ⁊ pauimentū qđ erat inferius. Longitudo ergo pauimenti a portis non erat diſſimilis: ſꝫ tamen equalitas pauimenti nō erat cum portis. Quid ergo ꝙ pauimentū cuꝫ portis longum ſimiliter erat: ſed equale non erat niſi ꝙ longe diſtat vita populorum a vita docētiū. Quia etſi ad regna celeſtia tendētes eandē lōganimitatē ſpei habēt eadem vero viuendi ſtudia nō habēt. Tendatur ergo pauimentū ſimiliter in longuꝫ quia ipſam fidem ipſaꝫ ſpem in ſe retinēt auditores quam habere certum eſt predicatores. Sed pauimentū inferius iaceat:

vt omnes auditores predicatores ſuos lõge ſuis meritis antecedere cognoſcant. Sin vero longitudinẽ portarum ipſam ſicut ſuperius diximus earum altitudinẽ ĩtelligere debemus. dum ſicut paulopoſt ſcriptum eſt ad portas gradibus aſcendebatur: tanto pauimentum iacet inferius. quanto vnaqueque porta ſurgit in altitudinẽ. Quia quanto ſanctior eſt vita doctoris: tanto fit humilior ſenſus audientis. Et ſemetipſum deſpicit dum predicatoris ſui vitã in magna ſurgere altitudine perpẽdit. Imitari etenim bona eius alia forſitan poteſt: alia non poteſt. In quibus preualet proficit: in quibus minime preualet ad humilitatem creſcit. Et hoc ipſum ergo ei in profectu eſt: qđ ei imitabile ad profectum non eſt. Ecce enĩ predicatorum noſtrorum ea que legimus dicta et facta penſamus: et in quantã altitudinem ſurrexerint porte cognoſcimus. Ut enĩ taceamus de oſtenſione ſignorũ loquamur de virtutibus cordium. Certe paulus qui ſe legi mortuum per legem dicit. Roma. 7. quia vt in chriſto crederet: ei hoc et lex ipſa predicauit. magno fidei ardore ſuccenſus: precepta legis tenere carnaliter noluit. circũciſionem in gentibus fieri vetuit. Gal. 5. Et cum Petrus apoſtolus ſeruari adhuc in circũciſione legis conſuetudinẽ vellet ei in faciẽ reſtitit: eumque hac in re fuiſſe reprehenſibilem dicit. Et in hoc eius ſtudiũ diſcipulis loquens non ſolũ culpam: ſed qđ eſt magis hypocriſim. id eſt ſimulationem nominat dicens. Gal. 2. Cum veniſſet petrus antiochiam: in faciẽ ei reſtiti: quia reprehenſibilis erat. Et paulopoſt. Et ſimulationi eius conſenſerũt ceteri iudei. Idem vero apoſtolorũ primus cum multa diſcipulos admoneret. atque a quibuſdã beati pauli ſcriptis agnoſceret dicit. 2. Pe. 3. Sicut chariſſimus frater noſter Paulus ſecundũ datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis: loquens in eis de his in quibus ſũt quedam difficilia intellectu que indocti et inſtabiles deprauant ſicut ceteras ſcripturas: ad ſuam ipſorũ perditionem. Ecce Paulus in epiſtolis ſuis ſcripſit petrum reprehenſibilem. et ecce Petrus in epiſtolis ſuis aſſerit paulum in his que ſcripſerat admirandũ. Certe enim niſi legiſſet petrus pauli epiſtolas nõ laudaſſet. Si autem legit: quia illic ipſe reprehẽſibilis dicitur inuenit. Amicus ergo veritatis laudauit etiã quod reprehẽſus eſt. atque ei ad hoc ipſum placuit quia in his non placuerat que aliter quam debuerat ſenſit. Neque etiam minori fratri ad cõſenſum dedit: atque ĩ eadem re factus eſt ſequens minoris ſui etiam vt in hoc preiret. quatenus qui primus erat in apoſtolatus culmine: eſſet primus et in humilitate. Penſate ergo fratres chariſſimi in quo mentis vertice ſtetit qui illas epiſtolas laudauit in quibus ſcriptum ſe vitupabilem inuenit: que illa manſuetudo tanta eſſe potuit: que quies animi: que ſoliditas atque imperturbatio cogitationis. Ecce a minore ſuo reprehenditur: et reprehendi non dedignatur. Non ad memoriã reuocat quod primus in apoſtolatum vocatus eſt. nõ quod claues regni celeſtis acceperit. non quod peccata quecũque ĩ terra ſoluerit: eſſent ſoluta et in celo. nõ quod in mare pedibus ambulauit. nõ quod paraliticos in ieſu nomine iubẽdo erexerat. non quod egros corporis ſui vmbra ſanauerat: non quod mentiẽtes verbo occiderat. non quod mortuos oratione ſuſcitabat. Ne igitur increpationis verba dedignaret audire omnia dona que acceperat quaſi a memoria reppulit: vt vnũ fortiter humilitatis donum teneret. Quis ergo noſtrum vel ſi extremum aliqđ ſignũ feciſſet: a minore fratre increpatus: increpationis verba patiẽter audiret. Nihil enim ſigni fecimus. Et ſi quis nos fortaſſe de actiõe noſtra reprehenderit: ſtatim tumeſcimus: magnos quoſdam nos taciti cogitamus. virtutes nobis ad animũ deducimus etiam quas nõ habemus. At contra petrus cũ virtutibus humilis in reprehenſionibus permanſit: ſed porta ſurrexit in altitudinem. Pauc

autem tantā manſuetudinem nos imitari non poſſumus: ſed quia pauimentū ſumus: longe inferius iacemus. Sunt vero nōnulli qui non Petrum apoſtolorum principē. ſed quendā alium eo nomine q̄ a Paulo eſt reprehenſus accipiūt. Qui ſi pauli ſtudioſius verba legiſſent: iſta nō dicerent. Dicturus etenim Paulꝰ cum veniſſet Petrus antiochiā: ei in faciē reſtiti. Gal. 2. vt de quo Petro loqueretur oſtenderet: in ipſo ſue narrationis initio premiſit: dicens. Creditum eſt mihi euangelium preputij: ſicut Petro circumciſionis. Ibidem. Qui eniꝫ operatus eſt petro in apoſtolatū circumciſionis: operatus eſt ⁊ mihi inter gentes. ¶ Patet ergo de quo petro paulus loquitur. quem ⁊ apoſtolum nominat: ⁊ prefuiſſe euangelio circumciſionis narrat. At fuerunt quidam qui ſecundā Petri epiſtolam: in qua epiſtole pauli laudate ſunt: eius dicerent nō fuiſſe. Sed ſi eiuſdem epiſtole verba penſare voluiſſent: longe aliter penſare potuerant. In ea quippe ſcriptuꝫ eſt. Voce delapſa ad eū huiuſcemodi a magnifica gloria. hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacui. 2. Pe. 1. Atqꝫ ſubiungitur. Et hanc vocem nos audiuimus cum eſſemus cum ipſo in monte ſancto. Ibidem. Legant itaqꝫ euangelium: ⁊ protinus cognoſcunt quia cum vox iſta de celo venit: Petrus apoſtolus cum domino ſtetit. Ipſe ergo hanc epiſtolam ſcripſit: qui hanc vocem in monte de domino audiuit. Sed quia pauca de Petro diximꝰ nunc ſi placet ad Pauli manſuetudinem conuertamur. ⁊ penſemus ſi poſſumꝰ. Ille qui tanti ardoris eſt in zelo predicationis vt apoſtolorum quoqꝫ primo non pareceret. quante ſit manſuetudinis in ſtudio longanimitatis. Taceamus autem q̄ ter virgis ceſus eſt. quia ſemel lapidatus eſt quia ter naufragium fecit. quia nocte ac die in profundo maris fuit. quia a iudeis quinquies quadragenas vna minus accepit. 2. Corinthi. 11. Minus enim animum ad iracundiam commouent ea mala que nobis ab apertis aduerſarijs irrogantur. hoc plus ſolet dolere quod a proprijs patimur. ¶ Unde ⁊ per pſalmiſtam ipſa veritas contra traditorem ſuum loquitur dicens. Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi: ſupportaſſem vtiqꝫ ¶ Tu vero vnanimis dux meus ⁊ notus meus: qui ſimul mecum dulces capiebas cibos. Pſal. 54. Penſemus ergo ſi poſſumus. Paulus apoſtolus qui tantum patiens inter perſecutores: quātum manſuetus int̄ diſcipulos fuerit. Certe corinthi veniens ab idolorum ſeruitio corinthios retraxit. quis eſſet verus deus innotuit. eterne eiꝰ vite gaudia predicauit. Et cum magnam multitudineꝫ populi in fide collegiſſet: tantam illic inopiam pertulit: vt victus ſui graui neceſſitate laboraret. ¶ Et panem terre a diſcipulis non accepit: quibus panem celi predicauit. Inſiſtebat verbo pro vita audientium. inſiſtebat labori manuum pro vita corporis ſui. prima Corinthi. quarto. De terris quoqꝫ alijs ſtipendia ei a diſcipulis mittebantur: vt Corinthijs predicare ſufficeret. Ipſe quoqꝫ ad eoſdem corinthios poſt per epiſtolam loquitur: dicens. ¶ Cum eſſem apud vos ⁊ egerem: nulli oneroſus fui. nam quod mihi deerat ſuppleuerunt fratres qui venerunt a macedonia. ſcd̄a Corinthi. duocedimo. Quibus ad magnum quoque improperium premiſit dicens. Alias eccleſias ſpoliaui: accipiens ſtipendium ad miniſterium veſtrum. Ibidem. Penſemus ergo ſi poſſumus cuius hoc manſuetudinis fuerit. ¶ Panem ſpiritus predicare. et panem carnis non accipere. corda audientium de diuitijs eternis inſtruere ¶ Et inter eoſdem diſcipulos fideles ⁊ habundantes fame laborare. inter ſatiatos pati inopiam: nec tamen quod patiebatur dicere: nec tamen etiam dolere. videre dura erga ſe corda audientium tenacium: nec a predicatione deſiſtere. Nam ſicut

apoſtoloꝝ acta teſtant̄: anno ⁊ ſex menſibus cōtinue in eadē ciuitate predicauit. Actuū.18. Cumq; ab eiſdē corinthijs receſſiſſet ad eos poſtmodū ſcribit qđ apud eos poſitus pertulit. 2. Corinth. 11. Quare autē hoc eis cū inter eos viueret: nunq̄ dixit? Ne qđ erga euȝ factū ex bona voluntate nō fuerat: fieret ex iuſſione. Et cū innoteſceret eoꝝ miſeria: remaneret volūtas ignota. Quare autē hoc poſtmodū lōge poſitus ſcribit? Ne oīmodo diſcipuli icorrecti remanerent: ⁊ quales magiſtro in tenacia fuerāt: alijs quoq; fratribus tales non eſſent. Vere in hoc paulus vere magiſter gentiū: ſua negligēs: aliena curans: impleuit quod p̄dixerat. Nemo qđ ſuū eſt querat: ſȝ qđ alteri⁹ ⁊ nō q̄ ſua ſūt ſinguli cogitātes: ſed ea q̄ alioꝝ. 1. Cori. 10. Quāta itaq; iſta manſuetudinis virtus eſt? Quanta tranquillitas ſpiritus? Quis autē noſtrū ſi vnū huius mūdi diuitē ad oīpotentis dei ſeruitiū conuertiſſet: ſeq; egere cōſpiceret: ⁊ illū ſibi vite ſubſidia nō prebere: nō protinus de eius vita deſperaſſet? Quis nō incaſſum laboraſſe ſe diceret? Quis nō ab ei⁹ exhortatiōe obmuteſceret: quē in ſemetipm̄ primū ferre fructū boni operis non videret? Sed paulus per manſuetudinē in virtutū vertice ſolidatus perſtitit: p̄dicauit: dilexit: ⁊ bonū quod ceperat expleuit: eaq; portando ⁊ perſiſtendo diſcipuloꝝ corda ad miſericordiā perduxit. Nam eoꝝ profectū poſtmodū ſcire ſe indicās: in eadem epiſtola ſcribit de miniſterio qđ fit in ſanctos. Ex abūdantia eſt eñ mihi ſcribere vobis. Scio eñ promptū animū veſtrū: pro quo de vobis glorior apud macedonias: quoniam achaia parata eſt ab anno priore: ⁊ veſtra emulatio ꝓuocauit plurimos. 2. Corinth. 9. De quib⁹ rurſus ait Qui nō ſolum facere ſed ⁊ velle cepiſtis ab anno priore. Ibidē. In quibus eñ nō tam opera q̄ pia vota requirebat: in eis ꝓculdubio plus laudat pia vota q̄ opera Notandū nobis eſt: quia habet improperiū hec ipſa conſolatio: cū dicitur ab anno priore. Bonū quippe: ſed tarde fecerant: atq; ideo hoc magiſter nō ſine reprehenſione laudat. Medic⁹ quippe eſt: qui medicamentū vulneri apponit: qđ et ea que purgata ſunt refouet: ⁊ ea que putrida inueniunt̄ mordet. Sed hec tolerando atq; predicādo expleuit quod cepit. Et mire longanimitatis virtus: diſcipuloꝝ duricia me molluit ad miſericordie viſcera: quia longitudo porte ſurrexit in altitudinem. Sed infirmi nos ad imitandū tante māſuetudinis longanimitatē idonei non ſumus: quia videlicet pauimentū ſumus et deſpecti in noſtris moribus iacemus. Ecce aūt dū de duobus ducibus celeſtis exercitus loquor: martyr quoq; ſtephan⁹ memorie occurrit: qui tentus ꝓ creatoris ſui nomine: ⁊ in medio perſecutoꝝ deductus: imperterritus ſtetit: fiducialiter docuit: ⁊ ex ȝelo veritatis perſecutores ſuos fortiter increpauit dicēs: Vos ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſtis. Actuū. 7. Cumq; illi ad lapides currerēt: flexo genu ꝓ eiſdem perſecutorib⁹ orauit dicens: Domine: ne ſtatuas illis hoc peccatū. Que itaq; iſta virtus eſt ſic ȝelo feruere: vt eis a q̄bus terrebat̄ perfidie improperia fiducialiter diceret: ⁊ ſic diligere vt in morte quoq; pro eis a quibus moriebat̄ oraret? Sic quippe ex ȝelo inferbuit: ac manſuetudinis nihil haberet. Et ſic māſuetus in eorum dilectiōe perſtitit: ac ſi cōtra eos feruoris nihil habuiſſet. Penſemus inter hec: vbi noſtre conſcientie reatus iacet. Quis eñ noſtrum ſi ſaltē verbi contumeliā a proximo acceperit nō confundit̄: cōmouet̄: non ad odiū erumpit: non preceptum dilectiōis obliuiſcit̄? Sed hoc ſtephanus ex oīpotentis dei gratia potuit quia ſurgēs in altitudinē porta fuit. Hoc nos miſeri noſtra virtute imitari nō poſſumus: quia longe inferius ſicut pauimētū iacemus. Quid aūt nos in vita ſanctorū de noſtra admiratiōe dicimus: cum ipſi quoq; antiqui patres predicatoꝝ ſancte eccleſie vitam cōſiderantes valde admirati ſunt? An nō eorum vitam pſalmiſta

admiratus eſt cum dicebat. Mihi autem valde honorati ſūt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. Ps. 138. Ad de quib⁹ eius amicis dicat euāgelium interroga: in quo veritas predicatoribus dicit. Vos amici mei eſtis. Joh. 16. Eſaias quoqꝫ eorū vitam intuēs: ait. Qui ſunt iſti qui vt nubes volāt. ⁊ ſicut columbe ad feneſtras ſuas. Eſa. 60. Recte autem predicatores ſancti nubes appellati ſunt. quia verbis pluunt. miraculis choruſcant. Qui volare quoqꝫ vt nubes dicuntur. quia in terra viuētes extra terram fuit omne qd egerūt. Unde ⁊ per quandā nubem dicitur. In carne enī ambulantes nō ſecdūū carnem militam⁹. i. Corinth. 10. Priores enim patres coniugijs vtebantur. filios procreabant. ſubſtantias poſſidebant. curis rei familiaris intendebāt. Iſtos autem prophetie iam ſpiritu preuidētes ſubſtātias deſerere. nihil in terra querere. nil poſſidere. nō eos vel homines per terram ambulantes: ſed nubes volantes nominat. Volant enim qui terram quaſi non tangunt. quia in ipſa nil appetunt. Qui ⁊ ad feneſtras ſuas quaſi columbe ſunt. quia pro manſuetudinis ſue ſpiritu in hoc mundo per oculos nil concupiſcunt. Conſiderem⁹ ergo quāte altitudinis iſte ſpiritalis edificij porte ſunt: quas ⁊ ſpiritales patres admirātur quantūqꝫ nos in earū admiratione humiliare neceſſe eſt: qui pauimentū ſumus. Sed quia ſub longitudinis appellatione altitudinē portarum audiuimus: nunc aliquid de earum latitudine cognoſcamus. Sequitur.

Et menſus eſt latitudinem a facie porte inferioris vſqꝫ ad frontem atrij interioris extrinſecus. centum cubitos ad orientē ⁊ ad aquilonem.

In quibus verbis ſi portā aditum accipimus quo ad cognitionē domini intramus. Porta inferior fides eſt. atrium vero interius contēplatio. Habet autē porta inferior latitudinē in facie. quia videlicet fides per charitatis ſue amplitudinē habet eam que videtur a proximis operationem. Quā dum fortiter a perfectioribus agi conſpicim⁹: nos qui in bonis actibus anguſtamur exempla p eos magne operationis accipim⁹. Et vnaqueqꝫ ſancta actio quaſi quedā nobis fit latitudo itineris que prius erat anguſtia difficultatis. Habet quoqꝫ atriū interius frontē. qr contemplatiua vita per quedā ſigna deſideriorum ⁊ gemituū oſtendit q̄tum intus videat que tantū amat. Denari⁹ autē numerus p ſemetipſum multiplicatus in centenariū ſurgit. Unde recte p centenariū magna perfectio deſignat. ſicut de electis dicitur. Omnis qui relinquit domū vel fratres. aut ſorores. aut patrē. aut matrem. aut vxorē. aut filios. aut agros ꝑpter nomē meū cētuplū accipiet: ⁊ vitā etnā poſſidebit. Mat. 19. Neqꝫ enī ſanct⁹ q̄ſqꝫ ideo terrena deſerit: vt hec poſſidere ī hoc mūdo multiplicius poſſit. Sz quiſquis terreno ſtudio terrā relinquit: terrā nō relinquit: ſed appetit. Nec qui vnam vxorem deſerit centū receptur⁹ eſt: ſed per centenarium numerū perfectio deſignat. Sz quiſquis pro dei nomīe tēporalia atqꝫ terrena contēnit: ⁊ hic perfectionē mentis recipit. vt iam ea nō appetat que contēnit: ⁊ in ſequenti ſeculo ad eterne vite gloriā peruenit. Centies itaqꝫ recipit qd dedit: qui perfectionis ſpiritū accipiēs terrenis non indiget: etiam ſi hec non habet. Ille autē pauper eſt: qui eget eo qd nō habet. Nam qui ⁊ non habens habere nō appetit: diues eſt. Paupertas q̄ppe in inopia mentis eſt non in quātitate poſſeſſionis. Nam cui in paupertate bene cōuenit: non eſt pauper. Menſus eſt ergo vir latitudinem a facie porte inferioris: vſqꝫ ad frontem atrij interioris extrinſecus centū cubitos. Quia redēptor noſter quottidie p magiſtros atqꝫ doctores in mēſura pfectionis metitur vitam fideliū. vel in ſpecie boni operis per fidem vel in ſanctis deſi-

Nō ſuſi q̄ ſit centuplum accip-

derijs per contemplationē. Multi etenī videntur in fide poſiti magna operari: ſꝫ in centū cubitis non menſurantur. qꝛ per ipſa que faciunt terrenā gloriam querūt. Et quidā videntur per abſtinentiam cruciari. gemitibus inſiſtere. ſed eoꝛuꝫ menſura ad centū cubitos minime ducitur. qꝛ in his que agunt ab humano iudicio fauores requirunt. Quis ergo eſt qui per centuꝫ cubitos mēſuratur: niſi is cui⁹ bona operatio recta intentione vtitur. vt in eo qđ agit non ad terrena lucra appetēda aut ad laudes tranſitoꝛias reflectat. Ecce eniꝫ miſericoꝛdiā proximis exhibere. poſſeſſa largiri. cum celeritate indigenti tribuere: latitudo in facie poꝛte inferioꝛis ē. Sed ſi tua dans aliena nō appetas. ſi terrenam gloriā de ipſo bono opere non requiras: recte in centenario numero. id eſt in perfectione menſuraris. Nā qui videtur dare miſericoꝛditer ꝓpria. ⁊ rapit foꝛſitan violenter aliena: iſte adhuc q̄ ſit via perfectionis ignoꝛat. Nec cognouit vnde ad perfectionem tenditur. quia nec ipſuꝫ eius initiū inuenit. Prius enim appetitum euellere a mēte debuit ⁊ poſtea que iure poſſidet largiri. Unde ſcriptum eſt. Declina a malo ⁊ fac bonū. pſ. 33. Quid enim poteſt eſſe boni qđ fecit: qui necduꝫ a malo declinauit? At ſunt quidam qui ſicut dictum eſt ab alimentis abſtinent. carnem cruciant. ſed tamen ſi pulſati fuerint cognoſcuntur quia ad mundi gloꝛiam anhelant. iſti frontem atrij interioꝛis oſtendunt: ſed per centum cubitos nō menſurātur. Qui ergo in numero perfectionis ſunt: de quibus per paulū dicitur. Qui carneꝫ ſuam crucifixerunt cum vitijs ⁊ concupiſcentijs. Gal. 5. Et notandū quia non dicitur ꝙ intrinſecus: ſꝫ extrinſecus iſta mēſurantur. Quia videlicet redemptoꝛ noſter cum per nos facta hominū vel approbat: vel iudicat: non intrinſecus meti⁹tur. vnde ⁊ per euangeliū dicit. Ex fructibus eoꝛum cognoſcetis eos. Math. 7. Quia enim per hoc qđ videmus cognoſcimus operantis animū quem non videmus: ſiue latitudinem que in facie poꝛte ē inferioꝛis: ſiue frontem atrij interioꝛis extrinſecus metimur. Cum eniꝫ alios conſpicimus largiri elemoſynā: afflicto occurrere. oppreſſo ſubuenire: nihil eos in hoc mundo gloꝛie querere. nullis huius mundi compēdijs inhiare. Atqꝫ alios videmus carneꝫ domare. lachꝛymis inſiſtere. verbis celeſtibus occupari. nihil tranſitoꝛij honoꝛis appetere. quid aliud debemus: niſi eos perfectos eſſe credere. ſanctos eſtimare. Quia ergo per hoc quod aſpicimus: eos perfectos eſſe videm⁹: eoꝛum vitā per centum cubitos extrinſecus metimur. Et quia multi in iudea: pleriqꝫ vero in gentilitate poſiti ad hanc perfectionis ſummā venerunt: recte ſubiungitur Ad orientē ⁊ ad aquilonem. Judaic⁹ etenim populus oriens iure dict⁹ eſt. de cuius carne ille eſt natus qui ſol iuſticie vocatur. De quo per prophetā dicitur. Nobis autem qui timetis dominū orietur ſol iuſticie. Mal. 4. Per aquiloneꝫ vero gētilitas figuratur que diu ꝑfidie ſue frigoꝛe toꝛpuit: ⁊ in cuius coꝛde ille regnauit: qui atteſtante propheta apud ſemetipſuꝫ dixit. Ponam ſedem meā ad aquilonē. Eſa. 14. Quia itaqꝫ incarnatus omnipotens deus alios perfectos ex iudea. alios ex gentilitate perfectos intra ſanctam eccleſiam fecit: centum cubitos non ſolū ad orientem menſus eſt: ſed etiam ad aquilonem. Sed quia ſub aquilonis nomine de gentilitate ſermo ſe intulit: conſiderare libet quātum ſuper nos effuſa ſunt viſcera creatoꝛis noſtri. ¶ Omnes enim nos ex gentilitate venimus. Antiqui parentes noſtri lignis ⁊ lapidibus ſeruiebant: ⁊ derelinquentes deum a quo facti ſunt: deos venerati ſunt quos fecerunt. Nos autem per omnipotentis dei gratiam ad lucem de tenebris venimus. Recolamus ergo de quibus tenebris venimus: ⁊ de luce quam accepimus gratias agamus. Neqꝫ enim diuinam miſericoꝛdiam intelligit: qui ſue miſerie memoꝛ non eſt. Unde ⁊ per pſalmiſtam deo dicitur. Mirific

ca misericordias tuas domine: qui saluos
facis sperantes in te. Ps. 16. Tunc eniz
nobis dei misericordie mirificantur: cum
nobis ad memoriam miserie nostre reuo⸗
cantur. Quia recolentes quid fuimus: in
telligimus cui debemus quod sumus.
Cantemus itaqz cum gaudio creatori no
stro: qui de seruitio creature colla mentis
excussimus. Gaudeamus in nobis imple
tum esse quod per Esaiã dictum est. Et
frenum erroris quod erat maxillis popu⸗
lorum canticum erit vobis sicut vox san⸗
ctificate solẽnitatis. Esa. 30. Frenũ quip
pe erroris maxillas populorum constrin⸗
xerat: quando ydolorum errore obligata
gentilitas: deo vero confessionis laudem
dare nesciebat. Sed hocipsum erroris fre
num iam nobis in canticũ versum est: cuz
gaudendo psallimus atqz cantam⁹. Om
nes dij gentium demonia: dominus au⸗
tem celos fecit. Ps. 95. Et rursum. Si
mulachra gentiuz argentũ ⁊ aurum: ope
ra manuum hominum. Os habent ⁊ nõ
loquentur: oculos habent ⁊ non vidẽbũt
Aures habent ⁊ non audient: nares ha⸗
bent ⁊ non odorabunt. Manus habent ⁊
non palpabunt: pedes habent ⁊ non am⸗
bulabũt. Ps. 113. Qui itaqz hec omni⸗
potenti domino psallendo dicimus: ip⸗
ſum erroris nostri frenũ quod a laude dei
ora nostra ligauerat. vero domino canti⸗
cuz fecimus. Bene autẽ dicitur. sicut vox
sanctificate solẽnitatis. Quia dũ confes⸗
sionis laudẽ deo reddimus: in sanctifica⸗
ta solẽnitate gaudemus. Respõdeamus
ergo moribus tante misericordie redem⸗
ptoris nostri: ⁊ qui lucem cognouimus:
prauorũ operum tenebras declinemus.
Quid est iam rogo qd in hoc mũdo libe⸗
at? Ubiqz luctus aspicimus. vbiqz gemi⸗
tus audimus. Destructe vrbes. euersa sũt
castra. depopulati agri. in solitudinez ter
ra redacta est. Nullis in agris incola pe⸗
ne: nullus in vrbibus habitator remansit
Et tamen ipse parue generis humani re⸗
liquie adhuc quotidie ⁊ sine cessatione fe
riuntur. Et finẽ non habent flagella cele⸗
stis iusticie. quia nec inter flagella corre⸗
cte sunt actionis culpe. Alios in captiui⸗
tatem duci. alios detruncari. alios inter⸗
fici videmus. Quid est ergo q̄ in hac li⸗
beat fratres mei. Si ⁊ talẽ adhuc mundũ
diligimus non iam gaudia: sed vulnera
amamus. Ipsa autẽ que aliquando mũdi
domina esse videbatur qualis remãserit
Roma: conspicimus. Immẽsis dolorib⁹
multipliciter attrita. de solatione ciuiũz:
impressione hostium. frequẽtia ruinaruz.
Ita vt in ea completuz esse videamus qd
contra vrbem samariã per hunc eundem
prophetã longe superius dicitur. Pone
ollam. pone inquã ⁊ mitte in ea aquaz et
congere frusta eius in ea. Ezech. 24. Et
paulopost. Efferbuit coctio eius. ⁊ disco⸗
cta sunt ossa illius in medio ei⁹. Atqz iterũ
Cõgere ossa q̄ igne succẽdã. ꝯsumenẽ car
nes. ⁊ coquetur vniuersa ꝯpositio. ⁊ ossa
tabescẽt. Pone quoqz eã sup prunas va⸗
cuã vt incalescat ⁊ liq̄fiat es ei⁹. Tũc enĩ
nobis olla posita ẽ: cũ hec est ciuitas con⸗
stituta. Tũc in ea aqua missa est: ⁊ frusta
eius congesta sunt: quãdo ad eam vndiqz
populi defluebãt: qui velut aqua calens
actionib⁹ mundi feruescerent: ⁊ quasi fru
sta carnium in ipso suo feruore liquaren⸗
tur. De qua bene dicit. Efferbuit coctio
eius: ⁊ discocta sunt ossa eius in medio il
lius. Ezech. 24. Quia prius quidem in
ea vehementer incaluit actio glorie secu⸗
laris: sed postmodũ ipsa gloria cum suis
sequacibus defecit. Per ossa etenĩ poten
tes seculi. per carnes vero populi designã
tur. Quia sicut carnes portant ossib⁹: ita
per potẽtes seculi infirmitas regit popu⸗
lorũ. Sed ecce iã de illa omẽs hui⁹ secu⸗
li potẽtes ablati sũt. ossa ergo excocta sũt
Ecce populi defecerũt. carnes eius lique
facte sunt. Dicat itaqz. Cõgere ossa q̄ ig⸗
ni succendã. consument carnes: ⁊ coque⸗
tur vniuersa compositio eius: ⁊ ossa tabe
fient. Ubi enim senatus: vbi iam popu⸗
lus. Contabuerunt ossa: consumpte sunt
carnes. omnis in ea secularium dignita⸗
tum ordo extinctus est. Excocta est vni⸗

pro ɔtemptu mũdi applicat̃ et de Rome Ruina

uerſa compoſitio eius. Et tamen ipſos nos paucos qui remãſimus: adhuc quottidie gladij: adhuc quottidie innumere tribulatiões premũt. Dicatur ergo: Pone quoqꝫ eã ſuper prunas vacuã. Quia ſenatus deeſt: populus interijt: ꝛ tamen in paucis qui ſunt dolores ꝛ gemit⁹ quottidie multiplicant: iam vacua ardet roma. Quid autẽ iſta de homĩbus dicim⁹ cum ruinis crebreſcẽtibus ipſa quoqꝫ deſtrui edificia videmus. Unde apte de ciuitate iam vacua ſubdit. Incaleſcat ꝛ liquefiat es eius. Jam enĩ ꝛ ipſa olla conſumit: in qua prius ꝛ carnes ꝛ oſſa cõſumebant. Quia poſtq̃ defecerunt homines etiã parietes cadũt. Ubi autẽ ſunt qui in eius aliquãdo gloria letabant: vbi eorũ pompa: vbi ſuperbia: vbi frequẽs ꝛ immoderatũ gaudiũ? Impletum eſt in ea qꝺ contra diſtrictã niniuen per prophetã dicitur. Ubi eſt habitaculũ leonũ: ꝛ paſcua catulorꝫ leonũ. Naũ. 2. an eius duces ac principes leones nõ erant: qui per diuerſas mũdi prouincias diſcurrẽtes predã ſeuiendo ꝛ interficiẽdo rapiebant? Hic leonũ catuli inueniebãt paſcua: quia pueri: adoleſcẽtes: iuuenes: ſeculares: ꝛ ſecularium filij huc vndiqꝫ cõcurrebant: cũ proficere in hoc mũdo voluiſſent. Sed iam ecce deſolata: ecce cõtrita: ecce gemitibus oppreſſa eſt. Jam nemo ad eã currit: vt in hoc mũdo proficiat: iam nullus potens ꝛ violentus remãſit: qui opprimendo predam diripiat. Dicamus ergo. Ubi eſt habitaculũ leonũ: ꝛ paſcua catulorꝫ leonũ? Contigit ei qꝺ de iudea nouimus per pphetã dictum. Dilata caluitiũ tuũ ſicut aquila. Caluitiũ quippe hoĩs in ſolo capite fieri ſolet. Caluitiũ vero aquile in toto corpore: quia cũ valde ſenuerit: plume eius ac penne ex oĩbus mẽbris illius cadunt. Caluitiũ ergo ſuũ ſicut aquila dilatat: quia plumas perdidit que populum amiſit. Alarũ quoqꝫ penne ceciderũt: cũ quibus volare ad predã cõſueuerat: quia omnes potẽtes extincti ſunt per quos aliena rapiebat. Hec autẽ que de romane vrbis contritõe dicimus: in cũctis facta mũdi ciuitatibus ſcimus. Alia etenĩ loca clade deſolata ſunt: alia gladio conſumpta: alia fame cruciata: alia terre hiatibus abſorpta. Deſpiciamus ergo ex toto animo hoc preſens ſeculũ: vel extinctũ finiamus mũdi deſideria: ſaltem cum mũdi fine imitemur bonorꝫ facta que poſſumus. Apud orientem ꝛ aquilonẽ multi ſunt: qui pro perfectiõe vite centum cubitis menſurãtur. Ex iudea etenĩ ꝛ gentilitate ſicut dictum eſt: ad ſanctitatis culmen excreuerunt: quãuis intelligi per orientẽ ꝛ aquilonẽ etiã iuſti ꝛ peccatores poſſint. Oriens quippe nõ immerito iuſti nominãt: qui ſicut in luce fidei nati ſunt: in innocentia perſtiterũt. Per aquilonẽ vero recte peccatores accipimus: qui meritis frigore dilapſi: ſub peccati ſui vmbra torpuerunt. Sed quia oĩpotentis dei miſericordia etiam tales ad penitentiã reuocat: compunctiõe ꝛ lachrymis lauat: virtutibus ditat: vſqꝫ ad perfectiõis gloriam ſubleuat. Non centũ cubitis ſolum ad orientẽ ſed etiam ad aquilonẽ ducunt: dum cum iuſtis etiam peccatores per dona ꝛ penitentiã ad perfectionẽ veniũt. Per eũ qui viuit ꝛ regnat cũ patre in vnitate ſp̄ũſancti: per oĩa ſecula ſeculorꝫ. Amen.

Explicit Omelia. XVIII.

Incipit Omelia. XIX. que exponit litterã. XL. capituli ab illa parte Portã vero que reſpiciebat viam aquilonis atrij exterioris. vſqꝫ ad illã partem eiuſdẽ capituli. Et porta atrij interioris in via auſtrali. Et menſus eſt ꝛc.

Magna legentium debet eſſe di
ſcretio: vt in ſacro eloquio cuꝫ
quilibet vnus ſermo dicit: non
ſemper vnã eandẽꝗ rem ſigni
ficare credat. Sicut aliquãdo ſol in bo-
no: aliquãdo vero accipit in malo. Solis
etenim nomine aliquãdo ſignat dominus:
aliquãdo perſecutio. Atteſtãte autẽ libro
ſapiẽtie: in inferno impij dicturi ſunt. Er
rauimus a via veritatis: ⁊ ſol iuſticie nõ
luxit nobis. Sapien. 5. Et de iactis ſemi
nibus dñs dicit: Orto ſole aruerũt. Mar
ci. 4. Quia videlicet facta perſecutiõe:
in reproboꝝ cordibus predicatõis verba
ſiccãt. Sic leo dominũ ſignat. Unde ſcri-
ptũ eſt. Uicit leo de tribu iuda. Apocal.
5. Sic leonis noĩe diaboli ſimilitudo ex-
primit: ſicut per primũ paſtorẽ dicit. Ad-
uerſarius veſter dyabolus ſicut leo rugi-
ens circuit: querẽs quem deuoret. 1. Pe
tri. 5. Sic bouis nomĩe ſapiens deſigna-
tur. Unde ſcriptũ eſt. Non iũges bouem
⁊ aſinũ: ideſt ſapientẽ cum ſtulto in predi
catiõe non ſocies. Deut. 22. Sic per bo-
uẽ fatuus figurat: ſicut de eo qui in turpi
tudine amoris captus eſt dicit: Statim-
ꝗ eam ſequit: quaſi bos ductus ad victi-
mã: ideſt ſicut fatuus trahit ad mortem.
Prouerb. 7. Hec igit dixi: ne quia porta
ſignificare dominũ: vel predicatores: vel
ſcripturã ſacram: vel fidẽ expoſui. Ubi-
cumꝗ iam in hoc ꝓpheta porta legit: ſi-
gnare aliud non credat. Cum enĩ de vna
porta ꝓpheta loqueret: recte fides intel-
lecta eſt: quia vna eſt omniũ electorum fi-
des. Cum vero alie porte nominãtur: in-
telligi ora predicatoꝝ poſſunt: per que ve
ra vita cognoſcit: et per ꝙ aſcendit ad ſa-
cramentoꝝ ſpiritaliũ cognitionẽ. Nam
portam per quã ſignificare fidem diximꝰ:
notandũ nobis eſt quia inferior appella-
tur. In hac enĩ vita dum ſumus quaſi in
imo poſiti adhuc inferius tenemur. Et re
cte inferior porta fides eſt: quia nobis in
terra poſitis aperit cognitionẽ dei. Itaꝗ
nunc dicitur.

¶ Portam quoꝗ que reſpicie-
bat viam aquilonis atrij exte-
rioris menſus eſt: tam in lon-
gitudine quã in latitudine: et
thalamos eius tres hinc: ⁊ tres
inde. Et frontes eius et veſti-
bulum eius ſecundũ menſuraꝫ
porte prioris quinquaginta cu-
bitorũ: longitudinẽ eius ⁊ lati-
tudinem viginti ⁊ quinꝗ cubi-
torũ. Feneſtre autem eius ⁊ ve-
ſtibulũ ſculpture ſcdm menſu-
raꝫ porte que reſpiciebat ad ori
entem: ⁊ ſeptem graduum erat
aſcenſus eius ⁊ veſtibulum an-
te eam.]

¶ De porta que reſpiciebat viã aquilonis
atrij exterioris: eaipſa replicant que iam
de porta alia ſuperiori dicta ſũt: atꝗ alia
ſubiungũtur que de predicta porta ꝓphe
ta tacuerat. Ut ergo de his latius diſſe-
ramus: que necdũ diſcuſſa ſunt: debemꝰ
ea que dicta ſunt ſub breuitate replicare.
Porta enĩ viam aquilonis reſpicit: cum
predicator quiſꝗ vitã peccatoris agno-
ſcit: eiꝗ interiora vite per verbũ predica-
tionis aperit: que porta atrij exterioris di
cit. Exterius quippe eſt atrium vita pñs
in qua oẽ quod corpaliter agit: corpalter
etiam videt. Que tam in longitudine ꝗ̃
in latidine menſurat: quia cum ad fidem
peccator ducit: neceſſe eſt vt eius doctor
cõſideret vel quantũ in longitudinẽ ſpei
vel quãtum in latitudinem charitatis ex
eius admonitione proficiat. Qui enim
ad deum cõuertit: ſi adhuc bona vite pre
ſentis ſperat: longitudinem non habet:
quia breuis eſt vita in qua ſpem poſuit.
Si per terrenorum concupiſcentiã ⁊ ad-
huc proximi odio coanguſtat: latitudinẽ
non habet: quia neſcit vel tranſitoria cõ-
temnere: vel ſe in proximi amore dilata-
re. Cum vero cõuerſus quiſꝗ eterne vi-

tis gaudia longanimiter ſperat: proximorum moleſtias cum charitate tolerat: et ea que non habet cõcupiſcere cõtemnit: longitudinẽ et latitudinem porta habet: quia gloria predicatoris eſt ꝑfectus auditoris. Unde quibuſdã per magnũ predicatorem dicit: Gaudium meũ ⁊ corona mea. Philip. 4. Et rurſum. Ecce nunc viuo: ſi vos ſtatis in domino. 1. Theſ. 3. Atqꝫ iterũ. Que eſt noſtra ſpes: aut gaudium: nõne vos ante dominũ? 1. Theſſalon. 2. Longitudo ergo ⁊ latitudo porte eſt que ad aquilonẽ reſpicit: quia cum infidelẽ quẽpiam in peccati ſui frigore torpentem p̃dicator ad fidẽ conuerterit: per hoc ꝙ eũ in longitudinẽ ſpei tendit: ⁊ in amplitudinẽ charitatis dilatat: eius gloriam facit. Et quia in cognitiõe ſancte trinitatis ex verbo predicationis auditores quiqꝫ in eiuſdẽ trinitatis amore proficiũt habet hec eadẽ porta thalamos tres hinc ⁊ tres inde: quia om̃e quod per teſtamentum nouũ de trinitate cõditor loquitur: hoc etiam de teſtamento veteri oſtendit. Et cor audientiũ in amore celeſtis patrie perficit: vt anima inherẽs deo: quaſi ſpõſa cum ſponſo in quodã iam thalamo ſedeat: atqꝫ ſe a terrenis deſiderijs funditus auertat. Uel certe vt longe ſuperius dictum eſt: quia tres ſũt ordines bene viuentiũ: bonorum ſcilicet cõiugatoꝝ: continẽtiũ: atqꝫ predicatoꝝ. Et quia alij etiam in cõiugijs poſiti: amore celeſtis patrie anhelant: alij autem ſpe eterni gaudij etiam carnẽ macerant: omneſqꝫ actus terrenos refugiunt: ⁊ in cura huius ſeculi implicari contemnũt: alij vero ⁊ terrena bona deſpiciũt: et celeſtia gaudia predicant que cognouerũt. Quid iſti niſi in ſpiritali edificio thalami ſunt: in quoꝝ cogitatiõe ⁊ meditatiõe anima celeſti ſponſo ſociatur? Quos tres bonorũ ordines: quia non ſolum eccleſia ex gentibus habet: ſed aliquãdo etiam ſynagoga habuit dum magna multitudo ſpiritaliũ redemptoris gratiam ardẽter expectauit: porta edificij celeſtis tres hinc: ⁊ tres inde thalamos habet. Quia predicator quiſqꝫ cũ ad ſupernam patriã auditorem prouocat ⁊ nouos patres ⁊ veteres anhelaſſe celeſti deſiderio demonſtrat. Plus enĩ pleruͣqꝫ exemplum ꝙ rationatiõis verba cõpungunt. Et cum predicator dicit: quales alij in coniugio: vel in cõtinentia: vel in predicatiõe erga omnipotẽtis dei amorem in nouo teſtamento fuerint: vel alij quales in veteri porta que loquit ternos ex vtroqꝫ latere habere thalamos oſtendit. Que porta habet ⁊ frontẽ: quia ſunt in p̃dicatoris vita aperta que opa vident habet ⁊ ante frontem veſtibulũ: quia priuſꝙ bona opera inſinuet: predicat fidem per quã anima humiliter veniens ad bonorum actuũ altitudinem ſubleuet. Que cuncta ſcd̃m menſuram porte prioris ſũt: iuxta hoc quod ſubdit. Quia menſus eſt quĩquagĩta cubitorũ longitudinẽ eius: ⁊ latitudinẽ vigintiquinqꝫ cubitorũ. Hec iam ſuperi⁹ latius me dixiſſe meminiſtis. Per quinquagenariũ enim numerum requiem diximus figurari: quia ⁊ quinquageſim⁹ veteri populo in requiem datur: qui appellatus eſt iubileus: ⁊ ſeptenarius numerus per quem hoc om̃e tempus euoluitur ſepties multiplicatus: ad quadraginta et nouem ducitur. Cui monas additur: quia in vnius cõtemplatione requies eterna perficitur. Idem ergo quinquagenarius numerus nobis in longitudinem eſt: quia peruenire ad illam requiem nõ poteſt: niſi qui ad eam ſpem ſuam modo tẽdere longanimiter poteſt. Quia enim per quinquagenariũ numerum ad eternam requiem ꝓuocamur: etiam hoc nos omnino inſtruit: quod in tabernaculo decem cortine iuſſe ſunt fieri: que haberent anſulas quinquagenas: ⁊ circulos aureos quinquagenos a latere ⁊ ſummitate. Cortine tabernaculi ſancti omnes ſũt: qui ex diuerſis virtutum colorib⁹ in ſancte eccleſie ornamẽto proficiunt. Qui ⁊ interiora velant: et exteriora om̃imodo exornant: quia eorum vita inquantum videtur ornamentũ eſt: ⁊ eorum intellectus

intus abſconditus: dũ celeſtia que in mẽte ſeruant edicere non poſſunt: in eis aliquo modo velatur. Recte autem decem cortine ſunt: quia per decalogi ſtudiũ ipſa ſanctorũ corda profecerũt. Iacinctine vero anſule cortinarũ fieri quĩquaginta precepta ſunt. Iacinctus celi ſpeciẽ habet. Anſule ergo cortinarũ ſunt precepta celeſtia in quibus ligantur anime: vt ab inferioribus ſubleuate ſuperius pendeant. Que videlicet anſule habent ⁊ circulos aureos: intelletum ſcilicet vera ſapientia fulgentem. Qui intellectus quia eſſe debet per oĩa circumſpectus: ⁊ caute ſollicitudinis vigilãtia munitus: recte per circulos deſignatur. Et notandum ꝙ a latere ⁊ ſummitate iubentus anſule vel circuli in cortinis fieri: quia ꝑcepta celeſtia et intellectus ſpiritalis non ſolum debet nos ſurſum in dei amorem ſuſpẽdere: ſed etiam proximo in charitate ſociare. In eo enim ꝙ conditorem noſtrum diligimus: quaſi per ſuperiores anſulas in aere pendemus. In eo vero ꝙ ſicut noſmetipſos proximo s amamus: anſulas ⁊ circulos a latere habemus: vt cortine tabernaculi: ideſt fidelium anime per charitatem coniuncte ſint: ⁊ nõ per diſcordiã diuiſe. Unde et hic poſt longitudinẽ quinquaginta cubitorũ protinus latitudo ſubiungitur: viginti ⁊ quĩꝗ cubitorum: que videlicet latitudo ad charitatẽ proximi pertinet. Ipſa enim in fratrum amore ſe dilatat: at ꝙ erga eos omne quod poteſt boni operis exercet. Cuncta autẽ bona opera que corporaliter fiũt: per quinque corporeos ſenſus exhibentur: videlicet per viſum: auditum: tactum: guſtũ: odoratum. Quinarius vero numerus per ſemetipſm ductus ad viceſimũ ⁊ quintũ peruenit: quia bona opera cum agi ceperint: per feruorẽ animi ad augmentum excitant: et per ſemetipſa multiplicantur. Unde ⁊ latitudinem menti faciunt: vt non ſit anguſta per teporem: ſed expanſa in bonis actibꝰ per charitatem. Omnis enim torpor teporis anguſtia eſt: oĩs vero benignitas charitatis magna latitudo. Nam ⁊ ſi res deſunt: que fortaſſe indigenti proximo prebeant: ampla eſt ſubſtantia volũtatis bone que ſufficit ad regni retributionem: ſicut ſcriptũ eſt. In terra hominibus bone voluntatis. Luce. 2. Sequit.

Feneſtre autẽ eius veſtibulum et ſculpture: ſcd̃m menſuram porte: que reſpiciebat ad orientem.

Cũcta hec iam ſuperius latius dicta ſũt ⁊ iccirco ſermo non debet moroſa expoſitiõe tardare. Hoc tamen magnopere notandũ eſt: ꝙ porta ad aquilonẽ ea omnia habere perhibet: que porta ad orientẽ: feneſtras ſcilicet contemplatiõis: veſtibulum humilitatis: ſculpturã bone operationis. Omnes eñ qui per hoc ꝙ deo in conuerſatiõe nati ſunt: in innocentia perſtiterũt: portam ad orientem habẽt: quia eis celeſtis regni aditus patet ex lumine quod acceperũt. Et omnes qui in peccatis poſtmodum lapſi torporis ſui frigore ſunt depreſſi: ſed per penitentiã redeunt ad amorem celeſtis patrie et recaleſcunt: portam ad aquilonẽ habent: quiã eis etiam poſt peccati ſui frigus regni aditꝰ per miſericordiã patet. Ea ergo habere dicitur ad aquilonẽ: quia ⁊ conuerſi peccatores ſic ditantur virtutibus: ſicut illi ſunt diuites: qui cadere in peccati penitentiã vitauerũt. Unde ⁊ pſalmiſte voce per dominũ dicit: Cinerem ſicut panẽ mãducabam. ps. 101. Quia ſic penitẽtes recepit vt iuſtos. Scriptũ quippe eſt de peccatoribus. Olim in cilicio ⁊ cinere penitẽtiã egiſſent. Mat. 11. Cinis ergo ſicut panis comedit: qñ auctori ſuo peccator per penitentiã ſicut innocẽs reuocat. Porta igit ad aquilonẽ habet feneſtras: hẽt veſtibulũ: hꝫ ſculpturas: qꝛ cũ pctõr ad vitã poſt culpas reducit: ſepe lumen ↄtemplatiõis accipit: atꝗ de ipſa memoria iniq̃tatis ſue gratiã magne hũilitatis: bone qꝫ opatiõnis efficaciã: vt oẽ qđ fieri ꝑcipit: in vita eiuſ q̃ſi ſculptũ eſſe videat. Septẽ Ꝟo gra

dnum erat aſcenſus eius: ⁊ veſtibulū ante eam. Septē gradibus ad portā aſcēditur. quia per ſancti ſpiritus ſeptiformem gratiā aditus nobis regni celeſtis aperit. Quā ſeptiformē gratiam Eſaias in ipſo noſtro capite: vel in eius corpore quod ſumus enumerans: dicit. Requieſcet ſuper eum ſpiritus ſapientie ⁊ intellectus. ſpiritus conſilij ⁊ fortitudinis. ſpiritus ſcientie ⁊ veritatis. ⁊ replebit eum ſpiritus timoris domini. Eſa. xi. Quos gradus de celeſtibus loquens deſcendēdo magis ꝙ aſcendendo numerauit. videlicet ſapientiam. intellectū. conſiliū. fortitudinē. ſciētiam. pietatem. timorē. Et cum ſcriptum ſit. Initium ſapientie timor domini. Prouerb. 9. Conſtat proculdubio qꝛ a timore ad ſapientiā aſcenditur. nō autē a ſapientia ad timorē reditur. qꝛ nimirū perfectā habet ſapientia charitatē. Et ſcriptū eſt. Perfecta charitas foras mittit timorem. 1. Ioh. 4. Propheta ergo qꝛ de celeſtibus ad ima loquebat: cepit magis a ſapiētia ⁊ deſcendit ad timorē. Sed nos qui a terrenis ad celeſtia tendimus: eoſdē gradus aſcendendo enumerem⁹: vt a timore ad ſapientiā peruenire valeamus. In mēte etenim noſtra primus aſcenſionis gradus eſt timor domini. ſecūdus pietas. tertius ſcientia. quartus fortitudo. quintus conſiliū. ſextus intellectus. ſeptimus ſapientia. Eſt enim timor domini in mente Sed qualis eſt iſte timor ſi cum eo pietas non eſt? Qui enī miſereri proximo ignorat. qui compati eius tribulationibus diſſimulat: hui⁹ timor ante omnipotētis dei oculos nullus eſt. quia non ſubleuatur ad pietatem. Sed ſepe pietas per inordinatam miſericordiā errare ſolet: ſi fortaſſe pepercerit que parcēda nō ſunt. Peccata etenim que feriri gehēne ignib⁹ poſſunt: diſcipline verbere ſunt corrigenda. Sed inordinata pietas cum temporaliter parcit: ad eternū ſuppliciū pertrahit. Vt ergo vera ⁊ ordinata ſit pietas: ad gradū eſt alium ſubleuāda. id eſt ad ſcientiā. vt ſciat vel quid ex miſericordia puniat: vel quid ex pietate dimittat. Sed quid ſi ſciat quid agere quis debeat: virtutē vero agendi nō habeat? Scientia ergo noſtra creſcat ad fortitudinem. vt cum videt qđ agendum ſit: hoc agere per mentis fortitudinem poſſit. ne timor trepidet: ⁊ pauore collapſa non valeat bona defendere ꝙ ſentit. Sed ſepe fortitudo ſi improuida fuerit ⁊ minus contra vitia circūſpecta: ipſa ſui preſumptione in caſum ruit. Aſcendat ergo ad conſiliū: vt preuidendo pmuniat omne qđ agere fortiter poteſt. Sꝫ eſſe conſiliū non poteſt ſi intellectus deeſt. quia qui nō intelligit malum qđ agentē grauat: quomodo poteſt bonum ſolidare qđ adiuuat? Itaqꝫ conſilio aſcendam⁹ ad intellectū. Sed quid ſi intellectus magno quidē acumine vigilet: ⁊ moderari ſe neſciat per maturitatē? Ab intellectu ergo aſcendamus ad ſapientiam. vt hoc quod acute intellectus inuenit: ſapientia mature diſponat. Quia igitur per timorē ſurgimus ad pietatē. per pietatem ad ſcientiam ducimur. per ſcientiam ad fortitudinem roboramur. per fortitudinem ad conſilium tendimus. per conſiliū intellectu proficimus. per intellectū ad maturitatē ſapientie peruenimus: ſeptē gradibus ad portam aſcendimus. per quā nobis adit⁹ vite ſpiritalis aperitur. Bene autē dicitur quia veſtibulū erat ante eam. Quia niſi quis prius humilitatē habuerit: ad hos gradus donorum ſpiritaliū non aſcēdit. ſicut ſcriptū eſt. Super quē requieſcit ſpiritus meus: niſi ſuper humilem et quietū: ⁊ trementē ſermones meos. Eſa. 66. De quo per pſalmiſtā dicitur. Aſcenſus in corde eius diſpoſuit in conualle lachrymarū. pſ. 83. Conuallis quippe humilis locus eſt. ⁊ peccator quiſqꝫ dum ſe in lachrymis hūiliter affligit in corde: p aſcenſum virtutū pficit. Qui rurſus ait. Emittit fonteſ ī ↄuallib⁹. pſ. 103. Qꝛ oīs potēs de⁹ dona ſpiritalꝰ grē hūilib⁹ pſtat Poteſt ꝗꝫ p veſtibulū fides ītelligi. Ipſa qppe ē ante grad⁹ ⁊ portā. qꝛ prius ad fidem venimus: vt poſtmodum per ſpiri-

talium donorũ gradus celeſtis vite aditũ intremus. Actuũ.10. Non em̃ virtutib⁹ venit ad fidem: ſed per fidẽ pertingit ad virtutes. Cornelius em̃ centurio cui⁹ elemoſyne ante baptiſmũ angelo teſtãte laudate ſunt: nõ operibus venit ad fidẽ: ſed fide venit ad opera. Nam ⁊ ei per angelum dicitur. Oratiões tue ⁊ elemoſyne aſcenderũt in conſpectum dei. Ibidem. Si em̃ deũ vere ⁊ ante baptiſmũ non crediderat quid orabat: vel quomõ hũc omnipotẽs deus exaudierat: ſi non ab ipo ſe in bonis perfici petebat. Sciebat igit creatorẽ omniũ deũ: ſed ꝙ eius om̃ipotens filius incarnat⁹ eſſet ignorabat. Neqꝫ em̃ poterat bona agere: niſi ante crediſſet. Scriptũ namqꝫ eſt. Sine fide impoſſibile eſt placere deo. Heb.11. Fidẽ ergo habuit: cuius operatiões ⁊ elemoſyne placere potuerũt. Bona antẽ actiõe ꝓmeruit vt deũ perfecte cognoſceret: ⁊ incarnationis eius myſteriũ crederet: quaten⁹ ad ſacramẽtũ baptiſmatis perueniret. Per fidẽ ergo venit ad opera: ſed per opera ſolidatus in fide. Veſtibulũ itaqꝫ ante grad⁹ eſt: qꝛ q̃ pri⁹ credidit: ipe poſt virtutũ gradibus ad porte aditũ aſcendit. Sequit.

¶ B Et porta atrij interioris cõtra portã aquilonis ⁊ orientalẽ.

¶ Hoc loco cõtra non ꝓ aduerſitate ponit ſed ꝓ rectitudine: ita em̃ porta interioris atrij poſita monſtrabat: vt porta aquilonis ⁊ oriẽtis perfecto ad eã aditu tenderet. Quid eſt ergo ꝙ porta interior recto itinere poſita cõtra portam oriẽtis ⁊ aquilonis oſtendit: niſi hoc quod aperte dat intelligi: quia ſiue iudaico ⁊ gentili populo: ſeu iuſtis ⁊ peccatorib⁹: ſed poſt peccata cõuerſis eque adit⁹ regni celeſtis aperit. Larga eſt em̃ miſericordia creatoris noſtri. Et porta interior non ſolum portã oriẽtis reſpicit: ſed etiã aquilonis. Quia non ſolũ his qui in innocẽtia permanẽt: ſed etiã peccatorib⁹ peccata ſua penitendo damnãtibus aperiunt interioris atrij gaudia vt ineffabilia myſteria patrie celeſtis agnoſcãt: agnoſcendo ſitiãt: ſitiendo currãt: currendo pueniãt. Hec eterni gaudij ſecreta cognouerat qui dicebat: Sitiuit ãia mea ad deũ viuũ: quando veniã ⁊ parebo ante faciẽ dei. ps. 61. Predicator gentiũ ad hũc aditũ regni celeſtis anhelabat: cũ dicebat: Cupio diſſolui ⁊ eſſe cum xp̃o. Philip.1. Hec exultatiõis occulte ſecreta cognouerat ſponſa: que dicebat: Dilectus meus miſit manũ ſuã per foramen: ⁊ venter meus intremuit ad tactũ eius. Canti.5. Dilectus etem̃ manũ per foramen mittit: quãdo virtute ſua dominus noſtrũ animũ per ſubtilẽ intellectum pulſat. Et venter in tactu illius cõtremiſcit: quia infirmitas noſtra per hoc ꝙ celeſtis gaudij intellectu tangit: ipa ſua exultatiõe turbat. Et fit in mẽte pauor cum leticia: quia ⁊ ſi iam ſentit quid de celeſti gaudio diligit: adhuc metuit ne nõ pereat qꝺ vix tenuiter ſentit. Quid igit reſtat niſi vt ſe ad perfectioris vite curſum dirigat: om̃es qui illa gaudia patrie celeſtis agnoſcũt? Unde hic apte ſubiungit.

¶ Et mẽſus eſt a porta vſqꝫ ad portam centũ cubitos.]

¶ Centenariũ numerũ: quia decies per denariũ ducit: iam ſuperius dixim⁹ eſſe perfectũ. Is itaqꝫ qui aditũ atrij interioris videt: pfecto neceſſe eſt vt per vitam perfectiõis currat: ⁊ a porta inchoatiõis vſqꝫ ad cõſumatiõis ingreſſuꝫ perueniat. Menſuret ꝗ atriũ interius qꝺ a portis exterioribus vſqꝫ ad portã interiorẽ tendit centũ cubitis: vt qui intrare amãdo cepit: latitudinẽ perfectiõis habeat in mẽte. Quatenus in eo quẽ diligit: hunc nec aduerſa coanguſtẽt: ſed tranſitoria cũcta deſpiciens quouſqꝫ ad gaudia ſecreta perueniat per atriũ perfectiõis currat. Sunt etem̃ multi qui iaꝫ in ſeptẽ gradibus aditũ porte exterioris intrauerũt iuxta quendã ſuperne diſpenſatiõis modũ: per timorẽ dei humiles: per pietatꝭ ſtudiũ miſericordes: per ſcientiã diſtricti: per mentis fortitudinem liberi: per conſiliũ cauti: per intelle-

ctū, pulchi: per ſapientiā maturi. Sed adhuc quibuſdā neceſſitatib⁹ obligati: huius mūdi curis inſeruiūt. Et vnde iam ex magna parte excuſſerūt animū: ibi adhuc tenent inuiti. Cūq; ſupimpoſita terrene occupatiōis portāt onera: minus in preceptis celeſtibus exercent. Et dū anhelare medullitus ad eternā patriam nō vacat: ipſa in eis ſua aliquo modo deſideria langueſcūt: q₂ animo curis tpalibus ꝑpediti vera gaudia que cognouerūt amare nō tā tum licet quantū libet. Ubi plerūq; a iugo mūdi colla mentis excutiūt: oīa deſerunt: terrene cure pōdera deponūt. Atq; vt ad celeſte deſideriū latius animi ſinū laxāt: vitā remotā petunt: & in ea ſanctis ꝑcib⁹ intenti: ſacris meditatiōibus deditā quottidiano ſe fletu afficiūt: & vetuſtatē cordis igne amoris cōflant: atq; ad celeſte gaudiū accendēdo ſe innouāt. Ubi plerūq; in ipſo ſuo deſiderio accenſi exire e iā de carne concupiſcūt: atq; ad vitā preſentē redire poſt fletū nolūt. Sed tamen differunt vt dilatus amor ex ipſa ſua dilatiōe ꝓficiat: & ardēti deſiderio quaſi qđ negat creſcat. Sic in regione geraſenoꝝ qui liberat⁹ a legiōe demonū fuerat: iam cū dn̄o ire volebat: ſed tamen ei dicit: Reuertere in domū tuam: & narra quāta fecerit tibi dn̄s. Luce. 8. Sic ſponſa in cāticis canticoꝝ ſanctis deſiderijs anxia loquit dicēs: In lectulo meo per noctes queſiui quē diligit anima mea. Queſiui illū & nō inueni. Cantico. 3. In lectulo eni dilectū querit: quādo in ipſo ſuo ocio & vacatiōe quā appetit iam videre anima dominū concupiſcit: iam ad eum exire deſiderat: iam carcere preſentis vite tenebris anhelat. Sed querit illū & nō inuenit: quia quāuis magno amore deſiderat: adhuc tamē ei non concedit videre quem amat. Tales itaq; ſanctoꝝ mētes quid aliud in hoc deſiderio faciūt: niſi qđ iam a portis exteriorib⁹ per atriū interioris ad portā currūt? Quibus ſepe euenit: vt cū ſe viderint magno celeſtis gratie munere cōpunctos: iam ſe perfectos exiſtimēt: & obediētes putent. Sed quia nullus eſt qui dura ꝑcipiat: patientes ſe eſſe credāt: ſed quia nemo eos per cōtumelias & aduerſitates pulſat: et plerūq; ꝯtigit vt ſpiritale miſteriū vel iuſti ſuſcipiāt: atq; ad gubernationē fideliū deducant. Qui cū magnis tribulatiōib⁹ fuerint hincinde pulſati: turbati mēte ſeſe impfectos inueniūt qui nō pulſati perfectos ſe eſſe crediderūt. Qua ex re agit vt ad ſemetipſos colligāt: & apud ſe opprobriū ſue infirmitatis erubeſcāt: atq; ex ipſa ſua cōfuſione roborati cōtra aduerſa patientiā opponāt: & ex tribulatiōe ꝓficiant: qui prius in ocio ex ipſa ſua ſecuritate torpebant. Et veraciter eſſe tales incipiūt: quales ſe eſſe prius inaniter putauerūt. Ubi itaq; cū a portis exterioribus vſq; ad iteriorē portā ꝑ boni ſtudij atriū deferūt hocipm in eis atriū centū cubitis menſuratur: quia dilectiōe & exercitio in ſancta quottidie perfectiōe proficiūt. Per quottidiana enī deſideria in mēte perficit: quaſi centū eſt cubitis iterius atriū mēſurari. Idcirco ergo a portis vſq; ad portā centū ſunt cubiti: vt quaſi quedā more vnde ſit ipſa dilatio viuendi: per quā quottidie in virtutibus creſcit: vt ad interiorē aditum perfectius perueniat. Sequit.

¶ Et eduxit me ad viam auſtralem: & ecce porta que reſpiciebat ad auſtrū. Et menſus eſt frontem eius: & veſtibulū eius iuxta menſuras ſuperiores. Et feneſtras eius: & veſtibula in circuitu ſicut feneſtras ceteraſ: quinquaginta cubitoꝝ longitudinē: & latitudinem vigintiquinq; cubitorum. Et in gradibus ſeptē aſcendebatur ad eam: & veſtibulum ante fores eius.]

¶ Cuncta hec in oriētis & aquilonis por

ta iā dicta ſūt: ⁊ congruū nō eſt vt ea que ſemel ac ſecūdo exponētes diximus: ſepius replicem⁹. Notandū tamen nobis eſt quia in ſpiritali edificio alter adit⁹ ad orientem: alius ad aquilonē: atq; ali⁹ ad auſtrū patet. Sicut eñ aquilōis frigore peccatores: ita per auſtralē viā feruentes ſpiritu deſignantꝛ. Qui calore ſanctiſpiritus accenſi: velut in meridiana luce virtutib⁹ excreſcūt. Pateat itaq; porta ad orientē: vt hi qui ſacramēta fidei bene inchoauerūt: ⁊ in nulla poſtmodū viciorū profunditate demerſi ſūt: ad gaudia ſecreta perueniāt. Pateat porta ad aquilonē: vt hi q̄ poſt inchoationē caloris ⁊ lumīs in pctōrū ſuoꝝ frigore ⁊ obſcuritate dilapſi ſūt ꝑ cōpunctionē penitentie ad veniā redeāt: et que ſi interne retributiōis vera leticia cognoſcāt. Pateat porta ad meridiē: vt hi qui in ſanctis deſiderijs in virtutibus feruēt: ſpiritali intellectu quottidie interni gaudij myſteria penetrent. Inter hec autē queri poteſt: cū quattuor hui⁹ mundi partes ſint: cur in hoc edificio he exteriores nō quattuor: ſed tres porte eſſe memorantꝛ? Quod recte querendū fuerat: ſi propheta nō ſpiritale ſed corporale edificiū vidiſſet. Sancta eñ eccleſia: ideſt ſpiritale edificiū: vt ad ſecreta gaudia pertingat: tres ſolūmodo portas habet: videlicet fidem: ſpem: atq; charitatē. Unam ad orientē: aliam ad aquilonē: tertiā ad meridiem. Porta quippe in oriente eſt fides: quia per ipſam lux vera naſcitꝛ in mente. Porta ad aquilonē ſpes: quia vnuſquiſq; in peccatis poſitus: ſi de venia deſperauerit: funditus perit. Unde neceſſe eſt: vt qui per ſuam iniquitatem extinct⁹ eſt: per ſpem miſericordie reuiuiſcat. Porta ad meridiē charitas: quia igne amoris ardet. In meridiana etenī parte ſol in altū ducitur: quia per charitatem lumen fidei in dei ⁊ proximi dilectiōe ſubleuatꝛ. Tribus igitur portis ad interius atriū tenditur: quia per fidem: ſpem: atq; charitatē ad gaudia ſecreta peruenitur. Alia quoq; queſtio oritur: cur porta atrij interioris poſita contra portam orientis ⁊ aquilonis dicitur: ⁊ an ad auſtralem portam pateat tacetur? Sed quia per oriētem inchoantes: per aquilonem lapſos dicim⁹ deſignari: dignum fuit vt vel de inchoantibus quibus adhuc ſol in tepore eſt: vel etiam de lapſis: ſed per conuerſionem redeuntibus aperte diceretur: q̄ eis porta atrij interioris pateat. Quatenus ex ipſis nos certos faceret: de quib⁹ dubitare potuerat. Hoc autem de porta auſtrali dicēdum non erat: quia eos ad gaudia interna pertingere: qui feruore ſpiritus in virtutibus permanent nullus ignorat. Sequitur.

Et celate palme erant: vna hinc: et altera inde in fronte eius.]

Quid eſt hoc quod prius in frontibus pictura palmarum: nūc autem celate palme in fronte eſſe memorantur? Sed ſicut iam ſuperius diximus: Pictura palmarum eſt oſtenſio ſignorum. Nunc vero celatura palmarum dicitꝛ: vt bonorum operum demōſtratio deſignetur. Ipſis enim ſummis ꝓdicatoribus dicitꝛ: Uideāt opera veſtra bona: ⁊ glorificēt patrem veſtrū qui in celis eſt. Math. 5. Qui igitur in vita ſua impreſſa eſſe ſancta opera demōſtrant: palmas in fronte celatas habent: quia quāta illos impoſterum victoria ſequatur: iam nunc in ſanctis ſuis operibus oſtendunt. Uel certe quia fidem per orientis: ſpem per aquilonis: charitatem vero per auſtralem portam diximus deſignari. Notandum vero nobis eſt: quia in oriētis porta pictura palmarum: in aquilone vero et meridie celatura eſſe perhibetur. Quia cōtingit ſepe vt hi qui adhuc inchoantes ſunt: necdum ſe in operibus ſolidis ac magnis exerceant. Hi vero qui poſt iniquitates ad virtutē redeūt: plerūq; vt culpas ſuas ante omipotentis dei oculos tegere valeāt: in magnis opibus exercētꝛ. Et q: iā feruore ſpūs actib⁹ ⁊

virtutibus excreuerũt: quaſi meridies in ſanctis actibus inardeſcunt. In orientis ergo porta pictura eſt. in aquilonis vero ⁊ meridiei celatura. Quia ſignum victorie qđ inchoantibus oſtenditur: hoc in reuertentibus atqꝫ feruẽtibus iam ſolidius ⁊ robuſtius tenetur. Notandũ quoqꝫ magnopere eſt. ꝙ dicitur hinc ⁊ inde. Omnes enĩ qui ad vite aditum tendim⁹: ⁊ ex dextero ⁊ ſiniſtro latere habere palmã debemus. Nõ enim hinc ⁊ inde dicitur. latus vtrũqꝫ ſignatur. A dextro igitur palmam habet is: quẽ proſpera nõ extollunt A ſiniſtro palmã habet is: quem aduerſa non deijciunt. Quaſi ex vtraqꝫ ꝑte portabat paulus palmã cum diceret. Per arma iuſticie a dexteris ⁊ a ſiniſtris per gloriam ⁊ ignobilitatẽ. per infamiã ⁊ bonam famã vt ſeductores ⁊ veraces. 2. Cor. 6. Non hunc aduerſa frangebãt. nõ proſpera in mentis tumorẽ ſubleuabant. Hinc inde ergo geſtabat palmã. quia ⁊ ĩ aduerſitate fortis: ⁊ in proſperitate humilis ꝑmanebat. Quiſquis enĩ de proſperis extollitur: habere in dexterã ꝑtem palmam neſcit. Quiſquis in aduerſitatibus frangitur: portare palmã a ſiniſtro latere ignorat⁹. Ut ergo hinc ⁊ inde palma geſtet̃ in fronte: adeſſe ſemꝑ noſtris mentib⁹ debet ⁊ in aduerſis fiducia: ⁊ in proſperis timor. Ne aut aduerſa in deſperationẽ pertrahant: aut proſpera animũ in ſui fiduciam extollant. Hinc eſt ꝙ idẽ egregi⁹ predicator dicebat. Scio ⁊ humiliari: ſcio et abundare. vbiqꝫ ⁊ in omnibus inſtitutus ſum. Et ſatiari. ⁊ eſurire. ⁊ abundare. et penuriam pati. omnia poſſum in eo q̃ me confortat. Phil. 4. Nunq̃d fratres ars eſt aliqua humiliari ⁊ abundare: ſatiari ⁊ eſurire. abundare ⁊ penuriaꝫ pati. vt pro magno ſe iſta ſcire tantus predicator inſinuet? Ars omnino ⁊ mira diſcipline ſciẽtia: que toto nobis cordis eſt niſu diſcenda. Quẽ enim penuria ſua non frangit. a gratiarũactione nõ retrahit. in reruꝫ temporalium deſideriũ nõ accẽdit: ſcit humiliari. Hoc enĩ loco apoſtolũ humiliari: dicit penuriã perpeti. Nã ſtatim econtrario ſubiungit. ſcio ⁊ abundare. Qui enim acceptis rebus non extollit̃. qui eas ad vſuꝫ vane glorie non intorquet: qui ſolus non poſſidet qđ accepit. ſed hoc cum indigentibus miſericorditer diuidit: ſcit abundare. Qui accepta alimenta nõ ad ingurgitationeꝫ ventris vtitur: ſed ad reparationẽ virtutis. nec plus carni tribuit q̃ neceſſitas petit: ſcit ſatiari. Qui alimentorũ inopiam ſine murmuratione tolerat. nec ꝓ neceſſitate virtutis agit aliquid. vnđ anima peccati laqueũ incurrat: ſcit eſurire. Quem ergo nec abundãtia in ſuperbiaꝫ eleuat. nec in neceſſitate cupiditas irritat nouit abundare: nouit penuriam pati. Qui cum ſtatim ſubdiderit: omĩa poſſuꝫ ne elationis eſſe verba crediderimus: adiunxit in eo qui me confortauit. Ecce in altum ramus prodijt. Sed quia in radice ſe tenuit: in viriditate permanſit. In altum enim ſurgẽs areſceret: ſi ſe a radice diuiſiſſet. Sibi enĩ nihil tribuit. quia omnia ſe poſſe non in ſe: ſed in eo qui ſe confortat fatetur. Hinc ⁊ inde ergo predicator egregius palmã habet: quem nec abundantia in ſuꝑbiam: nec in opia ad auariciam pertrahit. Diſcamus itaqꝫ fratres non ſolum in proſperis: ſed ⁊ in aduerſis quoqꝫ gratias agere. Pater enim nobis ex pietate ſua factus eſt conditor noſter. noſqꝫ adoptiuos filios ad hereditateꝫ regni celeſtis nutrit. Et non ſolũ donis refi cit: ſed etiam flagellis erudit. Diſcamus igitur abundare. vt cuncta que ab eo accepimus cũ indigẽtibus partiamur. vt mẽtem abundãtia nõ eleuet: ne fortaſſe gaudeat. quia hoc adeſt ſibi qđ deeſt alteri. ⁊ non iam cõmuni bono: ſed proprio letet̃. A priuato gaudio veritas ad cõmune diſcipulos reuocat: cũ eos de predicatione redeuntes ⁊ de ſubiectione demonũ letãtes admonet: dicens. Nolite gaudere ſuper hoc: ſed potius gaudete ⁊ exultate. qꝛ nomĩa veſtra ſcripta ſunt ĩ celo. Luc. 10. Non enim omnes electi demonia eiciũt: ſed tamen electorum omniũ nomina celo

tenentur aſſcripta. Admonentur ergo di ſcipuli priuatã leticiam deponere. de cõmuni autem ⁊ perpetua felicitate gaudere. Quiſquis itaqꝫ in eo gaudet qđ alter non habet: ex ipſa ſua abundãtia deterior factus: gaudium priuatum habet. Cõtra huius nos appetitũ abundantie Johannes admonet dicens. Nolite diligere mũdum: neqꝫ ea que in mũdo ſunt. i. Joh. 2. Qui mox rationẽ ſubdidit quare. Si qs diligit mundũ: non eſt charitas patris in eo. Jbidem. Nemo enĩ poteſt duobus dominis ſeruire. quia nõ valet ſimul tranſitoria ⁊ eterna diligere. Si enĩ eternitatẽ diligimus cũcta tẽporalia in vſu non ĩ affectu poſſidemus. Qui eandẽ rationẽ ꝑtinus ſubdit: dicens. Quia omne quod ĩ mundo eſt: concupiſcẽtia carnis eſt. ⁊ cõcupiſcẽtia oculorũ. ⁊ ſupbia vite. i. Joh. 2. Ideo enĩ habere aliquid hoĩes ⁊ vltra ꝙ neceſſe eſt concupiſcũt: vt habẽdo ſupbiant. ⁊ qꝛ hoc alius nõ habet: ſe in cogitationibus extollãt. Quiſquis itaqꝫ talis eſt: adhuc ad portandã abundantiam doctus non eſt. Sepe autẽ qđ auaricia ex appetitu ſuggerit: neceſſitatẽ putat. Et cum minora ſufficiant: dolet maiora deeſſe: atqꝫ incautus animꝰ quandã quaſi neceſſitatem patitur quã parit. Et cũ nimia ſunt que deſiderat: ſuam ſibi auariciam aliquo modo excuſat. Abundãtia itaqꝫ ſuperbie vicina eſt. Quã ſi quãdo etiaꝫ cupiditas intercepit: hanc (vt ita dixerim) quaſi peregrina captiuitas inuaſit. Si igitur abundandi artem ſcire volumus: neceſſe eſt vt non ſoluꝫ ea que vicina ſunt: ſed ea etiam que de longinquo veniũt vitia fugiamus. Diſcamus penuriã pati. ne ea que non habemus habere etiam cũ culpa requiramus. ne felices putemus quos rebus onuſtos cernimus. Phil. 4. Nimia valde ſunt ea que ſibi quaſi in ſumptus vite preſentis preparant. Multa portant: ſed in via breui. Magna eſt in hoc itinere ſocia paupertas que animũ non anguſtat. cum deeſt terrena ſubſtantia de qua eterno iudici rationes ponamuſ. Liberiꝰ ad patriam tendimꝰ. quia quaſi in via põdere caremus. Diſcamus ſatiari: ne in ſumendis alimentis corporis gule magiſ ꝙ neceſſitati ſeruiamus. Plus enim concupiſcentia ꝙ neceſſitas petit. Et ſepe dum carnis inopie ſatiſfacere curamus voluptas ſurripit: modum refectionis excedit. Unde fit vt culpa tranſeat ad culpã quia plerũqꝫ inde alia tẽtatio carnis naſcit᷑: dũ carni ĩmoderata refectione ſeruitur. Expectata etenim primi hominis infirmãte natura: in hoc mundo cum noſtris tẽtationibus naſcimur. Et caro nobis aliquando adiutrix eſt in bono opere: aliquando auteꝫ ſeductrix in malũ. Si igitur ei pluſ ꝙ debemus tribuimus: hoſtem nutrimꝰ. Et ſi neceſſitati eius que debemꝰ nõ reddimus: ciuem necamus. Satianda itaqꝫ eſt caro: ſed ad hoc vſqꝫ vt in bono nobis opere famulari ſufficiat. Nam quiſquis ei tantũ tribuit vt ſuperbiat: ſatiari penitꝰ ignorat. Ars itaqꝫ magna eſt ſatiari: ne vnuſquiſqꝫ per ſatietatẽ carnis ad iniquitatem prorumpat turpitudinis. Diſcamꝰ eſurire: vt nobis ꝓpter abũdantiã ſequẽtẽ noſtra hic inopia placeat. Nec nos ventris neceſſitas ad culpam trahat: nec peccatum menti ipſa indigẽtia ſuggerat. Et dum caro fame afficitur: ad cupiditatem animus irritetur: ⁊ querat cum culpa ꝓuidere vnde carni valeat in neceſſitate ſatiſfacere. ne cor in indignationẽ proſiliat: ⁊ linguam in murmurationis amaritudinem accendat. Qui igitur in carnis ſue ĩopia ſe hinc inde circũſpicit. atqꝫ a peccati laqueo cuſtodit: nouit eſurire. Nos itaqꝫ fratres chariſſimi iram atqꝫ auariciam in aduerſitate fugientes ⁊ elationem ⁊ ĩmoderata gaudia in proſperitate declinãtes. quia per fidem. ſpem. atqꝫ charitateꝫ interioris vite atrium tribus portis intrare conſpicimꝰ: palmas hinc ⁊ inde teneamus. Libet adhuc alterum ciuem celeſtiſ patrie ad mẽteꝫ reducere ⁊ qualiter hinc inde palmam teneat demonſtrare. Beatꝰ etenim iob cum eſſet viris orientalibꝰ ditior: ⁊ ei proſpera cuncta ſuppeterent. fi

lijs polleret. familia creſceret. greges exu-
perarent. in tanto omnipotentis dei timo
re perſtitit: vt inter cuſtodiam diſcipline.
inter acta iuſticie. inter multa humilita-
tis obſequia. miſericordie operibus intē-
tus. ſacrificijs offerendis deditus. holo-
cauſta domino pro ſingulis filijs immola
ret: ne quis eorum ſaltē in corde peccaſ-
ſet. Penſemus ergo quāta erat cuſtodia
boni operis: qui in filijs ſuis expiabat ſa-
crifitijs culpas cordis. Sed ꝙ iuſtus eſ-
ſet in proſperitate innotuerat. Valde au-
tem ignotum erat: ſi perſeuerare iuſtus ⁊
inter flagella potuiſſet. Tangēdus ergo
erat verbere vir ille ſanctus in proſperis:
interrogatur aduerſis. vt qui notus erat
omnipotenti domino: notus per flagella
fieret nobis ⁊ ſibimetipſi. Diſponente ita
ꝗ domino conſumpti ſunt greges. inter-
fecti cuſtodes. euerſa domus. extincti fi-
lij. percuſſa caro a planta pedis vſꝗ ad
verticem. Remanſit vxor incolumis: que
verborum iaculis vulnera augeret. Sed
hanc vir ſanctus in tētatione ſanus. ī vul
nere prudenter docet: eiꝗ reſpondet di-
cens. Si bona accepimus de manu domi
ni: mala quare non ſuſcipiamus. Iob. 2.
Amici quoꝗ ad conſolandū veniunt: ad
contumelias prorumpūt. ⁊ in dolore vul-
nerum: addunt adhuc vulnera verboruꝫ
Immiſericordē dicunt. raptorem nomi-
nant. violentū denunciant. oppreſſorem
pauperū fatentur. Quid igitur miles dei
faceret inter dolētia vulnera ⁊ amara ver
ba depreſſus? Ecce flagella dei ⁊ verba
hominū ſimul afflicti animuꝫ ad deſpera-
tionem premunt. ſed virtute ſpiritus ple-
nus: carnis vulneribus iacens. mētis ro-
bore ſtans. cōtra deſperationis impulſuꝫ
reduxit ad memoriam bona que egerat.
Quia miſericors fuerat: dicit. Ocul⁹ fui
ceco: ⁊ pes claudo. Iob. 29. Et rurſum.
Pater eram pauperum. Ibidem. Quia
diſcipline cuſtos ⁊ benignus: dicit. Cum
ꝗ ſederem quaſi rex circūſpectante me ex
ercitu: eram tamen merentiū conſolator.
Ibidem. Quia humilis fuerat: dicit. Si
contempſi ſubire iudicium cuꝫ ſeruo meo
⁊ ancilla mea: cum diſceptarent aduerſuꝫ
me. Iob. 21. Quia hoſpitalis fuerit, fate
tur. Si deſpexi pretereuntē eo ꝙ non ha
buerit indumentum. Ibidē. Quia larg⁹
in donis: dicit. Si non benedixerunt mi-
hi latera eius: ⁊ de velleribus ouiū mea-
rum calefactus eſt. Ibidem. Quia violē-
tus non fuerat teſtatur dicens. Si leua-
ui ſuper pupillum manum meam: cum vi
derem me in porta ſuperiorē. Ibidem.
Quia de inimici periculo nunꝙ exulta-
uerit: dicit. Si gauiſus ſum ad ruinas ei-
us: qui me oderat. Ibidem. Quia pati-
ens fuit ⁊ etiam ſuorum maliciaꝫ equani-
miter pertulit: dicit. Si non dixerunt vi-
ri tabernaculi mei: quis det de carnibus
eius ⁊ ſaturemur? Ibideꝫ. Quid eſt hoc
ꝙ vir ſanctus tot ſuas virtutes inter fla-
gella enumerat? Quid eſt ꝙ ore ſuo ope-
ra que fecerat laudat: niſi quia inter vul-
nera ⁊ verba que hunc ad deſperationem
trahere poterāt ad ſpeꝫ animū reformat.
Et qui in proſperitate humilis fuit: reuo-
catis bonis ſuis ad memoriam: infractus
in aduerſitate permanſit. ¶ Cuius enim
animum inter tot flagella illa verba ad
deſperationem non impellerent: niſi ſibi
ad memoriam bona que fecerat reuocaſ-
ſet. Vidit igitur ſanctus vir mentem ſu-
am auditis tot malis ad deſperationē con
cuti: ⁊ mirabiliter ſtuduit in ſpe certa ex
bonis ſuis actibus ſolidari. Sic imple-
tur quod ſcriptum eſt. In die bonorum
ne immemor ſis malorum: ⁊ in die malo-
rū ne īmemor ſiſ bonoꝝ. Eccl. 11. Si eī cū
bona hēmus maloꝝ remiſcimur: q̄ aut iā
paſſi ſumus: aut adhuc pati poſſumus: ac
cepta bona mentē non eleuant. quia eo-
rum gaudium timor memorie malorū pre-
mit. Et ſi cum mala habemus bonorū re-
miniſcimur: que aut iam accepimus: aut
adhuc nos poſſe accipere ſperamus: malo
rum pondus animum ad deſperationem
non premit. quia hunc ad ſpem memoria

bonorum ſleuat. Si itaq; fratres chariſſimi ⁊ per precepta dominica : ⁊ per exempla gradimur vt nos nec proſperitas eleuet: nec aduerſitas frãgat: habere nos ante omnipotentis dei oculos palmas hinc ⁊ inde monſtramus. Qui eſt honor ⁊ gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Explicit omelia. XIX.

Incipit omelia. XX. que exponit litteram. XL. capi. ab illa parte. Et porta atrij interioris in via auſtrali. vſq; ad illaꝫ partem in eodem capi. Et in veſtibulo porte due mẽſe hinc ⁊ due menſe inde.

Prophete verba que largiẽte domĩo hodie charitati veſtre loquenda ſunt: lectione magis indigent ꝙ̃ expoſitione. Ea enim in tribus portis interioribus replicantur: que ſecundo iaꝫ vel tertio de exterioribꝰ dicta ſunt. Pauca vero in earum deſcriptione permutantur. Unde neceſſe eſt ea nos que iaꝫ dicta ſunt replicare. vt ea que dicenda ſunt licẽtius poſſumus enodare. Itaque nunc dicitur.

Et porta atrij ĩterioris in via auſtrali. ⁊ menſus eſt a porta vſq; ad portam in via auſtrali centum cubitos. Et introduxit me in atrium interius ad portã auſtralem. ⁊ menſus eſt portã iuxta menſuras ſuperiores. thalamũ eius frontem eius ⁊ veſtibuluꝫ eius eiſdem menſuris. Et feneſtras eius: ⁊ veſtibulum eius in circuitu quinquaginta cubitos longitudinis ⁊ latitudinis vigintiquinq; cubitos: ⁊ veſtibulum per gyrum.

Cuncta hec ſuperius dicta atq; expoſita eſſe meminiſtis. Nec dum vero eſt dictum quod de eodem veſtibulo ſubditur. longitudine viginti ⁊ quinq; cubitorum: ⁊ latitudine quinq; cubitorum. ⁊ veſtibulum eius ad atrium exterius. Atq; iteruꝫ hoc qđ iam ſuperius dictum fuerat replicatur cum dicitur. Et palmas eius in frõte: ⁊ ſtatim qđ adhuc dictuꝫ nõ fuerat ſubditur. Et octo gradus erant in quibꝰ aſcẽdebatur ad eam. Hoc quoq; qđ de auſtrali porta ſcriptũ eſt: de orientali quoq; porta in eodem ordine narratur. Nam protinus ſubinfertur.

Et introduxit me in atrium interius per portam orientaleꝫ: ⁊ menſus eſt portam ſcđm menſuras ſuperiores. thalamum eius ⁊ fronteꝫ eius ⁊ veſtibula eius ſicut ſupra. ⁊ feneſtras eiꝰ et veſtibula eius in circuitu longitudine quinquaginta cubitorũ latitudine vigintiquinq; cubitorum. Et veſtibulũ eius id eſt atrij exterioris: ⁊ palme celate in fronte eius hinc ⁊ inde ⁊ in octo gradus aſcenſus eius.

Ea quoq; que de auſtrali porta ⁊ orientali dicta ſunt: in eiſdem verbis etiam de porta que ad aquilonem reſpicit replicantur. Nam ſubditur.

Et introduxit me ad portaꝫ que reſpiciebat ad aquilonẽ: et

menſus eſt ſcđm menſuras ſu-
perioꝛes thalamũ eius: ⁊ frontẽ
eiꝰ ⁊ veſtibulũ eius: ⁊ feneſtras
eius per circuitũ: longitudinez
quinquaginta cubitoꝝ: latitu-
dinẽ vigintiquinqȝ cubitoꝝ: et
veſtibulum eius reſpiciebat in
atriũ exterius: et celatura pal-
maꝝ in fronte illius hinc ⁊ inde
in octo gradus aſcenſus eius.]

Quid itaqȝ interioꝛi atrio: quid thala-
mo: quid frontibꝰ: quid veſtibulo: ꝗd fe-
neſtris: quid lõgitudine ⁊ latitudine: ꝗd
palmarũ celatura ſignet: late iam ſuperi-
us diximus. Nec opoꝛꝫ vt in eiſdẽ iterũ
ſed in his ſolũmodo que necdũ dicta ſunt
occupemur. Nunc ergo querendũ nobis
eſt que iſte tres poꝛte interioꝛes ſint: vel
quid eſt ꝙ earundẽ poꝛtarũ veſtibula vi-
gintiquinqȝ cubitis longitudine: ⁊ quinqȝ
cubitis latitudie metiunt: vel cur ad eas
non ſeptẽ ſicut de poꝛtis exterioꝛibus di-
ctũ fuerat: ſed octo gradibus aſcenditur.
Poꝛta eñ atrij interioꝛis que ſuperiꝰ di
cta eſt: de his tribus poꝛtis interioꝛibus
non eſt: quia illa cõtra oꝛientis ⁊ aquilo-
nis poꝛtã reſpicere dicit: iſte autẽ ſingule
interius ad auſtrũ vel oꝛientẽ ⁊ aquilonẽ
poſite eſſe memoꝛant. Unde recte per il-
lam aditus interioꝛ deſignatur: quia ſicut
precedẽti locutiõe iam dictum eſt: vel iu-
dee ⁊ gentilitati: vel inchoãtibus atqȝ in
bono perſeuerãtibus: vel a bono cadenti
bus: ſed poſt culpas per penitentiã ſur-
gentibus patet. Nũc autem poſtꝙ ſingu
le in oꝛiente ⁊ aquilone ⁊ auſtro poꝛte de
ſcripte ſunt: cur interioꝛis atrij rurſũ poꝛ-
te ſingule in auſtro ⁊ oꝛiente atqȝ aquilo-
ne deſcribunt? Aſpirante deo mĩo magna
intentiõe opus eſt ſinũ tante pꝛofũditatis
indagare. Si eñ poꝛtarũ nomine ſanctos
ꝑdicatoꝛes accipimus: ſciendũ nobis eſt
quia vna eſt eccleſia in ꝑdicatoꝛibus teſta
menti veteris ac noui. Poꝛte autẽ ſeptẽ
vel octo gradus habent: quia ſanctiſpiri-
tus ſeptifoꝛmẽ gratiam cõcoꝛditer pꝛedi-
cãt. Octauo vero gradu adnũciãt pꝛemi
um retributiõis eterne. Unde ſcriptũ eſt.
Da partes ſeptẽ: necnõ ⁊ octo.. Eccl's. xi
Quid itaqȝ dicere poſſumus exterioꝛes
poꝛtas: niſi ãtiquos patres fuiſſe qui per
pꝛecepta legis nouerãt opera populi ma-
gis ꝙ coꝛda cuſtodire: vt interioꝛes poꝛ-
tas ꝑdicatoꝛes ſancte eccleſie debeamꝰ ac
cipere: qui ſpiritalibꝰ monitis diſcipulo-
rũ ſuoꝝ coꝛda cuſtodiũt: ne malis que nõ
faciũt vel in cogitatiõibꝰ delectent. Per
illas eñ ſeptem gradibus aſcendi dicit:
iſtarũ vero octo graduũ aſcenſus eſſe per
hibet. Quia et in veneratiõe legis dies
ſeptimus fuit: et in nouo teſtamẽto octa-
uus dies in ſacramẽto eſt: is videlicꝫ qui
dominicꝰ appellat: qui tertius a paſſione
ſed octauus a cõditione eſt: quia ⁊ ſepti-
mũ ſequit. Sin vero poꝛtarũ noĩe ſolos
intelligimꝰ ſanctos apl'os deſignari: qui
videlicet pꝛimi nobis ſunt ſancte eccleſie
ꝑdicatoꝛes: ⁊ nos fidẽ ſpem atqȝ charita-
tẽ ſummoꝑe tenuere docuerũt. Ipſi itaqȝ
nobis in his virtutibꝰ poꝛte ſunt: ꝗ nos
per eaſdẽ virtutes ad interioꝛẽ intellectũ
eterne ſapiẽtie perducũt. Sed ſi ipi exte-
rioꝛes poꝛte ſunt: ꝗs accipimꝰ interioꝛes
bimus: vbi de illo plene videbimus quē
amamus. Altitudo vero menſurarum eſt
cubiti vnius. Que eſt enim altitudo ſan=
ctorum: niſi fides inuiſibiliū. Per fidem
enim creditur quod nō videtur: atqꝫ ideo
per hanc iuſtorum menſa ad altitudinem
ducitur: vt cūcta viſibilia deſpiciat in ter
ra: et ea que audit inuiſibilia ſequatur in
celo. Sed vnum cubitum habet altitudo
menſe: quia vnitas eſt fidei in corde om=
niū ſanctorum. Vnū deum eſſe trinitatē:
ꝛ patres teſtamenti veteris: ꝛ predicato=
res profeſſi ſunt teſtamenti noui: altitu=
do itaqꝫ menſurarū nil vno cubito ampli=
us: nil minus habet: quia in magna ſibi
vnitate concordat omniū fides patrum:
ſed hi qui iam in lōganimitatē ſpei ſum=
mis virtutibus proficientes: vnū ꝛ dimi=
dium cubitum habent: atqꝫ in latitudine
charitatis vno ac dimidio cubito metiun

tur: in altitudinem vero fidei vno cubito excreſcūt: ꝛ ſumma admiratiōe magni ſūt venerādi. Debent ergo paruuloꝝ aīas in ſinu ſue conuerſatiōis ſuſcipere: atqꝫ eas in cōſpectu dñi velut quoddā holocauſtū ac ſacrificiū offerre. Unde aperte ſequitur.

Super quas ponunt vaſa in quibus immolatur holocauſtū et victima.

Quid enī ſunt anime fideliū: niſi vaſa ſancta que verba pietatis capiūt: vt ex eorū mentibus holocauſtū vite atqꝫ orationis immolet? Hinc eſt enī ꝙ paulus cuꝫ adhuc rudis eſſet in fidei vocatiōe: quia iam dñi verba perceperat: ꝛ celeſti gratia plenus erat: vas appellat cum dicit Uas electiōis mihi eſt. Actuū.9. Hinc paſtores atqꝫ doctores ꝓpheta admonet dicēs Mundamini qui fertis vaſa dñi. Eſaie.52 Ipſi enī quaſi menſe domini vaſa portāt: qui vitam fideliū erudiendo tolerant: vt quandoqꝫ hanc domino ad holocauſtum ꝛ ſacrificium perducāt. Sed neqꝫ hoc negligenter intuendum eſt: ꝙ in eiſdem vaſis holocauſtum ꝛ victima dicitur immolari. Holocauſtum enim ſicut ꝛ ſuperius diximus victima eſt: non tamen victima ſemper holocauſtum: quia cum quid ex parte offertur: ꝛ ex parte retinet ſacrificiū quidē eſt: ſed holocauſtū non eſt. Sūt vero in multitudine magna fideliū alij: qui que mūdi ſunt omīa relinquūt: cūcta que poſſident tribuūt: nihil ſibimetipſis reſeruant: ad eternā patriā medullitus anhelant: ſeqꝫ ex toto corde in lachrymis mactant. Hi videlicet vaſa ſuper mēſam ſūt: in quibꝰ immolat holocauſtū At ſunt alij qui curā proprie domus gerūt: de filijs cogitant: eiſqꝫ hereditatem ſeruāt: qui tamen eterni iudicij memores: miſericordiam pauperibus impendunt: alimenta ac veſtimēta eis ex parte qua decreuerint tribuūt: hi nimirū vaſa ſuper menſaꝫ ſunt in quibꝰ victima īmolata eſt nō holocauſtū. Quia enī patiētia ꝛ doctrina ſanctorū admonēdo ꝛ ſuſtinēdo ꝛ ſuadendo atqꝫ terrendo alioꝝ corda vſqꝫ ad hoc erudiūt vt oīa deſerāt: ꝛ totos ſe in amore dñi accendant: alioꝝ vero adhoc vſqꝫ inſtruūt: vt qꝛ oīa relinquere nō valent vel ex parte qua preualēt miſericordes fiant: ꝛ carnis curā cum anīe cura partiant. Menſe dñi de quadris lapidibus inſtructe vaſa portāt: in quibus īmolat holocaſtū ꝛ victima. Quia ꝛ perfecti ſicut dictū eſt cū omnia deſerunt: totū cor in amore dñi accendūt: ꝛ imperfecti ſacrificiū offerūt: qđ ex parte deuouerūt. Sequit.

Et labia eoꝝ palmi vnius: reflexa intrinſecus per circuitū.

Quid eſt hoc quod menſarū labia palmo metiuunt: niſi ꝙ in palmo manus tendit: ꝛ ſancti patres atqꝫ doctores ea predicant in quibus auditoꝝ opera tendunt? Quaſi enī manū extendimus: cū opa noſtra dilatamus. Loquat ergo vnuſquiſqꝫ doctor: cor audiētis exerceat: ocioſoꝝ torporē excutiat Quos dū ad bona opera tetenderit: palmū ſe habere labijs oſtēdit. Penſandū quoqꝫ qꝛ in palmo digitꝰ maior ac minimus tendit. Quid vero in maiori ac minimo digito: niſi magna extrema actio deſignat? Palmū ergo menſe in labia habebāt: quatenus in doctoꝝ ſuoruꝫ predicatiōe auditor euigilet. Ut ſic ex eorū admonitiōe magna opera faciat: vt agere ꝛ minima nō omittat. Sic minimis intētus ſit: vt piger in agendis moribꝰ nō ſit Unde per euangeliū veritas dicit: Ue vobis ſcribe ꝛ phariſei hypocrite: qꝛ deciatis mentā ꝛ anetū ꝛ ciminū ꝛ relinquitis que grauiora ſūt legis. Iudiciū ꝛ miſericordiā ꝛ fidē hec oportuit facere: ꝛ illa nō omittere. Math.23. Per iudiciū quippe ꝛ miſericordiā ꝛ fidē: maior digitus operatiōis oſtendit. Per mentā vero ꝛ anetū ꝛ ciminū: digitus ꝓculdubio minimus figurat Hec ergo oportuit facere ꝛ illa nō omittere: qꝛ ſi opus noſtrū palmū metiri volumus: ſic neceſſe eſt vt tendat minimus quatenus maior digitus nō attrahat Be

ne adit cum menſarũ labia metiunt: ⁊ mẽ-
ſura palmi dicit addit vnius: vt ex docto
rũ predicatiõe ſicut vnitas tenet in fide:
itaq3 ꝙ3 vnitas mentiũ ſeruet in opere: ne
per opus bonũ qđ alter agit: alter ad di-
ſcordie malũ prorũpat. Ita etiã bona face
re opa debemus vt per hec quoq3 cũ his
cũ quibus viuimus: vnanimitatẽ recte vt
poſſumus cõſeruemus: ideſt nõ deſerẽdo
qđ agimus: ſed pueniendo bonis perſua
ſioibus malũ diſcordie qđ timemus. Sic
in ſuis opibus vnitatẽ palmi cuſtodiens
paulus diſcordiã generari phibebat: cũ
quendã lapſũ atq3 ab eccleſia abiectũ iã
velle recipe corinthios videret dicẽs: Si
cui aliquid donaſtis ⁊ ego. Nam ⁊ ego ſi
quid donaui ppter vos in perſona xpi: vt
nõ circũueniamur a ſathana. 2. Corint. 2
Qui videlicz ſolet de bonis mala gene-
rare: ⁊ hoc qđ per caritatẽ agit ad diſcor-
diã trahit. Unde ⁊ mox de ipo ſubiecit di
cẽs: Non eñ ignoramus cogitatiões ei⁹
Ibidẽ. Doctor aũt qui per bona que pdi-
cat in ſuis auditoribus rectã opationẽ for
mat: ſi mẽtes opantiũ ad vnanimitatẽ nõ
ligat: in labijs palmũ habz: ſed eã (que di
cta eſt) palmi vnitatẽ nõ habet. Penſan
dũ vero eſt valde: qđ dicit: qz earũdẽ mẽ
ſarũ labia interi⁹ ſunt reflexa. Tunc eñ
menſarũ labia intrinſecus reflectunt: qñ
doctores ad ɔſcientiã reuocãt tacita cogi
tatiõe qđ dicũt: qñ ſemetipos ſubtiliter p
ſcrutãt ſi faciũt qđ loquũt. Recte autẽ cũ
reflexa intrinſecus menſarũ labia dicun-
tur: addit quoq3 per circuitum: vt non in
vna qualibet⁹ ſe parte cõſiderent: atq3 ex
alia ſemetipos perpẽdere pretermittant:
ſed vbiq3 ſemetipos inſpiciant: ⁊ inquan
tum preualẽt ſtudeant ſingula opera im-
plere que docent: ne ſi predicãtes facere
bona diſſimulant: ſui vaſtatores ſint cul-
tores alieni. O doctor: ecce iam menſa
es: iam vaſa portas: iam in vaſis fidelib⁹
põdus holocauſti ⁊ victime ſuſtines: ſed
intus reflecte labium: ideſt ad cor reuoca
ſermonẽ. Audi qđ dicis: operare qđ pre-
dicas. Si eñ negligis iplere que doces:

alijs meſſem ſeminas: ⁊ ipſa frumẽti par
ticipatiõe ieiunas. Unde ſcriptũ eſt. Cu-
ius meſſem famelicus comedit. Iob. 5.
Meſſez quippe doctoris qui bona loqui-
tur: ſed non operatur: famelicus come-
dit: quia is qui panẽ iuſticie eſurit opera
tur mãdata que audit: ⁊ fructũ non habz
qui ſeminãdo laborauit. Hinc ſalomõ ait
Abſcondit piger manũ ſuã ſub aſella: nec
ad os ſuũ porriget eã. Prouerb. 19. Ne-
mo ita piger eſt vt ad os manũ comedẽdo
reducere laborẽ putet. Sed piger nec ad
os manũ ſuam porrigit: qui nec hoc vult
operari qđ dicit: Hinc iterũ de bene docẽ
tibus ⁊ male operãtibus dicit: Filij effra
im intendẽtes arcũ: ⁊ mittentes ſagittas
cõuerſi ſunt in die belli. ps. 77. Inten-
dũt arcum atq3 ſagittas mittũt: qui ſcri-
pture ſacre ſcripturas proponũt: ⁊ verbis
rectis auditorum vicia feriunt. Sed con-
uertũtur in die belli: quia poſt ſemetipos
redeunt in temtatiõe viciorũ ⁊ pectus op
ponere non volũt: quia in temtationũ cer
tamine non reſiſtũt. Hinc iterum dicitur:
Auertiſti adiutoriũ gladij eius: ⁊ non es
auxiliatus ei in bello. ps. 88. Gladius
quippe doctoris eſt ſermo dei. Unde per
paulum dicit: Et gladiũ ſpiritus: quod
eſt verbum dei. Ephes. 6. Omnipotens
itaq3 deus cũ doctorem reſpicit nolle ope
rari que dicit: in die belli adiutorij eius
gladium auertit. Quia in temptationũ
certamine non permittit ei eſſe in adiuto
riũ doctrine verba que dedit. Habet igi-
tur gladium: ſed hunc in bello non adiu-
uat: quia cum aduerſitas temptatiõs eru
perit: verbi obliuiſcit quod dicebat: Ec-
ce enim de patientia forſitan ſermo docto
ri eſt doctrine ſue magiſterio docere co-
gitur: qualiter contra illata damna: con-
tra auditas contumelias patientia ſerue
tur. Sed cum ipe vel damno vel contu-
melia fuerit laceſſitus oblit⁹ quod docue
rit: vel in leſione pximi: vel in reddendo
grauius cõtumeliam excedit. Inter hec
itaq3 cogitet qui a menſa dei eſt: labiũ in-
tus reflectat: ſeruet qđ predicat. Scrptũ

pdicanti ac docenti ... notat paſſio

quippe eſt. In pacientia veſtra poſſidebi-tis animas veſtras. Luce. 21. Et rurſum ſcriptum eſt. Doctrina viri per pacientiã noſcitur. Prouerb. 19. Si itaqz index do ctrine pacientia eſt. tanto quiſqz doctus oſtenditur: quãto patiens fuerit. Hinc eſt enim qꝫ bonus ille diſcipulus qui magi-ſtruz tolli in aera videbat: per magne cha ritatis affectum clamabat dicens. Pater mi: pater mi. currus iſrael ꝛ auriga eius. 4. Reg. 2. Quid eſt fratres chariſſimi qꝫ Helyas currus iſrael ꝛ auriga dicitur: niſi quia auriga agitat: currus portat. Do ctor ergo qui mores populi ꝛ per patien-tiam ſuſtinet: ꝛ ſacri eloquij verbis docet ꝛ currus dicitur ꝛ auriga. Currus qꝛ tole rando portat. auriga quia exhortãdo agi tat. Currus quia mala ſuſtinet. auriga qꝛ populũ bonis admonitionibus exercet.

Fortaſſe autem contra vanam gloriaz ſer mo doctori eſt. Et mire inſinuans quali-ter debeat declinari. eiſdem ipſis ſermo-nibus vanam gloriam querit quibus con tra eandem vanã gloriã diſputat. Si igi-tur hoc appetit adipiſci qꝺ prohibet: mẽ-ſa intus labium non reflectit. Tunc autẽ menſa domini ex quadris lapidibus ex-tructa habebit intus labium reflexum: ſi ſtuduerit audire qꝺ docet. Scriptum qꝛ-pe eſt. Ne quid per contentionẽ: neqꝫ per inanem gloriam. Phil. 2. Atqꝫ eiſdem rurſus egregius predicator dicit. Nec q̃-rentes ab hominibus gloriam. neqꝫ a vo bis. neqꝫ ab alijs. 1. Theſ. 2. De predica tionis etenim labore laudẽ tranſitorie q̃-rere. quid eſt aliud q̃ rem magnã vili pre cio venundare. Sed eſt in doctrine verb graue periculuz. quia ſepe ſermonẽ docẽ tium fauores audientiũ ſequuntur. Et cũ doctores ab eo qꝺ bene innotuerint appa rere iam minores in dictis nolunt: doctri ne verbum qꝺ pro acquirendis animabꝰ auditores ex omnipotentis dei amore in-choauerunt: in hoc poſtmodũ pro acqui-rendis laudibus laborant. Et qui in ver-bis dei querebant prius lucra ſpiritalia: temporales poſtmodũ fauores ſequũtur.

Unde fit vt ſiue recta quelibet opera ſeu ſancte doctrine verba in omnipotẽtis dei iudicio pereãt: cũ p hec quiſqꝫ trãſitorijs fauoribꝰ anhelat. Hinc etenĩ per prophe tam iudee dicit. qꝫ in ſeipſaz incauta mẽs inuenit. ſi ſaltẽ poſt culpã ſuas caute cogi tationes rimet. Oliuã vberem. pulchraz fructiferam. ſpecioſam vocauit dñs nomẽ tuũ. Ad vocẽ loquele grandis exarſit ig nis ĩ ea: ꝛ cõbuſta ſũt frutecta eiꝰ. Hiere. 11. Oliuam quippe vberẽ ꝛ pulchrã: fru-ctiferam ꝛ ſpecioſam dñs vocat. cuius vꝉ efficaciã in operationẽ: vel ſancta ſtudia ĩ verbis ſciẽtie approbat. Sed ad vocẽ lo-quele grãdis exarſit ignis in ea. qꝛ cũ lau dari quis ceperit: erubeſcit forſitan mĩor videri q̃ dicit: ꝛ ſtudet eſſe quod dicat. Uox enĩ grandis loquele eſt: fauor adulã tis. Unde ſcriptũ eſt. Qui benedicit pxi-mo ſuo voce grandi de nocte conſurgens ſimiliſ eſt maledicẽti. Prouerb. 27. Ad vocẽ ergo loquele grãdis exarſit ignis in ea. qꝛ in magnitudine fauoris flãma ĩ cor de accendit de amore laudis. Sꝫ oĩa oli-ue frutecta ꝯburunt. qꝛ ante omnipotẽtis dei oculos vel que bene geſta vel q̃ ſcien ter ſunt dicta depereũt: cũ iã nõ amore do mini: ſꝫ ĩtẽtione trãſitorie laudis fiũt. Sic enĩ cogitatiõi bone cogitatio ſiniſtra ſub-iungit: vt vix ipſe qui eaſdẽ cogitationes generat animꝰ cognoſcat. Unde p̃dicator egregiꝰ cũ loquens ſubtiliter diceret. Ui uus eſt ſermo dei ꝛ efficax. ꝛ penetrabili-or omni gladio ancipiti. ꝛ ptingens vſqꝫ ad diuiſionẽ aĩe ac ſpiritꝰ. Heb. 4. Ilico ſubiunxit. Compagũ quoqꝫ ꝛ medullarũ: ꝛ diſcretor cogitationũ ꝛ intentionuz cor-dis. Ibidẽ. Diſtinguit enĩ dei ſermo cõ-pages ꝛ medullas. quia diſcernit cogita-tiones ꝛ intẽtiones cordiſ. Per cõpages quoqꝫ oſſibꝰ oſſa iungunt. Et ſepe dũ q̃d recta cogitatiõe agimꝰ. ſed ſubito in lau-dis amore declinamꝰ. atqꝫ hoc pro laude facimꝰ quod prius facere pro veritate ce-peramus. quia cogitationes cogitationi-bus adiunguntur: quaſi quedam compa ges fiunt. Sed habent oſſa que incompa

ge iuncta ſunt etiã medullas. Quod pre dicator ſanctus apertius intulit cũ ſubiũ xit. Diſcretor cogitationũ ⁊ intentionum cordis. Compages eñi noſtre cogitatões ſunt: medulle autẽ intentões. Et ſepe ali ud cogitamus: atq; aliud eſt quod per co gitationẽ intendimus. Nam ſi quis pro poſito nũmoꝝ premio pupilli: vel vidue cauſam defendat: ⁊ fortaſſe eccleſiã ingre diẽs in ſuis ꝓcibus deo dicat. Tu vides quia cauſã pupilli ⁊ vidue defendo. Iſte ꝓculdubio qđ cogitat ſcit: ſed quo inten dat eius cogitatio ignorat. Aliud quippe cogitat: atq; aliud intẽdit. Nõ eñi defẽſio nẽ pupilli vl' vidue: ſed mercedẽ nũmoꝝ querit. Nam tollere temporale premiũ: ⁊ non pupillũ ac viduã defendere intendit. Sermo itaq; dei diſcretor eſt cogitationũ ⁊ intentionũ cordis: quia nõ aſpicit quid apud temetipſm cogitas: ſed per medullã compagis: ideſt per intentionẽ cogitatio nis que accipere requiris. Reſtat ergo vt doctor cum loquitur: quaſi menſa dei ſem per intus labiũ reflectat: ne aut mala in tentiõe loqui incboet: aut cum bene cepe rit ſeductus fauoribus in appetitũ alium deducet. Fortaſſe autẽ de cuſtodia diſci pline ſermo doctori eſt. Et ſepe etiã con tingit vt diſcipline regulã quam ſcit dice re: neſciat tenere: qui aut nimio zelo mo tus min⁹ ſe per manſuetudinẽ temperat: aut nimia manſuetudine placidus: min⁹ ſe cõtra vicia in zeli ſtimulo inflammat. Magna enim cõſideratiõe debemus pen ſare quod ſcriptũ eſt: quia in vaſis templi inter coronas ⁊ plectas: boues ⁊ leones ⁊ cherubin exſculpta ſũt: ⁊ ſubter boues ⁊ leones lora dependentia. 3. Regũ. 7. Corone quippe ſignũ victorie: plecte autem cõcordie vnanimitatẽ ſignãt. Che rubin vero plenitudo ſcientie dicunt. Sa cerdotes eñi atq; doctores inter coronas ⁊ plectas: ideſt inter fortitudinẽ boni ope ris quo ad victoriã currunt: ⁊ charitatis concordiã quo a ſe viciſſim nõ diſcrepãt: per boues ⁊ leones atq; cherubin deſigna ti ſunt: quia in plenitudine ſciẽtie quam habent: neceſſe eſt vt ⁊ boũ manſuetudi nem teneãt: ⁊ feruorem leonũ: quatenus in diſciplinã quã pdicãt ⁊ ex ſancto ze lo accenſi ſint: ⁊ ex paterna dulcedine trã quilli. Quibus ſubter ſe lora depẽdeant vt diſcipline ſue retinacula quibus ipſi li gati ſunt etiã ſubiectis ſuis ſollicite im pendant. Super eos eñi lora dependere eſt: cuſtodie vincula ſubditis tenere. Que tunc recte ſeruant: cum nec boũ manſue tudo in zeli feruore amittit: nec leonũ ter ror in mãſuetudine declinat. Tanta quip pe debet eſſe diſcretio: vt nec diſciplina nimia: nec ipſa quoq; miſericordia ſit re miſſa. Ne ſi inordinate culpa dimittit: is qui eſt culpabilis in reatu grauius aſtrin gatur. Et rurſus ſi culpa immoderate re tinet: tanto qui corrigit deterior fiat: quã to erga ſe nil ex benignitatis gratia agi conſiderat. Exhibẽda itaq; prauis eſt aſ peritas in oſtenſiõe: chartas in mẽte: vt ⁊ dura oſtenſio delinquẽtem coherceat: et charitatis cuſtodia mercedẽ manſuetudi nis nõ omittat. Ecce dum loquor ioſeph animũ pulſat: vt ad oſtendendã que dico ipſe teſtis veniat. Geneſ. 37. Certe ſom niũ quod de profectu ſuo viderat fratrib⁹ narrans: per hoc quod innocenter retu lit: malicie contra ſe ſtimulos excitauit: ab eiſdem fratribus hyſmaelitis eſt ven ditus. Ibidẽ. in egypto duct⁹: mira om nipotentis domini diſpenſatiõe eidẽ egy pto prelatus eſt. Geneſ. 39. Cũq; in ter ra chanaan fames exurgeret: fratres ad egyptum venerũt: ioſeph prelatum egy pto reppererũt: eũq; ſubmiſſi ad terram ceruicibus adorauerũt. Et quia mutari dei conſiliũ non valet: quem ideo vendi derant ne adorarẽt: adorauerũt quia ven diderũt. Tunc ipſe vir dei ſpiritu diſcre tionis plenus: cognouit fratres: non co gnitus. Geneſ. 42. Sed memor culpe ⁊ remiſſor iniurie: mala fratrũ nec redde re ſtuduit: nec ſine purgatione laxare. Nam ſuſpecta voce protinus dixit: Ex ploratores eſtis vos: vt videatis infirmio ra terre veniſtis: iam nunc experimẽtum

veſtri capiam. Per ſalutē pharaonis nō egredimini hinc. Ibidē. O iaculū in corde. Peregrini venerant: famis periculū fugiebant: frumēta que querebant nō acceperāt: et feriri ſe inſuper actiōe criminis videbant. Inter hec ducūtur ad carcerē: et poſt triduū adhuc in eadem aſperitate terrent. Iam reditur ad corriā culpe memoria pulſat animū: atq; inter ſeinuicem loquūtur. Merito hec patimur: quia peccauimus in fratrē noſtrū: videntes anguſtiam anime ill⁹i cum deprecaret nos: et non audiuimus. Idcirco venit ſuper nos iſta tribulatio. Ibidē. In his autē cor ioſeph amore vincit: ſeceſſum petit: ſoluit flendo quod pietati debuit. Seuerus ad fratres reuertit: vt cruciatas eorum animas a culpa liberaret. Poſt hec vnus religatur in vinculis: dimittūtur ceteri cū frumentis: vt vnus frater veniat: quem minimū habere ſe dixerant. Venit poſtmodū frater. Vincebat mentē pietas: cū frater innocens videret: ſed permanebat in oſtenſione aſperitas: vt fratres noxij purgarent. Gene. 44. Frumenta dantur: ſcyphus in ſacco iunioris fratris abſcondit: furti poſt eos queſtio mouetur. Mittitur vt reducātur addicti: in ſeruitutem decernit apud quem ſcyphus fuiſſet inuētus. In ſacco vltimi fratris inuenitur. Tunc beniamin reducitur: afflicti omes fratres ſequūtur. O tormenta miſericordie: cruciat et amat. Reuerſi igitur in terra cū lachrymis proſtrati: veniā poſtulant. Memores enim quid de illo patri promiſerāt: merore intolerabili tabeſcebant. Tunc ſe vltra cohibere non valens pietas clauſa prorupit ad mediū: et excuſſit charitatis lachrymas de vultu ſe ueritatis. Deterſa eſt ira que apparebat: et nō erat oſtenſa miſericordia que erat et non apparebat. Sic vir ſanctus facinus fratrum et dimiſit et vindicauit. Sic in vigore clementiā tenuit: vt delinquētibus fratribus nec ſine vltione pius exiſteret: nec ſine pietate diſtrict⁹. Ecce hoc eſt magiſteriū diſcipline: vt culpis et diſcrete nouerit parcere et pie reſecare. Qui autē diſcretiōis ſpiritum non habēt: aut ſic dimittūt peccata vt nō corrigāt: aut ſic quaſi corrigendo feriūt vt non dimittāt. Doctor ergo cui de diſcipline moderamine loqui neceſſe eſt: menſam dei eſſe ſe ſciat: atq; intus labrū reflectat: vt quod docēdo loquit: hoc ſub diſcretiōis ſpiritu vigilanter operet. Nec ſi quedā ſibi deeſſe cōſiderat: oportet vt ab eorū predicatiōe cōticeſcat. Locus quippe eius exigit vt loquat. Verbis ergo ſuis ſemetipſm conueniat: et ſi non ideo loquit: quia operatur: ideo operet quia loqui compellit. Ubi itaq; ſe conſpicit opere implere qđ dicit: ibi auditores admoneat: eorūq; animos ad ſtudiū bone operatiōis accingat. Ubi autem necdū ſe videt impleſſe qđ loquit ad bona de quibus auditores admonet: ſe quoq; pariter inflāmet: vt ipē etiā ſimul diſtat in opere qđ per eum loquit veritas in predicatiōe. Sepe enim qđ viuēdo neſcimus compulſi loqui doctrinā: loquendo diſcimus: vt dū de cogitatiōis noſtre pigricia reatus naſcit in mente: eandem mentē compūctio ſubito aborta trāſuerberet: et ſua voce excitata et vigilet in opere: que prius torpebat in ocio ſine voce. Ecce autē cū menſe labiū palmo tendit: ideſt cū per doctoris os cōtra vicia diſputat: atq; ad bona opera cor auditorꝫ accendit: multi qui eius verba audiūt: quanta vel qualia mala perpetrauerint recognoſcūt: atq; ad eum cōfitentes veniūt: eumq; pro peccatis ſuis interceſſorē fieri cum fletibus petunt: vt ipē orando deleat culpas: quas predicādo manifeſtat. Unde et ſubditur.

Super menſas autē carnes oblationis.

Doctores etenī ſancti cū pro compūctis peccatoribus atq; cōfitentibus omīpotēti domīo preces fundūt: per hoc qꝫ ad veniam ꝑ carnali eorꝫ vita poſtulāt: menſe domini carnes oblatiōis portāt. Ut ergo ſint ꝑ quibus cōuerſis et flentibus rogēt:

oportet vt eiſdē prius in peccato poſitis predicēt: ⁊ cum iam ceperint peccata relinquere: atq; ad innocentiā feſtinare: neceſſe eſt vt erga eos in ore doctoris incrementa p̄dicatiōis excreſcāt: ⁊ quibuſdam doctrine ſue verbo tāto vehementius inſiſtat: quāto eos grauius cecidiſſe ꝯſiderat videlicet ſciens ꝙ ipſe tanto mercedē magne remuneratōis accipiat: quāto verbis ſuis alios de ꝓfundiorib⁹ peccatis leuat Libet inter hec ſancti euāgelij ad mediū verba deducere: cuius ſacra hyſtoria per hoc quod factū eſt miraculū narrat: mira que quottidie agunt̄ denūcia. Nam cū cōfeſſi atq; ieiuni ad dn̄m populi ꝯueniſſent diſcipulis dn̄s dixit: Miſereor ſuper turbā: quia ecce iam triduo ſuſtinent me: nec habēt quod māducēt: ⁊ ſi dimiſero eos ieiunos in domos ſuas deficiēt in via: quidam eñ ex eis de longe venerūt. Math. 8. Turba triduo dn̄m ſuſtinet: qn̄ multitudo fideliū peccata q̄ ꝑpetrauit per penitentiā declinās: ad deū ſe in opere: locutiōe atq; cogitatiōe conuertit. Quos dimittere ieiunos in domū ſuam dn̄s noluit ne deficiāt in via: qꝛ videlicȝ cōuerſi peccatores in p̄ſentis vite via deficiunt: ſi in ſua cōſcientia ſine doctrine ſancte pabulo dimittant̄. Ne ergo laſſemur in huius peregrinatiōis itinere: paſcēdi ſumus ſacra admonitiōe. Ualde autē penſanda eſt pia ſententia que ꝓceſſit ex ore veritatis: qua dicit̄: Quidā enȝ ex eis de longe venerūt. Ibidē. Eſt aūt qui nihil fraudis ⁊ nihil carnalis corruptiōis exptus: ad omnipotentis dei ſeruitiū feſtinauit. Iſte de longinquo venit: qꝛ per incorruptionē et innocentiā ꝓximus fuit. Alius nulla impudicitia: nullis flagitijs inquinat̄: ſolo aūt cōiugio expertus: ad miniſteriū ſpiritale cōuerſus eſt. Neq; iſte venit de longinquo: quia vſus cōiunctiōe ꝯceſſa: per illicita nō errauit. Alij vero poſt carnis flagitia: alij poſt falſa teſtimonia: alij poſt facta furta: alij poſt illatas violētias: alij poſt perpetrata homicidia ad penitentiā redeūt: atq; ad oīpotentis dei ſeruitiū cōuertunt̄: hi videlicet ad dn̄m de longinquo veniūt. Quāto etenī quiſq; plus in prauo opere errauit: tāto ab oñipotente dn̄o longius receſſit. Nam ⁊ ꝓdigus filius qui patrē deſeruit abijt in regionē longinquā: in qua porcos pauit: qꝛ vicia nutriuit. Dent̄ igit̄ alimenta eis etiā qui de longinquo veniūt: qꝛ cōuerſis peccatoribus doctrine ſancte cibi p̄bendi ſunt: vt in deū vires reparēt: quaſ in flagitijs amiſerūt. Qui ſepe a doctoribus tāto neceſſe eſt vt largioribus cibis doctrine ſatient̄: quāto feſſi maioribus vicijs venerūt. Et cū iam cōfiteri ceperint mala que cōmiſerūt: atq; cōfitendo relinquere ⁊ fletib⁹ punire: neceſſe eſt vt doctores ſancti ꝓ eorū peccatis ſollicite exorēt: quatenus menſe dn̄i carnes oblatiōis portent. Quod quotiens agūt: ⁊ in hoc ꝓ alienis peccatis interueniūt: ſua ante dei oculos ampli⁹ detergūt: qꝛ ea ipſa charitate ſe iuſtificāt: q̄ mira pietate ꝓ alienis iniquitatibus ſe in lamētis mactāt. Nec laborioſuȝ debet eſſe doctori ꝓ ꝯuerſis peccatoribus lachrymas fundere: qn̄ ⁊ ipſe qui oīa creauit hō factus ꝓ noſtris iniq̄tatibus in cruce ſanguinē fudit. Qui viuit ⁊ regnat cū patre in vnitate ſpūſſancti deus: per oīa ⁊c̄.

Explicit Omelia. XXI.

Incipit Omelia. XXII. et vltima: que exponit litteraȝ. XL. cap. ab illa parte. Et extra portā interiorē ⁊c̄. vſq; ad finē ca.]

SAcri eloquij myſticos ſenſus ꝓpheta per aſpirationē ſancti ſpiritus prudēter intelligens: dicit. Mirabilia teſtimōia tua ideo ſcrutata eſt aīa mea. p̄s. 118. Qui rurſus ait: Reuela oculos meos: ⁊ cōſiderabo mirabilia de lege tua. Ibidem. Qui eñ necdū occulta de apertis intelligit: oculos velatos habet. Qui vero iā itelligit: reuelatos. Et mirabilia de lege dei cōſiderat: qui ſpiritalis lr̄e verba di-

ſcutiens: que interius lōgitudo lateat pē-ſat. An non eſt mirabile quando aliō auribus ſonat: atqꝫ aliud exit ad intelligentiam qō non ſonabat. A Cui ergo verba ſacri eloquij: niſi lapidi ſimilia dixeriꝫ in quo ignis latet? Qui manu quidem frigidus tenet: ſed percuſſus ferro per ſcintillas micat. Atqꝫ hoc emittit ignē q̄ poſt ardeat: quod prius manum frigidū tenebat. Sic etenī: ſic verba ſunt ſacri eloquij Que quidē per narrationem littere frigida tenentur. ſed ſi quis hec aſpirante domino intento intellectu pulſauerit: de myſticis eius ſenſibus ignē producit. vt in eius verbis poſt animus ſpiritaliter ardeat que prius per litteram ipſe quoqꝫ frigidꝰ audiebat. Ecce etenim propheta dicit.

Et extra portam interiorem gazaphilatia cantorum: in atrio interiori quod erat in latere porte reſpicientis ad aquilonem. & facies eorum contra viaꝫ auſtralem vnam. ex latere porte orientalis q̄ reſpiciebat ad viā aquilonis.]

In his itaqꝫ verbis littere ad amorē dei cuius animꝰ inferueſcat: quin potius q̄s non ex ipſa eorum lectiōe tepeſiat. Si autem latēs in littera ſpiritalis medulla diſcutitur. per hoc ſcintille intellectus exeūt & incendunt qō prius cordis auribus frigidum ſonabat. Nobis tamen vt ſe aſpirante domino interior intellectus aperiat ipſa prius narratio iuxta litterā pateſiat. ait enim. Quia porta erat interior: atqꝫ extra hanc atriū quod appellat̄ interius. ac deīde alie. i. aquilonis. auſtri. atqꝫ orientis porte deſcribunt̄. vt ipſum atriū qō eſſe extra portam interiorē dixerat. a portis exterioribꝰ eſſe interius oſtēdat. Atriuꝫ ergo hoc & foris & intus eſt. Foris q̄a extra portam interiorē. intus autem quia ītra portas exteriores. Gazaphilatia quoqꝫ cantorū eſſe in hoc eodē atrio narrant̄: que a latere porte poſita dicuntur reſpicientes ad aquilonē. Sed ipſa eadem gazaphilatia ad auſtralem viam reſpiciūt. Et ſubditur.

Ex latere porte orientalis q̄ reſpiciebat ad viā aquilonis.

In quibus verbis aperte intelligitur: Quia cantorū gazaphilatia inter latus porte reſpicientis ad aquilonē. & latus porte orientalis fuerant poſita: que porta videlicet reſpiciebat ad viam aquilonis. Facies itaqꝫ gazaphilatiorū contra viam auſtralem: ſed poſitio inter portā erat orientis & aquilonis. Porta ergo interior habebat ex latere portam aquilonis: ex alio quoqꝫ latere portā auſtralem. In frōte vero veſtibuli oriētalis porta ſurrexerat: atqꝫ ſic atrium qō erat extra portam interiorem. vt hoc quoqꝫ eſſet interius: porte exterius ambiebant. Hec de verbis littere ſub breuitate tranſcurrimus: vt in eis ſenſus myſticoſ non breuiter exquiramꝰ. In parte autem ſuperiori tres porte deſcripte ſunt. i. orientis. aquilonis. & auſtri. Moxqꝫ interioris atrij tres alie narrate. i. auſtri. orientis. & aquilonis. Ac deinde porta atrij interioris dicta eſt: in qua mē-ſe de quadris lapidibus extructe memorantur. & porta que reſpiciebat ad aquilonem in qua menſe eſſent ad ſacrificiū: non ad holocauſtū. Unde in interiori diximꝰ ſignificare eccleſiā. in exteriori ſynagogā Sed his expletis. rurſuꝫ ꝑpheta incipit interiorem portā: atqꝫ tres alias. i. aquilonis. auſtri. & orientis deſcribere. & in earum atrio interiori qō erat extra portā interiorem eſſe gazaphilatia. cātores. ſacerdotes. templū. altare. ſacrificia perhibet. In quibus verbis quia de ſancte eccleſie inſtitutione narrare alia ab eis que ſupiꝰ dixerat cepit. patet ꝙ interioris porte intellectū mutauit. Si enī ſub vno intellectu omnia diceret: nouo ordine ipſa atqꝫ alia nō replicaret. Nam quoniā poſſumꝰ extra portam interiorē atrium. gazaphilatia. cantores. ſacerdotes. templuꝫ. altare ſacrificia dicere: ſi per eandē prophetiam

interior hoc loco ſancta eccleſia deſignat
Cū enī cūcta hec intra ipſam ſint:quō ex-
tra portā interiorē ſunt ſi extra eccleſiam
nō ſunt. Intelligi ergo porta interior po
teſt ea de qua iā lōge ſuperi⁹ locuti ſum⁹
que cōtra portā aquilonis ⁊ orientalē dī
poſita:ꝑ quā figurari dixim⁹ aditū q̄ no-
bis ad interiora gaudia patrie celeſtꝭ ape
ritur. vt hic quoqꝫ ꝑ portas circa veſtibu
lum narrat ſancta eccleſia:per portā inte
riorē celeſtis regni adit⁹ figuret. Sꝫ ne
quis me verba ſancti ſpūs eſtimet ad ītel
lectū meū violenter inflectere: ⁊ dicat q̄a
de porta interiori ſignificationē ſancte ec
cleſie quā ſemel dixi mutare nō debui:in
fulgēte dei omnipotētis gratia que cepi-
mus ipſa teneam⁹. vt ⁊ porta interior ſig
net eccleſiā que nos ad interiora gaudia
ꝑducet: ⁊ gazaphilatia. cātores. ſacerdo-
tes. templū. altare ſacrificia ſint in atrio
qđ eſt extra portā: ⁊ tamen extra eccleſiā
nō ſint. Si enī ſubtili inueſtigatione per-
quirimus:nil obſtat intelligi vt interiorē
portā ſicut dictū eſt ſanctā eccleſiā ſentia
mus. De qua nūc dicit. At extra portam
interiorē gazaphilatia cantorū:atrio inte
riori. Duo ſunt eteni que dicunt. Porta
īterior:atqꝫ extra hāc atriū interi⁹. Qua
tenus hocipſum atriū ⁊ exterius ſit ⁊ inte
rius. A porta exteri⁹: interius autē ſicut
predixim⁹ portis quas narrādo ſubiūxit.
Sancta enī eccleſia duas vitas hꝫ. Unā
quā tēporaliter ducit. aliā quā ineternū
recipit. Unā qua laborat in terra:aliam q̄
remuneratur in celo. Unā qua mercedes
colligit:aliā vero in qua iam de receptis
mercedib⁹ gaudet. atqꝫ in vtraqꝫ vita of-
fert ſacrificiū. Hic videlicet ſacrificiū com
punctionis: ⁊ illic ſacrificium laudis. De
hoc ſacrificio dicit. Sacrificiū deo ſpirit⁹
cōtribulatus. pſ. 50. De illo autē ſcriptū
eſt. Tūc acceptabis ſacrificiū iuſticie:ob-
lationes ⁊ holocauſta. Ibidē. De quo rur
ſus ait. Ut cantē tibi gloria mea: ⁊ nō cō-
pungar. pſ. 29. In vtroqꝫ autē ſacrificio
carnes offerunt. qꝛ hic oblatio carnis eſt
maceratio corporis. ibi oblatio carnis eſt
in laudē dei gloria reſurrectionis. Tunc
quippe illic quaſi in holocauſtū offert ca-
ro:quādo in eterna incorruptione permu
tata nil cōtradictionis:nil mortalitatꝭ ha
buerit:qꝛ tota ſimul amoris eius ignibus
accēſa:in laude ſine fine ꝑmanebit. Por
ta ergo hec interior. i. ſancta eccleſia ha-
beat interiora ſua:illā videlicet vitā que
adhuc oculis noſtris occulta eſt. Habeat
extra eam atriū exterius. i. vitā preſenteꝫ
in qua omne bonū agitur vt ad bonū ſine
fine ꝑueniat. Sint ergo in interiori atrio
ꝙ tamē extra portā eſt gazaphilatia cāto
rum. quia electi quiqꝫ atqꝫ ꝑfecti. qꝛ ad-
huc in carne mortali ſubſiſtūt: ⁊ intra ſinū
ſunt ſancte eccleſie. ⁊ adhuc extra ſecreta
gaudia īterioris vite. Sint gazaphilatia
cantorū interius ⁊ exterius. qꝛ corda ſan-
ctorū que omnipotēti deo deſideriū ſuum
ꝑ magni ardoris amorē cantant: ⁊ iā int⁹
ſunt. ⁊ adhuc intus nō ſunt. qꝛ in ſancte
eccleſie ſinu poſita ⁊ iam vidēt ꝑ ſpiritū
qđ intus fortiter amēt: ⁊ tamē adhuc nō
vident ꝑfecte qđ amant. Sint itaqꝫ in in-
teriori atrio gazaphilatia:ſed extra portā
vt iā ⁊ intus ſint ꝑ deſideriū: ⁊ adhuc in-
tus nō ſint ꝑ plenariū effectū. Quid ſunt
autē gazaphilatia cantorū:niſi ſancta de-
ſideria amantiū. Qui precepta diuina q̄-
ſi quaſdā diuitias cuſtodiūt ī mēte: quas
cantādo ſeruant. qꝛ mādata dei non ex ti
more:ſed ex amore ꝑficiunt:eiſqꝫ ipſe ſa-
cri eloquij preceptiones cātabiles fiunt:
quas nō ex triſticia:ſed ex deſiderio ſem-
per opantur. Multis cor iuſti quaſi cuiuſ-
dā cantoris gazaphilatiū audire. Canta-
biles mihi erant iuſtificationes tue:in lo
co incolat⁹ mei pſ. 118. Iuſtificatiōes dei
dicimus precepta diuina:que nos iuſtos
faciūt ſi impleant. Que tunc nobis in lo
co incolatus noſtri cātabiles fiunt: qñ in
hac peregrinatione vite preſentis ipſa ea
dem mādata diligimus: ⁊ ex deſiderio ī-
plemus. Hinc eſt quod idē pſalmiſta ite-
rum ex cantorum gazaphilatio ſe eſſe inſi
nuat:qui ait. Miſericordiā ⁊ iudiciū cā-
tabo tibi domine. pſ. 100. Miſericordiā

domini qua peccata laxant cantare etiã peccator debet: id eſt hanc cũ gaudio dicere atq; ſperare. Sed quis ita iuſtus eſt: vt eius ſibi eternũ iudicium ante mentis oculos reuocet ⁊ nõ contremiſcat. An potius venire ad illud examen tanti iudicis preſumat. feſtinet ⁊ gaudeat? Quiſquis ille eſt: magnus eſt: quia iam miſericordiã domini ⁊ iudiciũ cantat. Cantat quippe iudicium ad qđ intrare non trepidat. Sit ergo mens illius gazaphilatiũ cantorum: vt per diuitias miſericordie quas accipit: letus pergat ad iudicium quod iam nõ pertimeſcit. Videamus ſi placeat fratres chariſſimi aliud quoq; gazaphilatiũ cantoris. Forſitan ⁊ ipſe iudicium cãtat. Quid etenim dicit? Ego enim iã delibor ⁊ tempus mee reſolutionis inſtat. bonũ certamen certaui. curſum cõſummaui. fidem ſeruaui. de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſticie: quã reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex. 2. Thi. 4. Qui laborum ſuorũ conſcius memor certaminis qđ egit. memor fidei quã ſeruauit eſſe ſibi in iudicio repoſitam coronam dicit eam q; ſibi in illa die reddi ſperat potius q̃ donari. Profecto patet quia iudiciũ cantat qđ venire deſiderat. Unde etiam ſubdit. Non ſolũ autem mihi: ſed ⁊ his q̃ diligunt aduentum eius. Ibidẽ. Nemo enim aduentum iudicis diligit: niſi qui ſe habere cauſam in iudicio bonam nouit. Eorum ergo corda qui aduentũ iuſti iudicis diligunt gazaphilatia cantorũ ſunt. quia per preſumptionẽ gratie ⁊ vite: per virtutes ſancti deſiderij cantant iuſti iudicium: qđ omnes iniuſti pertimeſcunt.

Meminit autem charitas veſtra. quia ſuperiori locutione per portam orientis fidem: per aquilonis ſpem: per auſtri autẽ charitatẽ diximus deſignari. Hec itaq; gazaphilatia inter portam orientis ⁊ aquilonis eſſe memorant: atq; ad viam auſtralẽ reſpicere. quia corda ſanctorũ inter fidem ⁊ ſpem poſita auſtralem viam reſpiciunt: quoniã ſancte charitatis ignibus inardeſcunt. Ipſa quoq; orientalis porta reſpicere dicitur ad viam aquilonis. quia nobis per fidem quidem omnia in baptiſmate peccata laxantur. ſed tamen dũ adhuc hic viuimus: etiam poſt fidem ſepius ad peccata declinamus. Et quaſi orientis porta viam aquilonis reſpicit: cũ vita noſtra poſt perceptam fidem adhuc aliquatenus in frigore culpe torpeſcit. Quis enim in hac vita valeat poſt fidem ſine culpa viuere: cum Johãnes dicat. Si dixerimus quia peccatũ non habemus ipſi nos ſeducimus ⁊ veritas in nobis nõ eſt. 1. Joh. 1. Cuius verbis Jacobus cõcordãs ait. In multis enim offendimus omnes. Jaco. 3. Si autem peccata preterita in fidei perceptione dimiſſa ſunt: ⁊ adhuc poſt fidẽ ad peccata declinat: que nobis erit preſumptio iuſticie: que ſpes vite permanẽtis: niſi vt dum adhuc inter portam orientis et aquilonis ſumus: ad viam auſtri mentis oculos leuemus. quatenus ex ſancta charitate feruentes calor nos amoris liberet a culpa teporis ⁊ frigoris? Sint ergo gazaphilatia inter portam orientis ⁊ aquilonis: ſed ſicut dictũ eſt ad auſtralem viam facies intendant. vt inter hoc q; nati in fide ſumus. ⁊ q; poſt ad peccata delapſi de ſpe pietatis preſumimus: exerceamus noſmetipſos in ardore charitatis. ⁊ ibi tẽdamus oculos cordis: vbi accendamur ignibus amoris. Poteſt autẽ per aquilonis portam gentilitas: per auſtri viam iudea per orientis autem portam ipſe dominus deſignari. Per aquilonem quippe nõ immerito gentilitas figuratur: quã ille qui in torporis frigore poſſidet: qui dixit. Sedebo in monte teſtamenti: in lateribus aquilonis. Eſa. 14. Per auſtralẽ quoq; portam recte iudea accipitur: in qua ſpiritales patres celeſti amore ferbuerunt. quorum vnus loquitur dicens. Conuerte domine captiuitatem noſtrã: ſicut torrens in auſtro. pſ. 125. Que ⁊ ſi carnalem populum habuit in quo velut aquilonis frigora portauit: in ſanctis tamen ſuis doctoribus ac prophetis ad dominũ ac proximũ calore charitatis arſit. Orientalis autem

porta non immerito ipſum ſignat: de quo ſcriptū eſt. Ecce vir oriēs nomē eius. Et de quo zacharias ait. Uiſitauit nos oriēs ex alto. Zacha. 6. Luce. 1. Sint ergo gazaphilatia cantorū ex latere porte aquilonis. quia non ſolū in iudea fuerunt corda sanctorū ſpiritaliter accēſa: ſed etiā in gētilitatis multitudine ad ſancte fidei ſacramenta cōuerſa ardēt corda ſanctorū amore celeſtis patrie. inhiant gaudia eterna. ſuſpirāt ad ſocietatem ſanctorū ciuium in celo. ſed tamē exempla huiuſ ardoris quē dono ſancti ſpiritus acceperūt a ſpiritalibus patribus ſynagoge capiūt. Unde ipa quoqꝫ gazaphilatia ꝛ in aquilonis latere poſita. oculos ad viā auſtralē tendūt. Ecce enim ex gentibus venimus. ſed in hoc quoqꝫ ꝑ ſācti ſpūs amore calemꝰ. Judee patres aſpicimus qui nobis in ſuis dictis quotidie ſancti deſiderij exempla prebēt. An nō quaſi calore meridiani feruoris ardebat qui eſtuabat dicēs. Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarū: ita deſiderat aīa mea ad te deus. Sitiuit anīa mea ad deū viuū. quando veniā ꝛ parebo ante faciem dei. pš. 61. Qui rurſus ait. Pſallā ꝛ intelligā in via īmaculata: quādo venies ad me. pš. 100. Hoc quoqꝫ ardore ſuccenſus fuerat qui dicebat. Nūc dimittis dñe ſeruū tuū ſcdm verbum tuū in pace. qꝛ viderūt oculi mei ſalutare tuū. Lu. 2. Quia ergo ex gētilitate venimꝰ: ſꝫ ſctos iudee patres nobis in diuini amoris imitatione ꝑponimꝰ: quaſi quedā cantorum gazaphilatia ex latere porte que viā aquilonis reſpicit ſumꝰ. ſꝫ ad viā auſtri facies tenemꝰ. At notandū ꝙ hec eadē gazaphilatia inter portā aquilonis ꝛ oriētis eſſe ꝑhibent. Qꝛ videlicet poſt incarnationem dñicam multitudo gentiū ad fidē venit: atqꝫ inter ipſos fideles populos ꝛ ſacramēta dñice incarnatiōis que medullitus diligūt corda amantiū ſurgūt. Habeāt ergo ſancti gazaphilatia hinc oriētis portā ꝛ inde aquilonis. qꝛ inter ipſa redēptionis ſue myſteria que ſequunt. ꝛ carnales quoſdā quos ꝛ inter ſanctā eccleſiā tolerant multi in deū fortiꝰ amore proficiunt. virtutibus excreſcunt. eterni iudicis aduentū querunt ꝛ inter ea que amant atqꝫ illa que tolerant: quaſi quedā gazaphilatia diuitias ſpūs in mēte ſeruāt. Nec īter ſacramēta que diligūt ꝛ que iam cōtraria portāt deficiunt. qꝛ ad auſtralē viā facies intēdūt. Quid enī patimur ꝙ patres noſtri ꝑ amore dñi antea nō pertulerūt. Notandū vero ꝙ inter portā auſtri ꝛ aquilonis oriētalis porta eſſe deſcribitur. qꝛ dñs ac redēptor noſter de iudea ē natꝰ. Mox qꝫ in fide ſua eccleſiā ex gentibus traxit. Quaſi enī inter meridianā portā ꝛ aquilonis apparuit. qꝛ ex illa venit ꝛ iſtam in ſuo ſeruitio cōuertit. Unde ꝛ bene dicitur ꝙ porta eadē orientalis ad viā reſpicit aquilonis. qꝛ natus dñs ſinagogā deſeruit: ꝛ multitudinē gentiū collegit. Notandum quoqꝫ eſt ꝙ dū de gazaphilatijs diceretur: ꝛ facies eorū ad viam auſtralē additū eſt vnā. vt videlicet aperte ſentiamus quia non alia eſt via ad celeſtem patriā nobis qui ex gentilitate venimꝰ: atqꝫ alia illis patribꝰ qui fuerūt in iudea. Sꝫ hec eadē vna via ē nobis ꝛ illis que nos ad eterna gaudia perducit: que nobis per euangeliū dicit. Ego ſum via: veritas et vita. Joh. 14. De qua pſalmiſta ait. Ut cognoſcamꝰ in terra viā tuā: in omnibus gentibus ſalutare tuū. pš. 56. Nō enim hebraice Jeſus: hoc latine dicit ſalutaris In terra ergo via cognoſcit: quia Jeſus deus ante ſecula: ꝛ homo factus in fine ſeculorum: gētibus eſt manifeſtatus. Una ergo ē via ꝛ illis qui ab auſtro ſunt: ꝛ his qui ab aquilonis porta reſpiciūt. quia electis iudeis ꝛ gētibus dñs ac redēptor noſter expulſa pena formidinis: ad patrē factus eſt iter amoris: atqꝫ adiutoriū peruētionis. Sequitur.

[Et dixit ad me: Hoc gazaphilatiū qđ reſpicit viā meridianā ſacerdotū eſt: q̄ excubāt in cuſtodijs templi.]

Atqꝫ mox ſubditur.

Porro gazaphilatiū qđ reſpicit ad viā aquilonis ſacerdotū erit q̄ excubāt ad miſteriū altaris.]

B Quib⁹ pphete verbis p̄us nobis q̄rendū eſt: q̄ ſint maioris ordis ſacerdotes: vtrū hi q̄ in cuſtodijs excubāt tēpli: an q̄ in miſterio altaris? Sz q2 paulopoſt ſubdix: altare erat añ faciē tēpli: apte oſtēdix illos eſſe maioris ordinis ſacerdotes q̄ in cuſtodijs tēpli excubāt: q2 pfecto in altare qđ eſt interi⁹ miſtrāt. Hi aūt q̄ ad altare qđ inter faciē tēpli eſt excubāt tāto inferiores ſūt: quāto exteriorib⁹ miniſtrāt. Querendū ẽ nobis eſt: q̄ ſacerdotes ſint q̄ templū cuſtodiūt: ⁊ q̄ ad miſteriū altarꝭ excubare phibenx? Paul⁹ gentiū fidelib⁹ ſcribēs ait: Templū dñi ſctm̄ eſt: qđ eſtis vos. i. Cor. 3. Qui itaqꝫ ſacerdotes ſūt q̄ templū dei cuſtodiūt: niſi hi q̄ orādo: p̄dicādo: ſpūalibus actib⁹ vigilādo ſanctā eccleſiā a malignoꝝ ſpirituū imiſſionib⁹: a prauoꝝ ſuaſiōibus: ab hereticoꝝ erroꝛib⁹ defendūt. An nō cuſtos tēpli fuerat q̄ laboris ſui paſſiones enumerās dicit: In labore ⁊ erūna: in vigilijs multis: in fame ⁊ ſiti: in ieiunijs multis: in frigore ⁊ nuditate. 2. Cor. 11. Atqꝫ ſtatī ſubdit. Preter illa que extriſecus ſūt inſtātia mea q̄tidiana ſollicitudo oīm eccleſiaꝝ. Penſate q̄ſo: cuſtos tēpli q̄ta ſollicitudine vigilet. Ecce em̄ in ſeip̄o ineſtiabilia patix: ⁊ cordis ſui ſollicitudinē alijs impartix. Cui⁹ rogo virtutis eſt: pl⁹ de vtilitate pximoꝝ q̄ de ſua afflictōe cogitare? Quis hoc digne eſtimet: q̄s digne pēſet? Laborat: luget: eſurit: ſitit: alget: ieiunat: vigilat: et tñ vigilādo de eccleſiaꝝ oīm ſollicitudīe cogitat. Ecce em̄ eſt ſolertiſſimus cuſtos tēpli eterni in exēplo ppoſit⁹. Imitex: q2 valet aduerſa p veritate pati: bona pxis īpendere: circa aīaꝝ ſollicitudinē vigilare. Ne q̄s in perfidiā: ne q̄s in ſuperbiā: ne q̄s in rapinā, vel imundiciā labax: exq̄rere atqꝫ cōpeſcere: hoc eſt templū dei. i. ſanctā eccleſiā cuſtodire. Sūt aūt mioris ordis ſacerdotes: q̄ ad miſteriū altaris excubāt. Qui videlicz in adiutorio maioꝝ peccata delinquētiū ſubtilix inueſtigāt: ⁊ vitā carnaliū corrigūt: atqꝫ ad hoc vſqꝫ pducūt: vt per lamēta penitētie quaſi incēdāt carnē in ſacrificio: quā p̄us viuere pmiſerāt in pctō. Non em̄ hi q̄ ſanctis eccleſijs p̄ſunt: p ſemetip̄os cūcta agere preualēt. Sed dū ipſi cauſis ſpiritalib⁹ occupanx: ſiq̄ praua ac carnalia ppetranx: hec alijs diſcutiēda atqꝫ corrigēda cōmittūt. Per q̄s dū carnalis vita corrigix: ⁊ vſqꝫ ad abſtinētie atqꝫ oratiōis ſtudiū a pficiētibus peruenix: quaſi in altare iā caro incendix: vt in cōſpectu oīpotentis dñi inde ſacrificiū redoleat: vñ prius culpa diſplicebat. Sed hac in re queſtio orix: cū ſuperius dictū ſit q gazaphilatia ad auſtralē viā facies haberēt: qua ratiōe nūc dicax: q2 gazaphilatiū qđ reſpicit viā meridianā ſacerdotū eſt: qui excubāt in cuſtodijs tēpli: ⁊ gazaphilatiū qđ reſpicit viā aquilonis: ſacerdotū qui excubāt ad miſteriū altaris. Si em̄ vtraqꝫ facies ad auſtralē viam tenebāt: quō nūc vnū ad meridianaz: atqꝫ aliud ad aq̄lonis viā reſpicere dicix? Sed in his verbis agnoſcim⁹ q gazaphilatiū ſacerdotū qui excubant in cuſtodijs tēpli ita poſitū fuerat: vt ſolaz meridianā viā reſpiceret: ⁊ gazaphilatiū vero ſacerdotū qui excubāt ad miniſteriū altaris ita erat in atrio: vt ⁊ ad auſtralē viā ⁊ aquilonis faciē intēderet q̄tñs ⁊ cū gazaphilatio ſacerdotū qui excubant in cuſtodijs tēpli meridianā viā aſpiceret: ⁊ tamē ſine gazaphilatio eorundē ſacerdotū aq̄lonis viaz videret. Sed q̄d eſt ſi hoc fratres kmi: q̄d in his verbis myſticū poſſum⁹ intueri: niſi hoc q ẜm ea que p̄miſſa ſunt iā ſpiritalꝭ auditor intelligit? Q2 ſacerdotes maioris ordis qui excubāt in cuſtodijs tēpli ſolā meridianā viaz reſpiciūt: q̄m ſolis ſtudijs ſpiritalib⁹ occupati: ſꝑ his que amoris dei ſūt ſollicite intendūt. Sacerdotes aūt minoris ordinis q̄ diſcutiēdis peccatis delinquentiū p̄ſunt: etiā ad aquilonis viā oculos reflectūt: vt in mētes peccantiū que ſint opis frigora videāt: ⁊ hec ver

bis correptiōis vſqꝫ ad penitētie gemitꝰ perducētes: quaſi carnes in altare dñi incendāt. Reſpiciāt etiā cū magnis ſacerdotibus ad meridianā viā: q2 quantū ad ſemetipſos feruēt igne charitatis: ⁊ ſuccēſi ſunt flāmis amoris dei. Sed, q2 peccata delinquentiū crebro corrigūt: etiā ad aq̄lonis viā oculos reducūt. De vtriſqꝫ aūt ſacerdotū ordinibus ſubdit.

[Iſti ſunt filij ſadoch qui accedunt de filijs leui ad dominū vt miniſtrent ei.]

Sadoch latine dicit̄ iuſtus. Quis autē iuſtus eſt niſi ipſe cui dicit̄: Juſtus es dñe ⁊ rectū iudiciū tuū. ps. 118. Qui vero ſūt filij iuſti: niſi de quibꝰ ſcriptū eſt. Quotquot aūt crediderūt in eū: dedit eis poteſtatē filios dei fieri. Johis. 1. Leui aūt interpretat̄ aſſumptus. Quis aūt aſſumptꝰ eſt: niſi populus fidelis: q̄ per ſacramēta fidei eſt a pfidis ſegregatus. Oēs ergo q̄ perſeuerāter ſpiritalibꝰ actibus intendūt filij ſūt iuſti. Et de filijs populi aſſumpti accedūt ad dñm vt miniſtrēt ei: q2 de ipſis q3 fidelibus eligunt̄ qui ad oīpotētis dei miniſteriū veniāt: ⁊ celeſtibus ſtudijs p eruditiōe populi intendāt. Sed nobis ſolerter inquirendū eſt q̄ ſunt qui dño miniſtrāt: neqꝫ em̄ oēs qui legūt: oēs qui p̄dicāt: oēs qui ppria tribuūt: oēs qui p carnis abſtinentiā corpꝰ caſtigant: dño miniſtrāt. Qui em̄ legē do atqꝫ p̄dicando gloriā ppriā querūt largiēdo que hñt: ⁊ corpus in abſtinētia macerādo laudes recipere ab hoībus appetūt: ſibi nō dño miniſtrāt. Quo ɔtra p pſalmiſtā dñs dic̄: Ambulās in via īmaculata: hic mihi miſtrabat. ps. 100. Habet em̄ maculā in via q̄ in bono ope qd agit: terrene glorie ſibi p̄miū pponit. Q2 qui in hoc mūdo recipe mercedē querit: fedat in cōſpectu dei ſpeciē boni opis per maculā praue intentōis. Fortaſſe etem̄ q̄s diſcipline ſtudio intētꝰ feruet: culpas delinquentiū reſecat. Qui tñ ad hec agēda ſi nō ex omnipotentis dei amore: ſed zelo pprio ducit̄: ſibi in his nō dño miniſtrat. Alius ne aſper eſſe videat̄ multa leniter tolerat que praue ppetrant̄. Iſte itaqꝫ q2 videri p dño diſtrictus nō vult per lenitatis ſue ſtudiū ſibi ⁊ nō dño miſtrat. Reſtat ergo vt ſiue in verbi miſterio fatigemur: ſeu indigētibus noſtra largiamur: ſiue per abſtinentiā carnē domemꝰ ſeu zelo moueāur: ſiue p patientiā aliqñ leniter praua toleremꝰ: vt nos ſūmopere debeamꝰ intentionē nr̄am diſcutere qtñs omne qd facimus nō nr̄o: ſed dñi zelo faciamꝰ: ne in his que agimꝰ nobis potius q̄ dño miſtremus. Non em̄ dño ſed ſibi miſtrauerāt: de q̄bus dicebat: Oēs q̄ ſua ſunt querūt: non que ſunt xp̄i Jeſu. Phil. 2. Idem vero paulus cū coelectis fratribus nō ſibi miſtrare: ſed dño ⁊ viuēdo ⁊ moriēdo feſtinabat dicēs: Nemo noſtrū ſibi viuit: ⁊ nemo ſibi morit̄. Siue em̄ viuimus dño viuimus: ſiue morimur dñi ſumus. Rom. 14. Sibi em̄ ſancti nec viuūt: nec moriunt̄. Sibi nō viuūt: q2 p omne qd agūt ad lucra ſpiritalia anhelāt: atqꝫ orādo: predicādo: ſanctis opibus inſiſtēdo: celeſtis pr̄ie ciues multiplicare deſiderāt. Sibi mīme moriunt̄: q2 in cōſpectu hoīm deū ſua morte glorificāt ad quē peruenire etiā moriēdo feſtināt. Penſemus itaqꝫ in morte ſanctoꝝ q̄tū eoꝝ opprobriū ab infidelibꝰ fuit: ſed quāta laus dñi in corde fideliū excreuit. Qui ſi ſuā laudē quererent: pfecto p2: q2 opprobria in morte timuiſſent. Sed nemo illoꝝ ſibi viuit: ⁊ nemo ſibi morit̄: q2 ſuā gloriā nec viuēdo nec moriēdo queſierūt. Videamꝰ ſi ipſe p̄mus paſtor eccleſie q̄ ſibi nō vixit ſibi ſit mortuꝰ. Johānes eius ſocꝰ requirat: ⁊ de verbis dñi ex morte paſtoris eiuſdē dicat: Hoc autem dixit: ſignificās qua morte clarificaturus eſſet deū. Johis. 21. Non ḡ ſibi eſt mortuꝰ qui deū clarificauit in morte. Diſcamꝰ igit̄ frēs mei intentōē noſtrā in oē qd agimꝰ ſollicita inq̄ſitione diſcutere: ⁊ noſtra nō querere: ſi oīpotēti deo volumꝰ miſtrare. Sed q2 ex fideli populo filios ſadoch ad oīpotētis dei miſteriū diximus aſſūptos: nūq̄d in eodē pplo

nō ſunt multi qui inueniant in mandatis dei viuere pfecti? Sunt oīno. Nā ſubdit.

Et mēſus eſt atriū longitudinē centuȝ cubitoꝝ: ⁊ latitudinē centū cubitoꝝ per quadrū.]

